
Responsiones contra articulos bohemorum

R̄n̄siones contra q̄tuor articulos bohemorꝝ
datꝰ ē liber iste p dn̄m Jacobū de pyotrkowia
canonicū ploceṅ.

421.

N. Inv. 421.


דמים שחציו למעלה וחציו למטה ולא והתנן
והזה ממנו אחת למעלה ושבע למטה במז'
במזיגליה מאי במזיגליה מחוי רב יהוד' כמגד
מיגרנא והתנן והזה על טהרו של מזבח שבע
פעמים מאי לאו אפלגיה דמזבח כדאמרי' א
אינשי טהר טיהרא אפלגיה דיומא אמ' רבא
בר רב שילא לא אגופיה דכת' וכעצם השמים
לטהר ומאי שנא דיהיב דעולה ברישא והדר דמזבח
יהיב דחטאת נייתי דחטאת ברישא והדר נייתי
דעולה הוא היא קדמה ברישא ומאי שנא ד'
דיהיב מזרחית צפונית ומערבית דרומית נייתי
דרומית מזרחית וצפונית מערבית אמרי עו'
עולה טעון יסוד וקרן דרומית מזרחית לא הוה
ליה יסוד ומאי שנא דיהיב ברישא מזרחית צ'
צפונית והדר מערבית דרומית נייתי ברישא
מערבית דרומית והדר מזרחית צפונית כיון ד
דאמ' מר כל פנות שאתה פונה לא יהו פונה
אלא דרך ימין למזרח ברישא כחזוא פגע ומ'
ומאי דבעולה הוא דקאמ' רחמ' עיביד בה מע'
מעשה חטאת ודילמ' בחטאת הוא דקאמ' רחמ'
עיביד בה מעשה עולה לא סלקא על עולת חטא'
יעשה ונסכו מאי קאמ' רחמ' מידי דחטאת עשי

עץ שיש בו תולעת פסול לגבי מזבח צפונית מה
מערבית היא היתה לשכת המצורעין מערבית
דרומית אמ' ר' אליעז' בן יעקב שכחתי מה שהיתה
משמשת אבא שאול אמ' בה היו משמשות
נותנין יין ושמן והיא היתה נקראת לשכת בית
יעקב שמניא הכי נמי מסתברא דר' אליעז' בן היא :
דתנן כל הכתלים שהיו שם גבוהים חוץ מכותל
מזרחית שהכהן השורף את הפרה עומד בהר
המשחה ומתכוין ורואה בפתחו של היכל בשעת
הזיית הדם ותנן כל הפתחים שהיו שם פתחו
גבוהות עשרים וארבע ורחבן עשר אמות :
ותנן לפנים הימנו היו עשר אמות ושתים עשרה
מעלות היו שם רום מעלה חצי אמה ושולחה
חצי אמה ותנן חמש עשרה מעלות העולות
מעזרת ישר' לעזרת נשים רום מעלות חצי אמה
ושולחה חצי אמה ותנן בין האולם למזבח עשרים
ושתים אמות ושתים עשרה מעלות היו שם
רום מעלה חצי אמה ושולחה חצי אמה עזרת
ישר' היתה אורך מאה ושלשים וחמש רוחב
אחת עשרה וכן עזרת הכהנים היתה אורך מאה
ושלשים וחמש ורחב אחת עשרה וראשי פס'
פספסין מבדילין בין עזרת ישר' לעזרת הכהנים

כדתנן נתכוון להזות על הבהמה והזה על האדם
אם יש באזוב ישנה להזות על האדם ועל הבהמ'
מאי טעמ' דר' עקיב' דכתיב רחמ' והזה הטהור
עליו מאי על הטמא שמ' על הטהור טמא
ועל הטמא טהור ורבנן ההוא לדברים דנזקל
דמקבלין טומאה הוא דאתא אבל הכא קל
וחומ' הוא על הטמא טהור ועל הטהור לא
כל שכן ור' עקיב' היינו דקאמ' שלמה אמרתי
אחכמה והיא רחוקה ממני ורבנן ההוא למזה
ולמזה עליו דטהור ונגע בהן טמא ומזה ע'
עליו טהור והכת' ומזה מי הנדה יכבס בגדיו
מאי מזה דנוגע והכת' מזה והכת' נוגע ועוד
מזה בעי כיבוס בגדים נוגע לא בעי כיבוס בגדי'
אלא מאי מזה נושא ונכתוב רחמ' נושא מאי
טעמ' כתב מזה הא קמ"ל ובעינן שיעור הזאה
הניח למאן דאמ' הזאה צריכא שיעור אלא ל'
למאן דאמ' אין הזאה צריכה שיעור מאי איכ'
למימ' אפי' למאן דאמ' הזאה אין צריכ' שיעור
הני מילי אגבא דגברא אבל במנא צריכ' שיעו'
דתנן כמה יהיו ויהא בהן שיעור כדי הזאה כדי
שיטביל ראשי גבעולין מזה אביי אמ' אפי'
תימ' ר' עקיב' דעביד עבודה כולי יומא לתביא מ'

את הנרות והדר יקטירנה ורבנן מאי קאמ' רחמ'
בעידן הטבה תהא מקטרא קטרת דאי לא תימ'
הכי בין הערבים דכת' ובהעלות אהרן את הנרות
בין הערבים יקטירנה התם נמי ברישא מדליק
נרות והדר מקטיר קטורת של בין הערבים וכי
תימ' הכי נמי והתניא מערב ועד בקר תן לה מ'
מידתה שתהא דולקת והולכת מערב ועד בקר
דבר אחר מערב ועד בקר אין לך עבודה שכשירה
מערב ועד בקר אלא זו בלבד אלא מאי קאמ' ב
רחמנ' בעידן הדלקה תהי מקטיר קטרת הכא
נמי בעידן הטבה תהא מקטיר קטרת אבא
שאול אמ' לך שאני התם דכת' אתו רב פפא אמ'
לא קשיא הא רבנן הא אבא שאול בגואי א'
אוקימיתא להא מתניתין דהכא כל שבעת ימים
הוא זורק את הדם והוא מקטיר קטרת והוא
מטיב את הנרות כרבנן פליג באבא שאול
אימא סיפא הביאו לו את התמיד קרצו ומרק
אחר שחיטה על ידו ונכנס להקטיר את הקטרת
ולהטיב את הנרות אתאן לרבנן רישא וסיפא
רבנן מציעתא אבא שאול אמ' לך רב פפא ב
אין רישא וסיפא רבנן ומציעתא אבא שאול
בשלמ' אביי לא אמ' כרב פפא דרישא וסיפא

Responsiones contra 4 Articulos Bohemorũ.



Tenor responsionum Magistri Johannis de Ragusio per concilium Basiliense deputati factarum super articulo Communionis vtriusque speciei per Mgrm Johannem de Rokyczam nomine Regni Boemie in eodem Concilio in congregacionibus generalibus successiue propositi et disputati sequitur et est talis.

Articulus primus



euerendissimi Reuerendique patres Illustrissime principes Regum et principum vniuersitatum atque ciuitatum Ambasiatores Oratoresque Egregii vtriusque Juris diuini pariter et humani doctores Expimii atque magistri Comites Barones Nobiles Ciues que insignes et ceteri in xpo ihu omnes ptrb domini et frib dilectissimi qui hunc sacre congregacioni diuinoque certamini interestis. perualde vtilem et pernecessariam exhortacionem Reuerendi in xpo ptrb et domini mei singularissimi dni Cisterciensis cuius exhortacionis vtinam tali fide taliqz deuocione caritatis affectu fuissent a cunctis auditoribus accepta quibus ab eodem pre prolata sunt Responsionem pro modulo mee paruitatis et ut spus sancti gra successerit ad articulum de comunione sacratissime Eukaristie sub vtraque spe per ambasiatores et oratores Inclyti regni Boemie propositum facturus Video me necessitate compellente in psnti actu quatuor debere peragere Et primo opportunas et necias excusaciones premittere Secundo diuinum auxilium implorare Tercio necessarias et consuetas protestaciones annectere Et quarto katholice romane Ecclie consuetudinem in comunione vnius speciei quo ad populum laicalem firmare stabilire et roborare / necnon et aduersa quantum fieri poterit / et vires mee debiles permiserint propulsare Primum igitur prosequendo triplici me intueor obicem difficultate Prima est obiecta mee altitudo Secunda est astantis huius gloriosissimi ac celeberrimi et sacratissimi cetus ingenii profunditas et summe atque incredibilis et pene diuine sapie magnitudo Tercia est proprii ingenii vehementis insufficiencia et explicabiles tenebre et profecto inexplicabilis ebetudo Nam sic altam et profundam inueniens dotrina ad pns vestrorum gloriosissimis conspectibus sum prolocuturus iam ut profecto ad eam explicandam nedum me insufficientem intuear verumeciam totaliter inhabilem et ineptum Sicut paulus aplus diuinarum contemplator et reserator archanorum immensis diuine prouidencie irreserabili atque attingibili et inperscrutabili profunditati coactus fuit exclamare O altitudo diuiciarum sapiencie et sciencie dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius Quid ergo miser homuncio dicere potero de hoc ineffabili sacramento quod inter mirabilia opa domini Egregius propheta dauid enumerat ita dicens Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus escam dedit timentibus se Ubi enim aplus diuine sapiencie infinitate oppressus cogebatur exclamare O altitudo diuiciarum sapiencie et sciencie dei / ego vero in consideracione huius diuinissimi sacramenti veluti manibus et pedibus triplici quod difficile rumpitur ligatus funiculo nescio me explicare In hoc siquidem diuinissime euka^c. sacramento diuina omnipotencia ostenditur summa sapia explicatur et immensa diuine bonitatis benignitas declaratur Et quidem diuina omnipotencia ostenditur cum diuino uoto ad elementum accedente hec terrena

maticis remanentibus accidentibus
in cristi substanciam subito et in instanti
convertitur / dum ipsa panis et vini
accidentia preter nature ordinem absque
subiecto relinquuntur / dum eis modis
quibusdam sibi tribuuntur / ita ut omnia pos-
sint agere et pati / sicut si eisdem ad-
esset propria substancia dum non mutans
locum nec celum deserens christus totus
verus et integer sub hoc incipit esse
sacramento / et non solum totus sub toto
sed totus sub qualibet parte / et quotiens vis species
dividantur frangantur dentibus ma-
sticentur / sive in pluribus locis aut u-
bique terrarum multiplicetur. Ipse
tamen christus totus et integer sub qualibet di-
visionis particula perseverat. Idem que et
unus in celo et in omnibus locis in quibus
hoc sacrificium celebratur aut consistit
non multiplicatus manet idem pe-
nitus qui ex virgine natus / qui in mun-
do conversatus / qui in ultima cena se
ipsum discipulis / hoc ipsum sacramentum
instituendo tradidit / qui in cruce pe-
pendit / qui mortem pro nobis perpetui-
lanceam militis sustinuit / in sepul-
cro iacuit / tercia die de sepulcro glo-
riosus resurrexit / in celum ascendit /
apostolis spiritum sanctum misit / sedet que nunc
ad dexteram patris ipse inquam idem
unus et totus atque integer est / et apud
patrem in celo / et nobiscum in altari /
et ubicumque hoc divinum mini-
sterium celebratur / et sicut non alius
et alius hic et illo sed hoc et illud / et
omnia unum verum et immaculatum
sacrificium hec et in numera alia que
continentur in hoc sacramento mira-
bilia fiunt omnipotenti virtute dei. Cum
enim sacerdos illa christi verba pronunciat /
hoc est enim corpus meum. Et hic est
sanguis meus panis et vinum in car-
nem et sanguinem convertuntur illa
vi virtute qua verbum caro factum est
et habitavit in nobis. Qua dixit et
facta sunt / mandavit et creata sunt.
Qua feminam mutavit in statuam sa-
lis / et virgam Moysi in colubrum
convertit / Qua fontes mutavit in
sanguinem / et aquam convertit in vinum.

Nam si verbum Helye potuit ignem de
celo ponere / verbum christi non poterit panem
in carnem mutare / quis hoc audeat o-
pinari de illo. cui nullum verbum est impossibile
per quem omnia facta sunt / et sine quo
factum est nichil. Certe maius est creare
quod non est quam mutare quod est. At
longe maius quod non est de nichilo
procreare quam quod est in aliud tra-
nsmutare. Illud autem nemo nemo quibus
dubitat / et hoc aliquis dubitabit. Absit
omnino incomparabiliter maius est / quod
deus ita factus est homo / quod non desinit
esse deus / quam quod panis ita sit caro /
quod non desinit esse panis / quia non
annichilatur sed in corpus christi convertitur
Illud per incarnacionem semel factum est
Istud per consecracionem iugiter fit ut est. Unde
Ambrosius in libro de sacramentis / et habetur
de con. di. ii. c. Revera cognovisti po-
ciora. pocior est lux quam umbra
veritas quam figura / corpus actoris
quam manna de celo / forte dicis aliud
video quam tu michi asseris quod christi
corpus accipiam / et hoc nobis adhuc
super est ut probemus quod hoc non
esse quod natura formavit / sed quod benedictio
consecravit / Maiorem que vim esse be-
nediccionis quam nature / quia bene-
diccione natura ipsa mutatur. Vir-
gam tenebam Moyses proicit eam
et facta est serpens. Rursus apprehendit
caudam serpentis et in virge naturam
revertitur / Vides ergo prophetica gracia bis
mutatam esse naturam serpentis et virge.
Currebant Egipti flumina puro meatu
aquarum subito de fontium ve-
nis sanguis cepit erumpere non erat
potus in fluminibus. Rursus ad prophete
preces cruor cessavit fluminum a-
quarum natura remeavit. Cir-
cumclusus erat undique populus he-
breorum hinc Egipciis vallatus in-
de mari conclusus. Virgam levavit
Moyses separavit se aqua et in mu-
rorum speciem congelavit atque inter
undas via pedestris apparuit. Ior-
danis retrorsum conversus contra
naturam in sui fontis revertitur exor-
dium. Nonne claret vel maritimorum
fluctuum vel fluvialis cursus esse

primo

imitatam. Sitiebat populus patrum,
tetigit moyses petram, et aqua de pe-
tra fluxit. Rursum numquid non preter naturam
operata est gratia, ut aquam vomeret petra
quam non habebat per naturam. Marath
fluvius amarissimus erat, ut sitiens
populus bibere non posset. Misit moy-
ses lignum in aquam, et amaritudinem
suam aquarum natura deposuit, quam
infusa subito gratia temperavit. Sub heliseo
propheta uni ex filiis prophetarum ex-
cussum est ferrum de securi et statim
mersum. Rogavit helizeum qui a-
miserat ferrum. Misit etiam helizeus
lignum in aquam, et ferrum na-
tavit, utique et hoc preter naturam factum
cognovimus, gravior enim est ferri spe-
cies quam aquarum liquor. Adver-
timus igitur maioris esse gratiam quam
naturam, et adhuc tamen prophetice be-
nedictionis miramur gratiam. Quod
si tantum valuit humana bene-
dictio ut naturam converteret, quid di-
cimus de ipsa consecratione divina ubi
verba ipsa domini salvatoris operantur.
Nam sacramentum illud quod accipis
xpi sermone conficitur. Quod si tantum
valuit sermo helie ut ignem de celo de-
poneret non valebit xpi sermo ut species
mutet elementorum. De totius mundi
operibus legisti. Quia ipse dixit et facta
sunt, mandavit et creata sunt. Ser-
mo igitur qui potuit ex nichilo facere
quod non erat, non potest ea que sunt in id
mutare quod non erat. Nam enim
minus est dare quam mutare novas
naturas rebus. Sed cur argumentis utimur,
suis utamur exemplis, incarnationis-
que astruamus misterio veritatem.
Numquid nature usus precessit cum ihesus
dominus ex maria nasceretur, si ordinem
querimus viro mixta femina genera-
re consueverat. Liquet igitur quod preter
nature ordinem virgo generavit,
et hoc quod conficimus corpus ex vir-
gine est. Quid hic queris nature ordinem
in xpi corpore, cum preter naturam sit ipse
dominus ihesus partus ex virgine. Vera
utique caro xpi que crucifixa est, que
sepulta est, vere ergo illius sacramentum sa-

cramentum est. Ipse clamat dominus
ihesus, hoc est corpus meum. Ante
benedictionem verborum celestium alia
species nominatur, post consecrationem corpus sig-
nificatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante
consecrationem sanguis xpi nuncupatur
// Aliud dicitur autem post consecrationem // Et tu di-
cis hoc est, verum est quod os loquitur
mentis interna fateatur, quod sermo sonat
affectus sentiat. Hec Ambro. Sed dicat
aliquis: Certe sumus omnino quod deus hec
vz et maiora ac non sumus certi ubi ali-
quo quod velit id vertat. Ergo quod xpus
panem cum accepisset benedixit, et
ideo verum est omnino. Dixit hoc est corpus
meum, veritas enim hoc dixit, et ideo
verum est omnino quod dixit. Quod ergo panis
fuerat cum accepit corpus suum erat
cum dedit. Panis itaque mutatus erat
in corpus ipsius, et similiter vinum
in sanguinem. Non enim ut hereticus
sapit sed desipit ita debet intelligi quod
dominus ait hoc est corpus meum, id est
hoc significat corpus meum sicut ut dicit
apostolus, petra erat xpus, id est petra si-
gnificabat xpm. Hoc enim potius di-
xisset de agno paschali, quam de
azimo pane. Nam agnus paschalis
absque dubio figurabat corpus dominicum
sed panis azimus corpus sincerum.
Sicut autem Johannes baptista qui di-
xerat Ecce agnus dei per adiunctum
determinavit qui tollit peccata mundi, sic et
xpus quod dixerat hoc est corpus
meum per adiunctum determinavit
quod pro vobis tradetur. Sicut ergo
corpus xpi veraciter tradebatur ita vere
demonstrabatur non in figura que iam
cessaverat, sed in veritate que iam ad-
venerat. Hec Simo. Bene igitur
omnipotens dominus memoriam fecit mi-
rabilium suorum, et tantum adque
nullius creature potencia valet ne-
dum actu aut opere sed nec cogitatu
attingere ut merito ratione huius
ineffabilis potencie dicatur ei illud
quod hester xiii c. Domine deus rex om-
nipotens in dicione tua cuncta sunt
posita et non est qui possit resistere
voluntati tue. Si decreveris salvare
israel, tu fecisti celum et terram et quidquid

Ar

celi ambitu continet / dominus omnium es
nec est qui resistat magnificencie tue
acsi dicat / ut inquit dominus Albertus
in tractatu suo de officio misse / tale
redempcionis nostre cibum et pignus
impossibile est humane infirmitati prepa-
rare / sed tibi domine deus rex omnipotens
nichil est impossibile / quia in dicione tua
cuncta sunt posita / quia tu verbo simpli-
ci tibi coeterno fecisti celum et terram
et omnia que in eis sunt contenta / et eas-
dem creaturas in id quod vis transmu-
tas / quia dominus universorum ipse
tu es / tue magnificencie cuncta obe-
diunt et nichil resistat Et hoc est quod
dicitur Sapie xv Subest tibi cum
volueris posse / quia quamvis fides in
articulis suis dei omnipotencie innitatur
In sacramento tamen altaris / in quo
consistit fundamentum fidei et tocius
ecclesie quasi maxime innititur omni-
potencie / et hoc est quod in signo huius
sacramenti dixit ad Saram ange-
lus Genez 18 ubi simul promissio
seminis facta est et confectio cibi ange-
lorum de tribus farine satis / que
magna sunt et non nisi ab omnipotencia
dei fieri poterant Non deo quicquam
erit difficile quasi dicat non / facile est
enim deo creaturas mutare vel trans-
formare quas fecit / et de cibis nobis
consuetis / hoc est pane et vino / corporis
sui et sanguinis / nobis dulcem cenam
preparare Hinc est etiam quod Luce 1o an-
gelus dixit Cum de confectione et con-
cepcione dominici corporis et sanguinis age-
retur non erit impossibile omne verbum
et persuadens virgini cum hoc fieri
posset dixit / Virtus altissimi obumbra-
bit tibi Quod exponens origenes dicit
Virtutem altissimi esse verbum suam pote-
ciam patris / que umbram et yma-
ginem sui ipsius perfecit in maria vir-
gine de creatura vetustatis corrupte
novum hominem secundum deum creatum
perficiens et sumit / non ad ymaginem
sed ipsam ymaginem faciens / per unionem
in quo perfecta resultaret potencia
patris / Item Albertus Omnia etiam
divina sapiencia in hoc divinissime
eukaristie sacramento discernitur / Deum

iuxta hominis naturalem condicionem hunc an-
gelorum cibum / eis sensibilibus rebus
preparavit / quibus communiter homines uti con-
sueverunt in cibo corporali / ut sic per
corporalia et sensibilia discernerent homines
in celestium et divinarum rerum
cognicionem devenire / etenim neque possibile
est aliter nobis lucere divinum radium
nisi varietate sacrorum velaminum
anagogice circumvelatum / ut divi-
nus ait dionisius primo c. Celestis ierarchie
Quemadmodum enim infirmi oculi solem
in se tectum libere conspiciunt / qui
coruscum lumen eius intueri non
possunt sic et divinum radium lippientibus
mentis oculis lucere impossibile est nisi
varietate sacrorum velaminum circum-
velatum et preparatum providencia
paterna connaturaliter et proprie que
secundum nos sunt · hugo de sancto victore
ibidem in glo / Item Innocentius de officio mis-
se ita dicit Sapiencia dei que se per
visibilia manifestat volens evidenter
ostendere quod ipsa cibus / est animarum
carnem assumptam apposuit in edulium
ut per cibum humanitatis invitaret
ad gustum divinitatis / de quo dicit
propheta Gustate et videte quoniam suavis
est dominus / totum ergo se christus pro
nobis exhibet in cibum / ut divinitate /
nos reficiat / quem corporaliter ore co-
medimus / ut ita de visibilibus ad in-
visibilia / de temporalibus ad eterna / de terre-
nis ad celestia de humanis ad divina
nos transferat Ego sum inquit panis
vivus qui de celo descendi Ecce cibus
divinitatis / et panis / quem ego de-
dero / caro mea est Ecce cibus huma-
nitatis / panis ergo angelorum factus
est cibus hominum / secundum illud propheticum
panem angelorum manducavit
homo / quatenus qui secundum spiritum cibum di-
vinitatis accipimus / etiam secundum carnem
cibum humanitatis sumamus Nam
sicut anima racionalis et homo / ita
deus et homo unus est christus Et quia
per gustum homo mortem incurrit /
per gustum quoque vitam acquirit /
quatenus ut unde mors oriebatur inde vita
resurgeret / Dictum est quippe de illo

Primo

quacumque die comederis / morte mo-
rieris / Dicit autem de isto / si quis man-
ducaverit ex hoc pane vivet in eternum
Cibus ille mortalis pependit in li-
gno sciencie boni et mali Cibus iste
vitalis pependit in ligno vite quod
est in medio paradisi Illud fuit lignum
inobediencie / ad quod homo manus
extendit / ut fieret sicut deus / iuxta
quod illi serpens promiserat Eritis si-
cut dii scientes bonum et malum
Istud est lignum obediencie in quo
deus manus extendit ut fieret ho-
mo iuxta quod dicit apostolus Exinanivit
se formam servi accipiens / in simili-
tudinem hominum factus / et habitu inventus
sicut homo / factus obediens usque ad
mortem mortem autem crucis Idem
/ Albertus magnus in libro de officio
misse / de sapiencia autem huius cibum
comparante / dicit ad Ro. 12 O altitudo
divitiarum sapiencie et sciencie dei Quis in-
digne investigare valeat qualiter ex
antiquo corpus incorruptum sit in-
novatum / et qualiter nova anima
vivificatum / qualiter utrumque hominum
deitati sit sociatum / et in unam personam
unitum et assumptum / qualiter in car-
ne infirmitates carnis portavit / quali-
ter in cruce mortuus sit / et qualiter in
corpus et sanguinem principalia ele-
menta esculenti et poculenti humani
mutavit / et se homini in cibum pre-
buerit Hec enim vie sapiencie dei sunt
nobis abscondite / Unde proverbiorum 30 dicit
Salomon / Hec tria sibi abscondita in-
quiens tria sunt difficilia michi et
quartum penitus ignoro / Via aquile
in celo viam colubri super petram /
viam navis in mari medio / et viam
viri in adolescencia sua Cuiusquidem
quatuor / idem doctor pulcre deducens
ad difficultates que in hoc sacramento
continentur prosequitur ibidem / que pro
nunc causa brevitatis obmittuntur
In quo valde pulcrum est considerare
qualiter celestis altitudo consilii dispo-
suit / ut sicut tres sunt persone in uni-
tate divine substancie scilicet pater filius et spiritus
sanctus ita tres essent substancie in unitate
persone scilicet divinitas corpus et anima

et sicut christus secundum naturam divinam tribus
modis existit in omnibus / per essentiam et
potentiam presentiam / in solis iustis per
graciam et gloriam / in homine assumpto
per unionem sic voluit ut idem ipse / secundum
naturam humanam tribus modis in re-
bus existeret scilicet localiter in celo / personaliter
in verbo / sacramentaliter in altari Sicut
enim secundum divinitatem totus essencialiter
est in omnibus rebus / ita secundum huma-
nitatem totus sacramentaliter est in omnibus
locis in quibus conficitur et celebratur Si-
militer in hoc eodem venerabili sacramento
immensa divine bonitatis benigni-
tas erga nos miseros et pauperes
copiosissime declaratur ut enim
suam adversus nos caritatem osten-
deret / et nostram erga se caritatem accen-
deret / qui dedit se pro nobis in precium
ipse tribuit se nobis in cibum / ut per
precium redimeret nos / a morte
per cibum aleret nos ad vitam Unde
qui manducat me et ipse vivet propter
me Quid amplius unquam pro no-
bis potuit efficere / precium se dedit
pro nobis in mortem / et cibum se
tribuit nobis ad vitam / ut mortem
nostram / sua morte perimeret / et vitam
nostram / sua vita nutriret Panis iste
si digne comeditur impinguat / et
calix iste si digne bibitur inebriat
non corpus sed cor / non ventrem sed mentem
Unde psalmista Poculum tuum inebrians quam
preclarum est Propter hanc ergo sacramenti
virtutem universe virtutes augentur
et omnium graciarum fructus exuberant
Christus enim in hoc sacramento sumitur
totus et integer qui est fons et origo
tocius virtutis et gracie Quia propter
anthonomastice respectu omnium aliorum
sacramentorum Eukaristia dicitur gracia quia la-
tine interpretatur gracia cuius interpreta-
cionis sex possunt cause et raciones assi-
gnari / quarum una est / quia non
est nisi gracia / et non nisi gracia esse potest
Secunda autem quia non datur nisi
a gratissimo Tercia quia non nisi gra-
tissimus administratur Quarta autem
quia graciam operatur Quinta quia
est / gracia super graciam Sexta / quia est
omnis gracie continentivum Etenim in
in omnibus sacramentis aliis graciam

eius per partes participamus in hoc sacramento totum quod videmus quod tangimus quod gustamus est gratie. Vnde zacharie quarto dicitur de hoc sacramento exequabis gratiam gratie eius quia quicquid in omnibus sacramentis et virtutibus sparsim in gradibus colligitur totum simul hic in vna gratia invenitur. Vnde significatur per gomor quod est mensura manne que cuilibet sufficiebat Exodi xvi. Hec mensura sufficiens homini ad salutem non est nisi que continet gratiam perfectam in qua totus christus continetur. Hec est vrna aurea continens manna. ad hebr. ixo que infra sancta sanctorum collatur que ad vniuscuiusque sufficit capacitatem / longum est singulas bonitates / gratias / et perfectos huius sacramenti enarrare / et immensam divine bonitatis benignitatem extollere quanti / et potius mens et lingua ymo et dies / et tempora deficient / qua ma. Et enim ut dicit Innocentius. per eukaristie sacramentum christus eripuit nos / a potestate peccati / liberat a voluntate peccandi. Vnde eukaristia si digna sumatur a malo liberat / et confirmat in bono venialia delet et cavet mortalia. Vnde cum petimus in oratione dominica panem nostrum .i. supersubstantialem da nobis hodie / statim adiungimus / et dimitte nobis debita nostra / Et ne nos inducas in temptationem sed libera nos a malo / quia per panem istum celeste liberamur a malis preteritis presentibus et futuris / Dedit ergo nobis hoc sacramentum salutis ut quia nos cottidie peccamus / et ipse iam mori non potest / per hoc sacramentum quod in memoriam mortis eius accipimus remissionem peccatorum cottidie prosequimur. Hec Innocentius. Vnde ut aliqua ex multis sub compendio proferamus / Primo hoc sacramentum digne sumptum in nobis remissionem peccatorum operatur / deinde vitam gratie tribuit / et ne a gratia deficiamus nutrit auget et ad perfectum gratie vnionem in addendum operatur sumentes in christum transformat. Preter hos effectus adhuc famem patientes / saciat / inebriat sitientes / tenues impinguat confirmat debiles / letificat merentes / ignit affectum

illuminat intellectum / mitigat temptationes affectuum mortalium reprimit / firmat virtutes a futuris preservat peccatis / penam minuit / subvenit vivis / proficit defunctis / spiritum sanctum mittit / terret demones contra hostes et invisibiles adiuvat / et tandem ad vitam eternam perducit. Nullum igitur est isto sacramento salubrius quo peccata fugantur / virtutes augentur / et mens omnium spiritualium carismatum habundancia impinguatur / Quid plura. Hec / pro exercitatione et excitatione mentis mee de mirabilibus huius ineffabilis et stupendi sacramenti / quam breviter curavi perstringere. In quo et omnipotentiam dei summam sapientiam et inenarrabilem erga nos divine dignationis et benignitatis bonitatem / sedulo et grato animo contemplemur. Et quamvis parvum sit quod a nobis aut intelligi aut exprimi possit / cum enim super omnes sensus et omnem intelligentiam sed tamen modicum etiam quantulumcunque sit de eo magis amatum et desideratum a nobis omni cognitione quam habemus de rebus inferioribus. Sic enim et Aristoteles ait in xio de animalibus quod quamvis parvum sit quod de substantiis superioribus percipimus tamen illud modicum est magis amatum et desideratum omni cognitione qua de substantiis inferioribus habemus. Et in ii. de celo et mundo dicit quod cum de corporibus celestibus questiones possunt solvi parva et topica solutione contingit auditori ut vehemens sit gaudium eius. Et in xo Ethicorum. Et cum Symon Iudas eundem hominem pretermittendam divinam cognitionem persuaderet et humanis rebus ingenium applicandum oportere inquiens humana sapere hominem et mortalia contra eum / philosophus dicit quod homo debet se ad immortalia et divina trahere quantum potest quod vtique et nos deo adiuvante in presenti altissima materia quantum poterimus faciemus. Et tali tamen a nobis sacrorum eloquiorum perdefinita lege / ut non in persuasibilibus aut in credibilibus humane sapientie ver

specie ponamus Sed in deuotione et spiritu more theologorum virtutibus quam ineffabilibus et ignotis ineffabiliter et ignote coniungimur secundum meliorem nostre rationabilis et intellectualis virtutis et operationis vnionem ut diuinus theologus Dionisius primo de diuinis nominibus. Primus quoque circa hec diuina ministeria tractanda ut idem Dionisius ait precantia et sanctitate constricti, sanctitate quidem diuinis firmiter inherendo ab omni nos errore immunes deo duce obseruabimus precantia vero diuinum ad diuina perscrutanda misteria non magis nos ingerimus quam nobis datum desursum fuit et ostensum Secundum originale Johannis de Ragusio istum paragraphum vel scilicet stare Capitulum in ti fol septimum videlicet diuinum denique contra R. p. 2 et durat usque ad v. communio diuinissime et primo sequitur vitam quia ut vox testatur apostolica non sumus sufficientes non solum aliquid agere aut operari sed nec cogitare quidem quasi ex nobis sed omnis sufficientia nostra ex deo est, qui et omnia opera nostra in nobis operatur. Ideo secundo loco ut vult vita Platonis agamus et deliberamus apta [illegible] ut mos est prius de diuinitate Atque ut idem ait in principio Thimei Omnibus mos est et quasi quedam religio qui vel de maximis vel de minimis rebus sunt acturi aliquid precari ad auxilium diuinitatem Et ut dicit sacer theologus Dionisius 3o capitulo de diuinis nominibus Ante omnia ab oratione incipere est utile sicut nos ipsos tradentes deo et vnientes Hec sunt enim summe incensiones dei gratie tamen aguntur amorbabilia ut inquit Trimegistus Mercurius in libro de deo deorum Igitur ut ea dicantur a nobis que deo placeant voluntatem declarant mentes nostras illuminent gignet concordiam caritatem accendant preter vnitatem et pacem Primi tamen eodem diuinissimo theologo parisiorum Apostolo Areopagita videlicet Dionisio 1 c celestis Jerarchie Ipsum paternum lumen inuocemus quod est ad vero est quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum perueniamus ad principale lumen patrum accessimus habemus Atque ut ait diuinissimus theologus Sicut omnis pati cinoti manifestationis luminum processio in nos optime ac large perueniens Sic itaque vnifica virtus que est Christus ihesus restituens nos replet et aggregans patris vnitatem dei // et ficans simplicitatem conuertit Hic enim diuinum vnum per Paulum apostolum testatur Ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia Origo enim fontium ut inquit sanctus Bernardus Et fluminum omnium est mare Virtutum et scientiarum est dominus ihesus Christus in quo sunt omnes thesauri scientie et sapientie dei absconditi continencia carnis. cordis industria. mentis rectitudo. casta consilia. iusta iudicia. sancta desideria ex ipso manant Si quis vigeat ingenio. si quis nitet eloquio. si quis moribus placet inde scie inde sapie sermo quoniam gratia et veritas per ihesum Christum facta est de cuius plenitudine omnes nos accepimus gratiam pro gratia Unde Johannis primo Igitur in nostris precordiis fundamentis iactantes humilitate te Christo ihesu hinc cepto penes quem omnium deorum, rectorum omnium que consensus maris ac terre regimen esse voluit certissima salus patrie in toto ut uni hic prius primo nostra hec instans oratio in hoc tractatu atque primum certamen fidelium de vote flagitantibus tuam Christe veritatem fructus pariat salutares ut quod prius hic in actibus optimum sortiatur initium progressu ordinatum accipiat atque fine competenti et debito terminetur cum effectu sincere et vere vnionis Amen

Sed iam accedo ad textum [illegible]

Utique sunt necessarie et valde proficue ad consuetas debitas et laudabiles protestationes quas puro et sincero corde inherendo puto et spero me ab omni erroris periculo liberari maxime tamen per huiusmodi protestationes precipue que est omnis erroris mater et origo presupposito euidetur et omnium virtutum fundamentum stabiliatur

Ar

humilitas cui semper presto est ille illumi=
nator et illustrator cordium spiritus
sanctus qui nisi super humilem et man=
suetum requiescit docens homines
ad salutem necessariam veritatem

Protestor igitur imprimis

quod in presenti actu et in quocumque alio per
me deo concedente fiendo in posterum
non intendo sicut nec umquam inten=
di aliquid dicere asserere dogmatisare
aut pertinaciter defendere quod sit contra
fidem catholicam sacram scripturam
sane intellectam determinacionem sacro
sancte catholice et apostolice ac Romane
ecclesie / quod sit / contra communem intencionem sa=
nctorum doctorum ab ecclesia approba=
torum aut contra bonos mores
seu quod sit quomodolibet piarum aurium
offensivum / quod si ex ignorancia que
in me maxima est et inadvertencia
aut ex lapsu lingue aliquid me contra
predicta dicere aut scribere contingeret quod deus
sua pietate dignetur avertere / omnia
nunc ex tunc et ex tunc prout et nunc
revoco et annullo et habeo pro non dicto
Subiciens me et dicta mea atque scripta
correctioni atque emendacioni ecclesie sancte
dei et specialiter huius sacre sancte generalis
Basiliensis synodi in spiritu sancto legitime
congregate et universalem ecclesiam representantis
et omnium aliorum ad quos huiusmodi de-
viantes aut errantes pertinet ad viam
reducere veritatis Et hanc protestacionem
adhereo prout et adherere inten
do quam domini Vitum Dupero in
humanis Et Ulricum similem pro
testacionem quo ad regulas eius partes
fecissent / domini qui pro regno Bohe=
mie posuerunt quia et se ipsos et
nos et universam communitatem a mu=
ltis laboribus angustiis perturbacionibus
satis faciliter potuissent
et possent liberare se determinacioni
ecclesie catholice Romane submit=
tentes quod cumque primo mihi et ipsis
et nobis deus sua immensa pie=
tate dignetur concedere Amen

Protestor insuper toto et puro cor=
de et sincera intencione quod in presenti actu
et tota collacione quam facturus sum

coram hoc sacro concilio Basiliensi presen=
tibus dictis dominis ambasiatoribus et ora-
toribus regni Bohemie nichil contra
personatum non intendo aliquid dicere et
facere nutu vel signo quocumque
aut qualitercumque animo vel inten=
cione iniuriandi nec intendo uti
terminis contumeliosis in preiudicium aut quo=
modo in confusionem ipsorum ver=
gentibus semper tamen manente veritate
illibata quam sancta ecclesia catholica
et romana profitetur Et in eius
defensione si aliquid me dicere contingit
quod forte possit eisdem rationabiliter dis=
plicere ex inadvertencia vel ex lapsu
lingue Illud ex nunc habeo pro non dicto
et rogo eosdem dominos ut non capiant
ad animum offerens me usque ad condignam
satisfaccionem in omnibus volentibus recor=
dari unique tali in ipsorum salva con=
ductu in scriptis sub tali verborum forma
Item liberum est illis sicut et nobis
salva pace et bona honestate coram
dicto concilio si placuerit obicere sine ac=
cusare quoscumque status exorbitantes
defectus sibi invicem quos senserint
modeste opponendo volunt etc ad
mentem Christi regulam reducere qua
dixit In qua mensura mensi fueritis
eadem remetietur vobis Fateor
insuper et protestor cum beato Augustino
in libro de utilitate credendi circa principium
extrema rogarem deum et rogo et spero
ita fore si michi bene conscius sum quod
ad hunc stilum actum et tractatum
pro officioso animo / non vane nominis
appeticione ac nugatorie ostentacione
accessi Sit etc ut idem inquit doctor
deus cui nota sunt archana consci-
encie mee nichil me in hoc sermone ma-
liciose agere sed ut estimo accipiendum
esse veri probandi causa / cum uni
rei vivere iam diu statuimus et
incredibili solicitudine Vos igitur
de bani nominis appetitu aut rancore
aut malicie odii vel in presenti actu a
nobis prestantissimi patres habere sus-
pectos nisi forsitan clare investigati
volueritis aut via rigida hec depurgat
Sed rogo prestantissimi domini mei si

prima

exclamant recolite quid corde profi-
teor et date signis veniam / et si forsan
interdum me contingat aliquid dimi-
nus loqui et absoluta ex horbitate mee con-
suetudine Indulgete rogo fragili-
tati et audacitati fidei / non enim pos-
sum omnes alloqui pari corde Nec ti-
si in me humor contingant defectus de-
bent contumelia reputari ab auditori-
bus quod ipse gloriosissimus doctor / Augustinus de-
clarat in consimili casu in epistola ad pro-
culianum inter epistolas li audivi inquit
de memorato fratre nostro te finisse conquestum
quod nescio quid contumeliose tibi respon-
derit quod queso te ne illam contume-
liam deputes / cum certum michi est
non de superbo animo processisse novi
enim fratrem meum Sed si quid in disputa-
tione pro fide sua et pro caritate ecclesie di-
xit forte ferventius quam tua gra-
vitas vellet audire non illa contumacia
sed fiducia nominanda est Pro deinde per
viscera misericordie dei nostri quem hic assisten-
tem rogo et obsecro quatenus in inqui-
sitione veritatis predictorum quatuor ar-
ticulorum propositorum studeat imitari
ac sequare quod venerabilis doctor Augustinus in
primo libro de trinitate de seipso ait Non pig-
ebit me inquit sicubi hesito querere
non pudebit me sicubi simul erro di-
scere Quisquis ergo hec audit vel legit
ubi pariter certus est pergat mecum ubi
pariter hesitat querat mecum / ubi erro-
rem suum cognoscit redeat ad me
ubi meum revocet me ita simul ingre-
diamur caritatis viam tendentes ad
deum de quo dictum est querite faciem
eius semper

Dum denique coram reveren-
dissimis paternitatibus vestris

omni virtute et sapientia preditis considero
me tam alta et grandia tractaturum
dum coram acutissimis ingeniis il-
lustrissimis et omnium litterarum peritissimis
investigande quoque veritatis divino amore
flagrantissimis me prospicio lecturum
profecto timor et tremor me taliter
obruunt ut potius silencio opus esset
quam verbis Nec mirum reverendissimi
patres nam si quibusque etiam constantissimis

dicturis in conspectu populi sudor erum-
pit / non aliter quam fatigatis et estuantibus
solet quibusdam tremunt genua dicturis
quorumdam dentes colliduntur lingua
titubat labia concurrunt / ut Seneca ait
xi epistola ad lucillum Quid mirum
si et nunc et aliquibus michi loquenti
non in conspectu vulgi aut rudis populi
sed in presencia gloriosissimi senatus totius
orbis xpiani predicta michi contingerit
et contingant Inter hec enim esse rubo-
rem scio Inquid ipse pluribus / qui gravis-
simis quoque viris subitus effundit ma-
gis quidem quod et in iuvenibus apparet quia
et plus caloris est et tenera frons / ni-
chilominus et veteranos et senes tangit
Quidam numquam magis quam eru-
buerint timendi sunt quasi omnem
verecundiam effunderint / Silla tunc /
erat violentissimus cum faciem eius
sanguis invaserat nichil erat mollius
ore pompei numquam non coram plu-
ribus erubuit utique in contionibus Fa-
bianum / cum in senatum esset testis in-
ductus erubuisse memini / et hic illum
mire pudor decuit non accidit ab infir-
mitate mentis sed a novitate rei que
inexercitatos etsi non concutit movet
naturali in hoc facultate corporis pronos
Nam ut quidam boni sanguinis sunt
ita quidam incitati et mobilis et cito in
os prodeuntis Et sequitur hec ut di-
xi Nulla sapientia ambigit / supremus
enim expectat / propter quam verecundiam
adolescens tunc descripserat ru-
bor hic illum continuum sequitur etiam
cum se confirmavit et omnibus vicijs
exuerit sapientem quod sequitur Nul-
la enim sapientia naturalia corporis aut animi
vicia ponuntur quidquid infixum et
ingenitum lenitate arte non vincitur
Alioquin haberet rerum naturam sub imperio
si omnia eraderet vicia quecumque at-
tribuit condicio nascendi et corporis
temperamentum cum multum se diuque
animus composuit habebunt nichil
horum vitari potest Et infra Nichil ad-
versus hec sapientia promittit nichil
proficit sui iuris sunt iniussa ve-
niunt iniussa descendunt Hec Se-
neca in eadem epistola Quid mirum plura Et si
nunquam predictis nec defectibus impediret

Ar

qd ut vere fateor in p'mordijs desti
bus dicendi umquam arte quamque
ab ineunte etate mea comprimere
valui Pusillanimus attenta altitu-
dinem rerum et huius sacratissimi
cetus ineffabili sapientia mea qz insuf
ficiencia atz in experiencia tarditate
ingenij ebitudine sensuum labilitate
memorie / dificultate iudicij / indi
screcione racionis Intellectus in debili
tate qui se habet ad ea que manifes
tissima sunt sunt in natura sicut ves
pertilionis oculus ad lucem dici ut
philosophus dicit in pri^o 2^i sue prime philosophie
honestior michi fuga erat quam ex
temulentus in conspectu tantorum ac
talium presumam apparere Gran
des siquidem inquit ut gloriosissimus doctor
noster Jeronimus ait Ingenia pena non suf
ferunt et in ipso conatu ultra vires
ausa succumbunt quanto maius fuit
qd dicendum e tanto magis obruitur
qui magnitudinem rerum verbis vult
explicare / sed et si vulgi similia et pe-
destris mac nobis in presenti duce tractatu
opporteret Ita michi longius conventu
sacratissimo meo perfecto plocuturum
erubesco cuius non nisi difficilia intellectu
alta misterijs / et inperscrutabilia pla
cent sacramenta Veniens namque ut
nobilissimi oratoris testatur sententia Ex
celsi ingenij virum humilia delectant
delectant et pena licet enim hoc optimum
in se generosus animus quod ad ardua
concitatur et honesta et magnarum
rerum spes ad se vocat et attollit
atz igne flammece compatus que sur
gens in rectum iacere atz deprimi
potest non magis quam conquiescere Vos
potius gloriosissimi patres Vos qui
omni terreno carentes negocio vacatis
qui celesti habundante ocio lectione
continua refecti oracione assidua sagi-
nati / quorum sicut adipe et pin
guedine repletur anima supernorum
secretorum dulcedine Vos inquam
labijs exultacionis debetis animas
esurientium reficere sicientes potare
ex superhabundanti spiritu vini / sapientia
cordium ariditatem impinguare quia
eiusdem panis vos quo vivunt ange
li dulci ac ineffabili suavitate estis
repleti / Hec quidem sunt gloriosissimi patres
que me silere iubent loqui non permit
tunt et imposita ori custodia taciturni
tatem exhortantur / Venerabiles si mea res / Et
esset hec et non fidei et ecclesie catholice
cuius defensioni eciam usque ad sang
winis effusionem specialiter in simplicem
magistralis licet immeritus et indignus
Iuramento me astrinxi longe al
tius pertimescerem / et licet naturalis effectus
quo ex affinitate lingwe Inclito re
gno Bohemie tota cordis affectione
et caritate afficior me ab hoc certa
mine quam plurimum retrahat tamen
quia rerum utriusque philosophie divine pariter
et humane doctrinam duobus existentibus
amicis ut dicit com^tor les sanctum est
prehonorare veritatem Hic enim
et ipse erat solitus dicere amicus plato
sed magis amica veritas / quod pro vero
est ab ipso suo preceptore acceperat
qui et ipse solitus dicere erat Amicus socra
tes sed magis amica veritas Et in ewangelio
dicit ipsa prima veritas qui non odit
patrem et matrem propter me non est me
dignus / et multo magis / qui non
odit patriam lingwam et gentem /
eciam quidem omnium non excludit di
tatem ex qua et ipse pater et mater sepe
propter perpetue que fidei est veritatem
odio habentur / Sic est et ipse esdre x^o ca^o
dicit omnis terra veritatem invocat
celum eciam ipsam benedicit et omnia
opera moventur et tremunt eam / et non
est cum ea quidquam iniquum Et infra
nec est apud eam recipere personam
neque differencias sed que iusta sunt facit
omnibus et omnes benignantur in operibus
eius etc Et hec quo ad primum sed quo ad
excusaciones necessarias et oportunas dicta
sunt cum omni humilitate et man
suetudine Hijs itaque humiliter pre-
suppositis venio ad quartum et ad
principale nostri actus presentis intentum
videlicet ad responsionem articuli de communione
divinissime eukaristie sub utraque specie
pro cuius rei execucione proponitur
questio sub tali verborum forma

Utrum communio divinis
sime eukaristie sub specie utriusque

primo

panis et vini sit multum utilis et saluti expediens toti credencium populo necessaria est et a domino precepta salvatore. Ad huius argumenti processum cum gratia brevitatis et sine diffinicione huius consit procedamus, quia primo proponentur quedam necessaria ad intelligenciam dicendorum per modum supposicionis quarumdam. 2o ponentur conclusiones ad questionem propositam. Et 3o respondebo ad obiecta ad necessarium et opposita tenencium. Circa primum ad propositum ponentur supposiciones quedam, quedam generales fundantes omnem nostram fidem et ecclesiam catholicam concernentes, quedam vero speciales et proprie ad propositam questionem et materiam pertinentes. Pro cuius declaracione primo sciendum est et notandum, quod sicut in scienciis naturalibus oportet fieri reduccionem ad principia que per priora probari non possunt, sed sunt indemonstrabilia et per se nota, quorum statim cognitis terminis cognoscitur veritas et per ipsa omnium aliarum que traduntur in sciencia cuius sunt principia veritas innotescit, cuiusmodi in mathematica sunt: omne totum est maius sua parte. Et ab equalibus equalia demas, ea que remanent sunt equalia, et cetere tales proposiciones. Et in methaphysica: de quolibet est esse vel non esse etc. Ita in doctrina et sacra fidei que supernaturalis est sunt quedam principia indemonstrabilia et per se nota in lumine fidei que per alia non probantur, sed omnia alia que in doctrina theologie traduntur sumunt noticiam et manifestacionem per ipsa. Item sicut principia indemonstrabilia et per se nota sunt plura et tamen omnia necesse est reduci ad unum primum universalissimum et primum atque commune omnium, quod quasi est dignitas omnium dignitatum, sic est illud de quolibet esse vel non esse, ex cuius veritate et cognicione omnium aliorum noticia dependet et veritas, ut patet 4to methaphysice. Ita quamvis plures sunt articuli fidei, tamen est unus inter eos qui est ianua et primum omnium aliorum, qui est simpliciter per se notus quo ad nos et nullo modo variabilis in aliquid aliud quod sit notius quo ad nos in lumine fidei, per quod probari valeat et manifestari a priori quocumque modo possit in via presenti, et hoc est credere sanctam catholicam

et apostolicam ecclesiam regi et gubernari a spiritu sancto nec eam posse nullo modo errare in hiis que fidei sunt et necessaria ad salutem, et tangitur in simbolo cum dicitur: Credo in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, quia per ipsum spiritum sanctum scilicet ecclesia catholica sancta est et gubernatur ac dirigitur per eundem, qui nec falli nec fallere potest. Et autem predictus articulus sit inter omnes alios primus in quem omnes alii resolvuntur manifestum est, quia si qua dubitacio circa alios articulos contingit, statim ad sacram scripturam velud ad certissimam et inobliquabilem regulam communiter recurritur. Et in testimonio veritatis eius sublatis dubiis veritas elucescat. In tali autem recursu ad sacram scripturam adhuc duplex dubium remanet, quia cum sacra scriptura non procedat racionibus convincentibus et ligantibus intellectum, quemadmodum in scienciis naturalibus et proprie methematicis proceditur, oportet quod modus suus procedendi sit ex auctoritate. Prima ut dicit Boecius: Argumentacio est duobus modis, vel ex racione vel ex auctoritate. Et licet in scienciis humanis locus ab auctoritate sit debilissimus nisi per quanto fundatur in racione, in sciencia tamen divina locus ab auctoritate, cum non in humana racione fundatur sed in divina revelacione, est firmissimus. Que autem scripture sunt divina revelacione tradite ut earum auctoritati assentiatur, vel que non, sciri non potest nisi aliquo approbante, de cuius testimonio dubitari non possit, quod utique de nullo particulari homine dici potest, quia quilibet talis potest errare. Ergo firmitatem scripturarum in approbacione resolvere ecclesie, ut [?] gloriosissimus facit Augustinus, qui in pluribus locis ait: Ego evangelio non crederem nisi me auctoritas ecclesie commoveret, quod et si ecclesia ipsa errare posset, utique nichil firmi in sacra divina remaneret. Deinde cum sacra scriptura in plerisque locis sit ad intelligendum difficilis in dissolvendis huiusmodi dubiis circa fidem emergentibus, sepe inter doctores accidit varietas et multiplicitas opinionum et inextimabilis quedam difficultas. In hac ergo difficultate scripturarum et varietate opinionum necesse est habere recursum ad [?] iudicem aliquod et mensuram

Ar

Proinde appellacōn vix a fide discernit
qui vtiqz nō pt eē aliud in humanis
quam ipa ecclia catholica sancta quā
presuppono errare nō posse Item
sicut in scijs phisicis contra negantem
principia et papue conclusionem nō est
amplius disputand ad pbandum ipm
a priori quia nō est aliquid prius p
quod possit probari cum ponatur
simr primū vtz p arestem in p° me=
phisice Ita in doctrina fidei contra nega=
tem articulos fidei et sacre scripture
veritatem et precipue ecclam regi a
spū sctō et ita nō errare q est sim=
pliciter in doctrina fidei nō ē amplius
disputandum a priori cum nō sit
aliquid prius in quod possit resolui vt
dictum est Item licet nō sit disputand
a priori contra negantem principia ad
ipa probandum vt dictum est tn cā
eorum oppienta psensum et eciā si
adūsarius concedat aliquid eorum que
in lumine nr̄e nota sunt aposteriori Et
ex concessis pt ondere defensor principiorum
eorum veritates deducendo ipm ad in=
conveniens aliquod aut soluendo raciones
si quas contra veritatem ipor adducat
Si autem nichil concedat tunc nec dispu=
tandum nec loquendum est cum ipo
vtz p arestem in 3° me quo psē
manifestum est Sic et in doctrina fidei
aposteriori quidem manifestari pnt et decla=
ri quo ad nos in lumine fidei prima
principia aliquomodo vt p opa et alia
et contra negantem adversarium
si aliquod eorum que sunt fidei con=
cedat ex concessis procedi lt si adūsarius
hereticus negaret resurrectionem futuram
mortuorum et concederet resurrectionem
xpi posset catholicus ex resurrectione
capitis arguere resurrectionem mortuorum
Sic et aplus ad cor facit epla i xv
c Si autem nichil eorum que sunt fidei con=
cedat vt paganus tunc cum ipo de
negacione fidei nichil agendum ē quia
talis longe erit a nr̄a pha Vt dionis
ait in de diuinis nominibus poterunt
tn fideles p opa manuductiones et
psuasiones aliquas monere animos
infidelium ad credendum nō eē impossibi
nec diuine potencie sapiencie maie=
stati et bonitati inconveniencia ea q
fides pdicat et affirmat atz concedit

nales ex pha humana sumptas Si
quas in captivum et in contrarium fidei infideles
sapientes adducerent solue et annullare
tum nō possunt eē demonstraciones sz qua=
lescumqz psuasiones quia infallibili
veritati impossibile ē demonstrare in contra=
rium eē vbi Quia ergo in doctrina fi=
dei solissimum primum et primum ē eccliam
catholicam credere regi a spū sctō diri=
gi et gubernari ac p hoc nō posse er=
rare in hiis que necessaria sunt ad salute
vt dictum ē et ex ipo et p ipm omnis
hereticorum nequicia eliditur Ideo
licet nō a priori a posteriori tn ad ipsum
declarandum et manifestandum summope
insistendum est vbi quia quod de=
claracio atz manifestacio pdicti vniuer=
salissimi principij et aliorum in hoc
tractatu dicendorum precipue et ma=
xime sumenda est ex auctē sacre
scripture que superficietenus et in cortice
intellecte superbis hominibus et elatis in=
ultam mag prestat errorem sicut patz
luculenter intuenti omnes antiquas
hereses et modernas que in defensione
sui erroris pluribus auctoritatibus sacre
scripture male intellectis se muniunt et
defendunt Ideo vt manifestius et
clarius pateat veritas catholice fidei q
in primi deo auctore et directore de=
fendere suscepimus et omnem heresim fal=
sitas et malicia quedam qualia census
permittenda quamquam in intellectu sacrarum
scripturarum veluti quibusdam tegu=
lis atz lucidis diruganimus Supponitur igitur
tamquam fundamentum omnium firmissimum
stabiliatur quod omnis scriptura veteris
et noui testamenti contenta in volumine
biblie sit edita ab auctoribus suis spū
sctō inspirante et de veteri quidem testa=
mento hetur ij pe i c vbi ait Nō enim a vo=
luntate humana allata ē aliquando pro=
phecia sz spū sctō inspirati locuti sunt
sancti dei homines in nomine prophe=
cie tamquam in nobiliori pte includens
ceteras ptes scripturarum De scripturis
vero noui testamenti hetur Math x° vbi
xpus mittens apostolos et dans eis
auctoritatem pdicandi et ewangeli=
zandi dixit eis Nolite cogitare quo
aut quid loquamini dabitur enim
vobis in illa hora quid loquamini
Nō enim vos estis qui loquimini sz spc
patris vestri qui loquitur in vobis Constat

autem aplos ɔscripsisse et auctoritas novum testamentum. Et de aplo paulo notum est / quia non ab homine neque per hominem sed per revelationem ihesu xpi ut ipse testatur ad gal. i c. Ex quibus sequitur quod principalis actor sacrarum scripturarum est spiritus sanctus qui est deus homines vero per quos edite et conscripte sunt fuerunt quasi instrumenta et calami eius spiritus sancti. Unde psalmista lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Scriba enim doctissimus in lege ut ait Jeronimus est spiritus sanctus:

Secunda supposicio est tanta

certitudo veritatis sacrarum scripturarum ut nichil in eis affirmative positum aut expressum possit esse mendosum et falsum patet quia principalis actor ipsarum spiritus sanctus cum sit prima et summa veritas nec fallere nec falli potest aut mentiri. Et xpus mathei v capitulo Amen quippe dico vobis donec transeat celum et terra iota unum aut unus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Et luce xvi c. Facilius est celum et terram preterire quam de lege unum apicem cadere quamvis vero propter infallibilem certitudinem ita exprimat pront lege cautum est et expressum iuxta sensum quem intendit spiritus sanctus ad hanc veritatis regulam confirmandam sunt quodque infiniti textus scripturarum tam veteris quam novi testamenti quos adducere longum esset et tediosum. Quam regulam et Augustinus confirmat his verbis in libro de videndo deum si nullo modo potest ut hec sacrarum literarum auctoritas ex aliqua parte fallere credatur hec est omnium catholicorum firma et ingressa sententia et opinio dicere est totius fidei nostre diruere fundamenta quam obrem tota scriptura debet considerari quasi esset una propositio copulativa cuius veritatem exigitur utramque propositionem et ptem esse veram quecumque singulas partes et unam affirmans eludendo et opponens per alteram. Alioquin si aliqua propositio sacre scripture posita assertive per actorem suum qui est spiritus sanctus esset falsa tota scriptura sancta sicut dicit Augustinus vacillaret auctoritas:

primum

Tercia supposicio est sacram

scripturam dari a deo hominibus divine bonitati fuit congruum et humane saluti necessarium / patet quia cum homo de racione sua sit creatus et deus sit non solum quidam set et omne et summe ac per essenciam bonum ubi congruum fuit et est ut se communicet liberalissime omnibus creaturis cum ymaginemque non exigentiam a quo ut plato ait procul invidia omnis longe relegata est neque enim dimininum nimdum esse convenit ut aristoteles ponit in primo metaphysice contra poetas qui maxime in communicatione sapientie deum invidere hominibus asserebant. Unde et simonides quidam / plus quidam deus habere hoc sapiens sed in prisdimus ut idem aristoteles ait multa menciuntur poete. Cum igitur racionalis creatura homo sed capax sit tam intellectum et voluntatem eterne felicitatis quia ad hoc ipsum idem deus et dominus produxit et creavit propter bonitatem suam dicente Augustino in libro de doctrina xpiana et allegatur a magistro sententiarum li. ii dis. i. c. Quia inquid bonus est deus sumus et inquantum sumus boni sumus / ut si quereretur ad quid creata sit racionalis creatura respondetur ad laudandum deum et ad serviendum ei ad fruendum eo in quo proficit ipsa non deus / deus enim perfectus et summa bonitate plenus nec augeri potest nec minui. Et tamen racionalis creatura facta est a deo referenda est ad creatoris bonitatem et ad creature utilitatem. Et idem ibidem inquid dicit fecit deus racionalem creaturam que summum bonum intelligeret / intelligendo amaret / amando possideret / et possidendo frueretur / unde quia hec fruicio non competit homini secundum naturam suam / licet in sit ei capacitas ad eam optinendam et habendam a natura per gratiam dei. Ideo ipsa divina bonitas sicut ipse homines ad predictam fruicionem que comprehensionem racionis humane excedit ordinavit secundum illud ysaie lxiiii. Oculus non vidit deus absque te que preparasti diligentibus te ita eciam sua liberalissima communicatione sciam et doctrinam sacrarum scripturarum omnem

humani intellectus excedentem capa-
citatem revelavit per quam ad super-
finem dirigeretur. Qz cum propter cogni-
tum esse finem hominibus qui suas
actiones et intenciones debent ordinare
in finem et hec est valde bonum uti
le et necessarium. Unde apostolus ij ad Thimot. 3o
Omnis scriptura divinitus inspirata
utilis est ad docendum ad arguendum
ad corripiendum et erudiendum ad
Iusticiam

Quarta supposicio est sacra

scriptura in uno eodemque sermone
habet plures sensus scilicet literalem et spiritualem
patet per Greg. 2o libro moralium. ubi dicit
Sacra scriptura omnes scientias ipso suo
more locucionis transcendit quia
uno eodemque sermone dum narrat
gestum prodit misterium ut sanctus
Thomas in prima parte questione prima articulo 10.
Ita declarat auctor sacre scripture deus
est in cuius potestate est non solum quod voces
ad sensum accomodet quod eciam homo
facere potest sed eciam res ipsas Et ideo cum
in omnibus scienciis voces significent hoc
habet proprium ista sciencia quod ipse res significa
te per voces eciam significent aliquid
Illa ergo prima significacio qua voces
significant res pertinet ad primum sensum
qui scilicet est historicus vel literalis sensus
Illa autem significacio qua res significate per voces
iterum res alias significant dicitur sensus spiritualis
propter quod sensus spiritualis semper super
literam fundatur et eum supponit
Hic autem sensus spiritualis trypharia divi-
ditur. Sicut enim dicit apostolus lex vetus
figura est nove legis Et ipsa no-
va lex ut dyonisius dicit in ecclesiastica
Ierarchia est figura future glorie In no-
va eciam lege ea que in capite gesta
sunt signa sunt earum que nos
agere debemus Secundum ergo quod ea que
sunt veteris legis significant ea que sunt
nove legis est sensus allegoricus
Secundum vero quod ea que in Christo sunt facta
vel in hiis que Christum significant sunt signa
eorum que nos agere debemus est
sensus moralis et dicitur tripologicus prout vero
significant ea que sunt in eterna gloria est
sensus anagogicus sicut exemplariter possit
declarari in illo versu psalmiste lauda
Iherusalem dominum lauda deum tuum syon

Quinta supposicio est sensus

literalis sacrarum scripturarum principa-
lis est ille non quem litera pretendit
sed quem auctor earum scilicet spiritus sanctus
intendit Patet exemplariter in sensu parabolico si-
ve figurativo qui sub literali sensu
continetur Nam in huiusmodi locucionibus
parabolicis per voces significatur aliquid proprie et
aliquid figurative Nec est literalis sensus
ipsa figura sed id quod est figuratum Sic
eum cum scriptura nominat dei brachium
non est literalis sensus quod in deo sit membrum
huiusmodi corporale quia spiritus est deus ut dicit
Iohannis 4o sed id quod per hoc membrum
significatur scilicet virtus operativa. Ex quo
patet ad sensum literalem sacre scripture nichil
potest subesse falsum ut dicit sanctus Thomas
ubi supra etc.

Sexta supposicio est fides et

omnia necessaria ad salutem tam creden-
da quam agenda fundantur in sensu
literali et ex ipso solo argumentacio sumitur
ad probandum ea que fidei sunt vel
necessitatis ad salutem et non ad hiis
que secundum allegoriam vel alium sensum
spiritualem dicuntur ut dicit augustinus in epistola
ad contra vincencium donatistam
et nichil sub spirituali sensu continetur
fidei necessarium quod scriptura sacra per literalem
sensum alicubi manifeste non tradat
ut dicit sanctus Thomas in loco preallegato

Septima supposicio sacra

scriptura in sensu literali sane et bene
intellecta est infallibilis fidei regula
et sufficientissima Prima pars supposicionis
huius ex superioribus manifesta est Secunda
pars quia cum intellectum eciam ea que
fidei sunt contingat errare videlicet in
hereticis necesse est esse regulam aliquam
per cuius deviacionem aut conformitatem
percipiat se intellectus errare vel non
errare. alioquin semper in dubio ma-
neret et semper fluctuaret Et cum
fides sit eciam ea que humanam intelli-
genciam et racionem excedunt Unde 11o
capitulo ad hebreos fides est substancia rerum
sperandarum argumentum non apparencium
Et secundum Ambrosium Tolle argumenta
ubi fides queritur Et secundum Greg. fides
non habet meritum ubi humana racio prebet
experimentum patet nulla humanarum

scripturam esse regulam fidei Relinquitur
ergo quod huiusmodi regula fidei sit sacra scriptura
Hec regula est Johannis 20 capitulo ubi ait
Hec autem scripta sunt ut credatis quia
Jhesus est filius dei et ut credentes vitam
habeatis in nomine eius | ii petri 1 capitulo Et
firmiorem habemus propheticum sermonem
cui bene facitis attendentes quasi lucer-
ne lucenti in caliginoso loco donec di-
es elucescat et lucifer oriatur in cor-
dibus vestris | Et apostoli ad Romanos xv
Quecumque scripta sunt ad nostram doctrinam
nam scripta sunt ut per paciencian et con-
solacionem scripturarum spem habeamus
Et patet quod predicte auctoritates sunt sacre scripture
et de eadem sacra scriptura loquuntur
et non de aliis scriptis humanitus adinuentis
Secunda pars patet ex quia si sacra scr-
iptura non esset sufficiens fidei regula
sequeretur quod spiritus sanctus insufficienter tra-
didisset eam qui est auctor ipsius quod
de deo / cuius omnia opera sunt
perfecta nullo modo est senciendum preter-
tea si sacra scriptura in aliquibus que
sunt necessaria ad salutem deficeret / tunc
licite et meritorie ea que deficiunt
possent aliunde superaddi / aut si aliqua
essent superflua diminui Sed hoc est
prohibitum a Johanne capitulo ultimo Apocalipsis
ultimo ubi sic ait Si quis apposuerit
ad hec apponat deus super illum pla-
gas scriptas que sunt in libro isto et
si quis diminuerit de verbis libri prophe-
cie huius auferet deus partem eius de
libro vite et de ciuitate sancta et de
hiis que sunt scripta in libro isto Ex quibus
verbis Johannis capitulo clare ostenditur quod sacra
scriptura nichil diminute nichilque super-
flue contineri quod utique congruit auctori
ipsius qui est spiritus sanctus ut dictum est
cuius omnipotencie congruit ut nichil
diminute sapiencie ut nichil superflue
et bonitati ut ordine congruo in(?) pro-
videat necessarie saluti | Proverbiorum 30
Sermo dei ignitus clipeus est sperantibus
in se ne addas quicquam verbis illius
et ne arguaris inveniaris que mendax
Et loquitur de diuina sapiencia Sed pro
declaracione ampliori huius regule pro
ista parte sciendum est quod sufficiencia alicuius
regule doctrine uel(?) cuiusque duplex
unus(?) explicite Alio modo implicite et sic un-
est in qualibet doctrina et sciencia quia nulla

unquam doctrina fuit tam sufficienter
tradita quod omnes conclusiones in ipsius
principiis contente explicite et in propriis
terminis fuissent tradite et expresse
Et est in proposito nostro quia nichil est
ad fidem et ad salutem quomodolibet et
qualitercumque pertinens quod non in sacra
scriptura sufficientissime explicite et
implicite contineatur Contingit enim
veritas in scriptura contineri latens
aut patens quemadmodum in aliis
scienciis sive speculatiuis sive moralibus
et civilibus conclusiones et determinaciones
et earum principiis continentur
que iuxta exigenciam rerum temporum
et personarum ac occasionum ve-
ritatem educuntur et explicantur
ut notum est cuilibet in scolasticis dis-
ciplinis erudito / que quidem eductio
fit per modum illacionis uel determina-
cionis ut in processu huius operis for-
tasse clarius elucesset Item sciendum
quod ad aliquam doctrinam addere ali-
quid potest intelligi quatuor modis Primo
per modum explicacionis aut declaracionis
Secundo modo per modum supple-
cionis / 3o per modum ampliacionis /
4o per modum destruccionis aut in
contrarium Primus modus est necessarius
in qualibet sciencia et doctrina et specialiter in sacra
scriptura non propter se ipsam que suffici-
entissima est et clarissima in se / sed propter
nos Item et declarantibus eam promittit
premium vite eterne Ecclesiastici 24 Qui elucidant
me inquit vitam eternam habebunt
Ecclesiastici xxiiii Secundus modus est necessarius
scienciis ab auctoribus earum diminute et insuf-
ficienter traditis ad reparacionem supplementum
Cuiusmodi apud nos sunt seu philosophie naturalis
quam aut auctores non plene et sufficienter
tradiderunt aut si perfecte tradiderunt ad nos
non peruenit complete aut perfecte Albertus
magnus et alii philosophorum latinorum
multos libros et tractatus ad comple-
mentum ipsius addiderunt Tercius
modus maxime si non fiat excessiue
sustinendus est et tollerandus ad bene
esse licet non sit necessarius Quartus modus
potest addi in scienciis duabus modis uel de-
lectatione tanquam opinio opposita uel ex
opinione contraria et opposita quod est ut ma-
gis elucescat cum quod auctores posuerunt Et
communiter dicitur opposita iuxta se posita

magis elucescunt scilicet unum quod est in
sua racione quia solum oppositum vero
eius falsitas ex comparacione veri manife-
stior fit et ideo veritas falsitati etc. Iste
modus ad primum reducitur qui est uti-
lis et laudabilis in qualibet doctrina
Vel assitue pro conclusione tamquam
verum et cum destruat veritatem doctri-
ne et corrumpat omnino in qualibet doc-
trina tamquam venenum mortiferum
contradiccionis Unde cum sacra doctrina
sit certissima in veritate ut patet ex ra-
cione propter racionem auctoritatem eius quia
errare non potest omne contrarium eius om-
nimode est reprobandum Alioquin sic
apponens incurret plagas descriptas
supra per Iohannem allegatam et hoc modo
intelligende sunt auctoritates scripturarum
que prohibent addicionem vel subtraccionem
ad sacram scripturam Unde super illo deute-
ronomii Non addetis ad verbum quod vobis loquor
nec auferetis ex eo glosa ordinaria dicit
docet normam equitatis et omnes heresim
primit Vetat enim recte doctrine aliqua
intencionis addere vel aliquid veritatis
subtrahere Via enim regia incedendum
est non ad dextram vel ad sinistram quia
recte vie domini et iusti ambulabunt
in ea Unde Nicolaus de lira Conside-
randum est hic quod hic prohibetur addicio
depravans intellectum legis Non autem
addicio declarans aut elucidans etc. quod
scribitur Exodi xxiiii Que ei elucidat me-
tum Et hoc similiter super illo Sermo dei
ignitus dicit glosa interlinearis ut he-
retici qui corrumpunt scripturas ne eis
communicantur Et Ieronimus ibidem ne corripi
as eloquia sacrarum scripturarum sicut
quidam heretici ne eis communicatur fecisse
nosceris Et Nicolaus de lira Ne ad-
das quidquam etc. quod sit eis contra-
rium pertinet tamen et historice addi illa
que faciunt ad veritatem dominii decla-
randam Exodi xxiiii Que ei elucidant
me Similiter super dicto Iohannis apocalipsis
Ultimo dicit glosa ordinaria quia qu-
osdam sciebat in asia esse qui studebant
pro suis erroribus fovendis aliquid ad-
derent vel diminuerent suppositis
expositionibus Et Nicolaus de lira Si
quis apposuerit etc. id est discrepancia sicut
faciebant heretici qui tempore illo addebant
discrepanciam a veritate evangelii et
aliqua diminuebant de eius veritate
dicentes Christum ante mariam non fuisse
per hoc tamen non excluditur quin possent
aliqua addi licite que faciunt ad decla-
racionem tocius sacre scripture etc. Secun-
dum sunt doctores sancti Et ad hunc modum
reducitur Si quis mandata Christi di-
missis et neglectis alias humanas su-
peraddere tradiciones sicut dicunt docto-
res super illo verbo Christi Ve vobis qui
decimatis mentam et anetum et que
pociora sunt legis dimittitis sicut
iudicium et misericordiam Mathei xxiii Et ali-
bi increpat dominus iudeos dicens
Irritum fecistis mandatum dei propter
tradiciones vestras Et per ysaiam prophetam
Sine causa colunt me mandata
et doctrinas hominum docentes et sequentes

Octaua supposicio non est

inconveniens sub uno et eodem
textu sacrarum literarum esse plures
sensus literales declarat hoc sanctus
Thomas ubi supra dicens quia auc-
tor sacre scripture deus est qui omnia
simul suo intellectu comprehendit ideo
non est inconveniens utrumque dicit vii
confessionum Si etiam literalem sensum
in una litera sacre scripture plures sint
sensus Unde primi paralipomenon xvii dicit
dominus de salomone Ego ero illi in
patrem et ipse erit michi in filium
et intelligitur de salomone ad literam
inquantum fuit filius dei per adopcionem
in iuventute propter quod nathan propheta
nominavit eum amabilem domino
ut habetur ii regum xii predicta est
auctoritas Ego ero illi in patrem inducitur
ab apostolo ad hebreos i tamquam dicta
de Christo ad literam quod patet ex hoc quod
apostolus inducit eam ad probandum
quod Christus fuit maior angelis Talis
autem probacio non posset fieri per sensum
misticum ut dicit Augustinus contra Vin-
cencium donatistam ut supra alle-
gatum est predicta igitur auctoritas
completa fuit ad literam in salomone
minus tamen perfecte quia fuit dei filius solum
per graciam In Christo autem perfectius immo
perfectissimo qui est dei filius per naturam
Hec sunt Nicolai de lira in prologo biblie

Nona suppositio ad recte intelligendum sacram scripturam

secundum sensum litteralem necesse est saepe ut unus et idem textus ad praecedentia vel subsequentia referatur vel ad alia loca in quibus de eadem materia tractatur quia ipsa quandoque exponuntur et quandoque supplentur. Unde Augustinus in libro lxxxiii quaestionum lxix: solet circumstantia scripturarum illuminare sententiam. Quapropter in verbis Christi haec regula diligenter notanda est quia per eam comprehendimus saepe an verba Christi figurative dicta sint an non quia ex praecedentibus vel consequentibus ibidem vel simul ex utrisque vel aliis locis sacrae scripturae comprehenditur et capitur intellectus. Sicut si volumus intelligere quae istarum locutionum figurativa sit et quae non: Ego sum vitis vera. Et hoc est corpus meum, ex his quae subiunguntur capitur intellectus. Nam ad primam statim subiunxit ad discipulos: Et vos palmites, per quam subiunctionem manifeste ostenditur quod cum discipuli sui non essent palmites naturales sed tamen figurales quod nec ipse erat vitis cum dixit Ego sum vitis nisi secundum figuram. Ad secundam vero subdit: quod pro vobis tradetur. Per quod innuitur cum ipse verum corpus suum et naturale quod traxit de virgine tradiderit in cruce pro nobis, quod est illud idem corpus quod assumpsit de virgine et in quo in cruce pependit tradiderit discipulis in cena in hoc dignissimo eucharistiae sacramento. Similiter saepe truncata forma per alium passum suppletur. Nam ille textus Marci ultimo: Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit, si per se intelligatur de fide et de baptismo sine aliis virtutibus falsus est et truncatus quia praedicta non sufficiunt ad salutem sed oportet quod aliae virtutes concurrant et specialiter caritas sine qua nec fides nec baptismus proficit ad salutem ut patet per apostolum. Et similiter facile est videre ut in multis aliis sacrae scripturae locis.

Decima suppositio est ad habendum

verum sensum litteralem sacrarum scripturarum necesse est summopere studio et intelligentia attendere varium modum procedendi earundem. Nam in eodem contextu verborum saepe aliqua verba accipiuntur litteraliter et pure grammaticaliter et aliqua mystice, et saepe unum et idem verbum aliter et aliter. Nam illud Marci vi: Nihil tuleritis in via nisi virgam tantum, secundum praedictam distinctionem, ubi haec verba nihil tuleritis in via accipiuntur litteraliter et sequentia nisi virgam tantum accipiuntur mystice pro potestate accipiendi victum necessarium. Item hic ipsum nisi virgam tantum aliter accipitur nomine virgae Matthaei x et Lucae ix et Marci vi quia in primis locis ubi Christus loquitur de missione apostolorum accipitur virga pro baculo aut rebus indiguis humanae sustentationi necessariis. Hic vero accipitur mystice pro potestate accipiendi necessaria ab auditoribus quam Christus dedit evangelizantibus. Unde Augustinus in de consensu evangelistarum: Solet inquit quaeri quomodo Matthaeus et Lucas commemoraverint dominum dixisse discipulis ut nec virgam ferrent cum dicat Marcus et praecepit eis ne quidquam tollerent nisi virgam tantum, quod ita solvitur ut sub alia significatione dictam virgam quae secundum Marcum ferenda est et sub alia quae secundum Matthaeum et Lucam non est ferenda intelligamus. Potuit enim breviter sic dici: Nihil necessariorum vobiscum feratis nec virgam nisi virgam tantum, ut illud quod dictum est nec virgam intelligatur nec minimas quidem res, quod vero adiunctum est nisi virgam tantum intelligatur potestas quae per potestatem a domino acceptam quae virgae nomine signata est etiam quae non portantur non deerunt. Et subdit ad propositum: Quibus autem putet non potuisse dominum in uno sermone quaedam figurative quaedam proprie ponere eloquia cetera eius inspiciat et videbit quam hoc temere ac inerudite arbitretur. Similiter multi passus sacrae scripturae sibi invicem essent contrarii si tantum ad grammaticalem sensum respiciamus ut patet in praedictis locis in quibus Matthaeus et Lucas dicunt neque virgam. Et Marcus nisi virgam tantum. Similiter Matthaei v praecipitur diligi inimicos. Lucae xiiii praecipitur odiri patrem matrem uxorem filios fratres et sorores. Item saepe sacra scriptura sub uno contextu quasi una persona aliqua loquitur non tamen ad idem singulae partes locutionis referuntur sed altera ad caput altera ad corpus

refertur s. altera ad christum altera ad
ecclesiam que est corpus misticum. Unde quod
modum intelligitur illud ysaie lxi
Induit me dominus vestimento salutis
et indumento iusticie circumdedit me
quasi sponsum decoratum corona et quasi
sponsam ornatam monilibus suis. Quia
enim dicit quasi sponsum intelligitur de christo
capite. Et id quod subditur et quasi
sponsam intelligitur de ipsa ecclesia. Simili-
ter canticorum primo Osculetur me o-
sculo oris sui quia meliora sunt
ubera tua vino. Cum enim dicitur
osculetur me, desiderium sponse
sponsum desiderantis exprimit. Et
quod subditur quia meliora sunt ubera
tua etc. verba sunt sponsi sponsam comme-
dantis. Quarto vero misticum ecclesie
corpus est quasi sagena nondum tr-
acta ad littus continens malos per-
mixtos cum bonis. Ideo sepe in sa-
cra scriptura mali concedant cum
bonis quibus sunt permixti. Sicut osee
xi° puer israel et dilexi eum. Et ergo
sepe boni comparantur cum malis
sicut ysaie scribitur Cognovit bos
possessorem suum et asinus presepe domini
sui. Israel autem me non cognovit et
populus meus non intellexit. Similiter
in eodem contextu aliquid quod ad bonos
pertinet et quid ad malos exprimitur
sicut canticorum primo Nigra sum sed for-
mosa filia ierusalem sicut thabernacula
cedar sicut pelles salomonis. Verba sunt
ecclesie que tractat malorum in ipsa
contentorum. Et nigra sum sed racione
bonorum subdit sed formosa. Et quod sub-
ditur quasi pro eodem inducitur sicut tha-
bernacula cedar. Cedar enim fuit filius
ysmahel a quo descenderunt sarra-
ceni et refertur ad malos. Quod autem
dicitur sicut pelles salomonis refertur
ad bonos. Per salomonem enim intelligitur. Unde expo-
sitores catholicos et hebreos ipse deus.
Et ideo pelles eius dicuntur quibus ope-
riebatur thabernaculum in quo boni
colebant eum. Quarto est sacra scriptura
in suo modo loquendi transit de spe-
cie ad genus sive de parte ad totum et
econverso. Primum quod patet ysaie xiii ubi specialiter
loquitur contra babilonem filius di-
cens Onus babilonis etc. Et deinde
transit ad intelligendum verum de toto mundo

generaliter per hoc quod subditur a summitate celi
dominus et vasa furoris eius ut disperdat
omnem terram. Postea revertitur ad lo-
quendum contra babilonem specialiter cum
dicit Ecce ego suscitabo super vos medos
qui argentum non querant nec aurum
sed volunt sed sagittis parvulos interficient
lactentibus non miserebuntur et super
filios non parcet oculus eorum. Et quia
darius medus cum cyro nepote suo
cepit babiloniam et interfecit baltha-
sar regem babilonis ut patet danielis v°
Quinto quia est dyabolus cum malis
constituit corpus malorum sicut et christus
cum bonis constituit corpus ecclesie mi-
sticum, dicente gregorio omel. x. Certe
iniquorum omnium dyabolus caput est
et huius capitis membra sunt omnes
iniqui. Ideo propter connexionem utrorumque
quod adinvicem scriptura in eodem con-
textu loquens de uno transit ad loquen-
dum de altero sicut habetur ysaie xiiii
ubi loquens de rege babilonis qui
erat membrum dyaboli transit ad lo-
quendum de principe demoniorum
cum subditur Quomodo cecidisti de celo lu-
cifer qui mane oriebaris corruisti
in terram qui vulnerabas gentes.
Et similiter habetur ezechielis xxviii
ubi loquens de principe transit ad
loquendum de dyabolo cum subditur
Tu signaculum similitudinis plenus
sapientia et decore. In deliciis para-
disi fuisti. Sepe est in sacra scriptura con-
tingit difficultas propter tempus. Quod
contingit quadrupliciter videlicet per sinodo-
chen cum videlicet pars ponitur pro toto sicut
cum dicitur in evangelio christum tribus diebus
in sepulcro iacuisse cum tamen prima et
tercia dies non fuerint integre. Alio
per minuciarum temporis obmissionem que
aliquando in sacra scriptura computantur
et aliquando obmittuntur sicut cum aliquando
scriptura loquens de aliquo numero an-
norum in pluribus locis accidit vari-
etas quia in uno loco manifeste minu-
cie temporis et ita videntur plures
anni. In alio vero loco dimittendo
dictas minucias pauciores videntur.
Tercio modo contingit ex variacione
termini quia computacio annorum
aliquando incipit in uno loco a priori ter-
mino et in alio loco a posteriori sicut

Primo

genes. xv. cao dictum fuit Abrahe scito
presciens quod peregrinum futurum sit seme
tuum in terra non sua et subiicient eos
servituti et affligent cccc annis. Et exo
di xii cao de ista eadem peregrinacione
dicitur quod mansio filiorum israel in terra e-
gipti fuit quadringentorum triginta
annorum quia computacio huiusmodi nacio-
nis incipit a nativitate ysaac que
fuit triginta octo annis post egressum
abrahe de aran. Quarto vero non con-
tingit eo quod scriptura sacra loquitur
de futuro per modum preteriti sicut ysa ixo
parvulus natus est nobis etc. et hic addi
notandum certitudinem prophetie sive
eventus de futuro est ita certa sicut iam
preterisset et hoc est propter certitudinem divi-
ne prescientie ex qua fit revelacio in prophete.
Est tamen advertendum quod tales modi loquendi
non habent locum nisi in prophecia predestina-
cionis que est quando aliquid certum con-
tingens revelatur prophete eo modo quo
est prescientia dei que ita infallibiliter in-
tuetur futura sicut presencia et preterita. In
prophecia vero comminacionis non habet locum
que est quando aliqua pena revelatur prophete
infligenda populis vel alicui persone par-
ticulari non tamen quod est in dei prescientia secundum
ordinem causarum etc. ut patet in
de vita hominum sicut est illa prophecia Jone
adhuc xl dies et ninive subvertetur.
Haunt enim subversionem meruerat peccata
illius civitatis ut dictum quia talis causa
mutabilis est. Ideo effectus aliquando non se-
quitur sicut in proposito quia ninivite
egerunt penitenciam. Et deus non inflixit
eis pro tunc penam comminatam. Insuper
contingit difficultas in scriptura propter varia-
ciones recapitulacionis et anticipa-
cionis in narratione quia non semper
eo ordine gesta et facta scribuntur quo
fuerunt. Et ideo quandoque ponuntur per modum
anticipacionis quandoque autem fit econtra reca-
pitulacio sicut gen. x dicitur de filiis noe
ab hiis divise sunt insule gentium in
regionibus suis unusquisque secundum leges
suam. Et infra eodem cao hii sunt
filii cam in cognacionibus et linguis
et pergens xi cao dicitur Erat autem terra
labii unius et sermonum eorundem. Ex
quo patet quod illud quod prius dictum est de
divisione linguarum dictum est per an-
ticipacionem. Similiter gen. ii est per quam

moyses describit creacionem celi et terre
et distinccionis et ornatum per omnium undi
dicit Iste sunt generaciones celi et
terre in die quo create sunt. Ex quo
patet quod predicta dicuntur hic et referuntur
per recapitulacionem hic et multe alie
difficultates intelligendi sacras scripturas
intervenerunt voluntate et ordinacione
divina eciam nutu et inspiracione eo
scripte sunt ad quarum difficultatum
dilucidacionem donatisti quidam ticonius
nomine septem regulas adinvenit
quas augustinus tercio de doctrina christiana
prosequitur et declarat. Ysidorus de
summo bono Nicolaus de lira in pro-
logo bibbie et multi alii doctores quorum
in aperiendo predictis difficultatibus ve-
stigia sunt secuti etc.

Undecima suppositio predicta

difficultas in intelligencia sacrarum
scripturarum est eciam valde utilis
et necessaria tum propter exercicium studiosorum
et mitum cor unde nam si singula pa-
terent et omnes planum haberent ac-
cessum ad divina cognoscenda et ca-
pienda misteria humanum ingenium
pigresceret et multi qui nunc in inqui-
sicione veritatis glorioso labore occup-
antur aut ocio marcescerent aut ad
illicita prolaberentur nec in studio earundem
scripturarum haberent illud meritum quod
eis promittitur qui elucidant me vitam
eternam habebunt nec doctores earundem
aureolam singularem reportarent.
Tum eciam propter vitandas irrisiones
infidelium et ne eciam apud fideles eadem
divina misteria vilescerent. Unde dominus
ait math. vii nolite sanctum dare canibus et
margaritas nolite proicere inter porcos etc.

Duodecima suppositio tali

ac tanta difficultate in intelligencia
sacrarum scripturarum expositores necessario
ipse scripture requirunt diligentes
et fideles expositores qui sint pre-
diti ingenio exercitati studio humiles
in iudicio et immunes ab affectato
vicio. Nam ex opposito alicuius istorum
quatuor solet facilime falsus intellectus
scripture suboriri ut si sit homo ebetis
ingenii si iners et neglector studii
si superbi et arroganti iudicii. Si denique

fuit infectus et dampnatus conpassatu ali
cuius vicij aut passionis sicut plerosque
occecat malicia eorum possent predicta
et quodlibet ipsorum tam auctoritatibus
quam exemplis et racionibus multipliciter
declarari que causa brevitatis tamen
sunt esse nota relinquuntur etc.

Tercia decima supposicio.

Inter expositores et declaratores sa
cre scripture summa cum diligencia
facienda est comparacio / et illi quos co
stat habere condiciones positas in preceden
ti supposicione preferendi sunt non habenti
bus Similiter revelacionem habentes non
habentibus et eam et dona gratis data
possidentes celestibus pibus non possidentibus
ea Magna enim stulticia et fatuitas
est hominibus qui dimissis doctoribus
omni sanctitate et devocione ferventibus
summo ingenio preditis exercitatis studio
humilibus in iudicio et omni vicio ac
passione spoliatis qui eciam in vita
et post mortem miraculis claruerunt
in interpretandis et exponendis sacris
scripturis divinas et celestes revelaciones
habuerunt sequuntur homines rudes
ingenio neglectores studij / superbos et
arrogantes ac presumptuosos in iudicio
de pravatos et infectos omni vicio
Quibus a percipienda veritate humanus
animus retrahitur Sed heu impletum
est hodie illud quod apostolus predixerat
ij ad thimotheum iiij Erit enim tempus cum
sanam doctrinam non sustinebunt / sed
ad sua desideria coadcervabunt sibi
magistros / prurientes auribus et a veritate
quidem auditum avertent ad fabulas
autem convertentur Ex quo sequitur
quod antiqui doctores huiusmodi fuerunt
Ieronimus Ambrosius Augustinus Gre
gorius et alij qui similiter in predictis
condicionibus claruerunt preferendi sunt
modernis / quorum et vite sanctitas et
ingenij acuitas et cetere condiciones
videntur minus perfecte defecisse atque inter
modernos illi preferendi sunt qui plures
de predictis condicionibus participant ac
pro inde convincitur et deprehenditur
quorundam arrogantiam modernorum
usurpancium sibi illa de psalmo super
omnes docentes me intellexi Et iterum
super senes intellexi Et iterum super inimicos
meos prudentem me fecisti Quoniam
enim abstrent si vere sint cause in eis
que nuncupantur Quia testimonia tua
exquisivi Quia lex tua meditacio mea
est Sequitur ultimus quod in tantissimum
est fidelibus accipere et sequi novas
scripturarum exposiciones aut interp
taciones quas non comendat veterum
tradicio neque honorum exponencium vite
sanctitas / nec miraculorum attestacio
nec sincere veritatis puritas / nec uni
versalis ecclesie certa approbans auctoritas
Quia hoc est se exponere periculo
salutis Cum ignorancia legis dei ne
minem excusat Et ideo omnio cautum
et securius est in exponendo et alle
gando sacram scripturam inniti sensibus
sanctorum antiquorum doctorum ecclesie
de quorum condicionibus et graciis
in precedenti dicebatur Quia non enim quisque
magis racione utitur / eo maioris au
ctoritatis eius verba esse videntur etc.

Quarta decima supposicio

Sicut sacra scriptura recipit interpre
tacionem et exposicionem in suis verbis ori
ginalibus / sic eciam doctores exponentes
eam sepe recipiunt interpretacionem et ex
posicionem dictorum suorum Et com
paranda sunt dicta doctorum et eciam
unius et eiusdem doctoris ad invicem
Et si aliqua contrarietas in dictis
eorundem videatur reducenda est
quantum possibile est ad concordiam Et
si omnino repugnaret / tunc accipiendus
est ille doctor cuius sententia propinquior
est veritati et sensui / quem intendit
auctor scripturarum qui est spiritus sanctus
vel cum quem ecclesie auctoritas corrobo
rat Similiter si dicta unius et eiusdem
doctoris dissona et contraria videantur
ea accipienda est pars quam doctor
ex intencione prosequitur et que ma
gis appropinquare videtur veritati
aut sensui literali quem exponit ut
si Augustinus aliquo in loco dicit quemquam
laicum utriusque speciem esse de necessitate
salutis Et alibi dicit vel obsvaret
oppositum tunc laborandum esset ut
dictis doctor ad concordiam reduceret
vel ea pars esset amplectenda quam
ex intencione prosequitur sicut facit
in exposicione capituli vi Johannis ubi totum
illud capitulum ex intencione pro
sequens exponit et declarat de

manducationem spiritualem ut clare decla-
rabitur in sequentibus etc.

Vicesimatercia suppositio

Sacra scriptura patitur in lectoribus
superbis et presumptuosis permittente deo
quod errent et proterve agant. Iudicat
quod in varias hereses et errores. Et hoc
multiplici racione. Neque enim omnipotens
deus et optimus hereses permitteret sicut
et alia mala nisi ex ipsis posset
et vellet meliora bona elicere ut Augustinus
dicit in enchiridion. Diligentibus inquit
apostolus deum omnia cooperantur in bonum
ad Ro. viii. Nam ex ipsis fideles probantur
doctores per amplius illuminantur. Electi
probantur. Innocentes maiorem gloriam
merentur et humane presumpciones multo
puniuntur. Multi etenim tempore prosperitatis
se putabant esse bonos et firmos in fide
exemplo petri luce xxii qui paratum se
dixit cum christo in mortem et in carcerem
ire. Tamen tempore persecutionis aut dubitat
aut a fide relabitur. Tercia propter inquit
apostolus prima Cor. xi oportet hereses esse ut
qui probati sunt manifesti fiant in vobis.
Ubi glosa dicit. Non vult apostolus nec optat
ut hereses sint sed quia sic futurum esse
predicat. Et quia hoc utile est. Ideo ad
quid sit utile declarans subdit. Ut non
tantum reprobi qui dicunt ego sum pauli
sed etiam qui probati sunt in vobis id est inter
vos. Sicut illi qui dicunt. Ego sum christi
manifesti fiant hominibus. Sunt etiam videre
qui sunt lolium seu zizania in agro
ecclesie. Utiles sunt quia tunc doctores
plus illuminantur. Rom. glosa et Augustinus
ubi fratres multa que sunt ad fidem catho-
licam pertinencia dum hereticorum callida
inquietudine exagitantur ut adversus
eos defendi possint et considerantur dili-
gencius et intelliguntur clarius et
predicantur instancius. Ideo quod divina
providencia hereticos multos esse permittit
ut cum insultant nobis interrogant
nos que nescimus. Excuciamus pigriciam
et divinas scripturas nosse cupiamus. Uti-
les sunt hereses quia per eas electi pur-
gantur. Rom. glosa ubi fratres. Quando
inimici acceperint potestatem corporaliter
affligendi exercent eius pacienciam.
Si vero male senciendo adversantur
exercent eius sapienciam. Ob adversarios enim

Pulg

mota questio disserendi existit occasio.
Postremo utiles sunt hereses quoniam
utile videtur quod divina iusticia huma-
nas presumpciones puniat. Sunt enim
quidam homines tam de suo ingenio pre-
sumentes ut totam rerum naturam se re-
putent suo intellectu se posse metiri
ut dicit sanctus thomas primo contra gen-
tiles extimantes id solum esse verum
quod eis videtur et esse falsum quod non vide-
tur eis. Exempli gracia. Si quis crederet intra
celum et circulum lune esse omnia
necesse haberet credere non esse quidquam ultra
ipsum non inveniret, et ex hoc tanto
amore amplectuntur opiniones suas
et sectas ut de contrariis eciam nec cogitare
velint tantoque odio aversi sunt ut
contraria errorum suorum nullatenus
videre respicere aut audire velint.
In quibus verificatur illud proverbiorum
xviii. Non recipit stultus verba prudencie
nisi ea dixerit que versantur in corde
suo. Secunda racione multo humana presumpcio ne
quaquam venit punienda. Tercia ut dicit apostolus
ad Roman. i de romanis et sapientibus
paganorum. Cum cognovissent deum
non sicut deum glorificaverunt aut gracias
egerunt sed evanuerunt in cogitacionibus
suis et obscuratum est insipiens cor
eorum dicentes enim se esse sapientes et
stulti facti sunt. Ubi glosa. Obscuratum
est cor id est racio more superbie obumbrate
ita ut sit insipiens id est paulatim usque ad
insipienciam cor eorum deductum est.
nebula enim erroris contexit cor eorum.
Rom. leo papa ait. Primus iniquitatis est gradus
nimia sapere et sapientibus doctoribus non
credere. Sed in hanc insipienciam cadunt
quicumque ad cognoscendam veritatem aliquo
impediuntur obstaculo non autem ad prophe-
ticas voces nec ad evangelicas auctoritates
sed ad semetipsos recurrunt et ideo ma-
gistri erroris existunt quia veritatis
discipuli non fuerunt etc.

Ultima suppositio pro presenti ad

notam faciens propositum scriptura sa-
cra in sui recepcione et exposicione au-
tentica atque intellectu eiusdem plano
et vero necnon et cuiuslibet doctoris
catholici exposicio intencio sive sentencia
ad fidem catholicam pertinens finaliter
resolvitur in auctoritatem recepcionis
et approbacionis universalis ecclesie tamquam

Ar

in primo et unico salutissimo doctrine
et sciencie fidei principium ad quod pro
bandum conclusionem intentam fundatus
auctoritatibus et veritatibus eiusdem
sacre scripture procedemus divina
gratia et spiritu sancto dirigente qui est
in secula seculorum benedictus amen
Et hec de supposicionibus generalibus di
cta sunt pro presenti etc.

**Quantum vero ad suppo
siciones speciales et proprias**

pertinentes conclusioni divinissime eukaristie
concernentes Primo supponitur tamquam
articulus fidei quod in sacramento divi
nissime eukaristie sit verum corpus
Christi et sanguinis eiusdem licet nec
sensu nec racione possit deprehendi
Hanc supposicionem doctor sanctus Thomas parte
quarta q. lxxv articulo primo triplici
racione declarat Prima sumitur ex perfectione
nove legis respectu veteris quia sa
crificia veteris legis illud verum sacrificium
passionis Christi solum in figura conti
nebant secundum illud ad Hebreos x Um
bram habens lex futurorum bonorum non
ipsam imaginem et ideo oportuit ut
aliquid plus haberet sacrificium nove
legis a Christo institutum ut scilicet ipsum
Christum passum non solum in significa
cione vel figura sed etiam in rei veritate
contineret Secunda racio perfectionis no
ve legis et sacramentorum eiusdem ne
cessarium est dicere quod hoc sacramentum
eucaristie ipsum Christum contineat realiter
unde et Dionisius dicit iii c. ecclesiastice
ierarchie quod est perfectissimum omnium sa
cramentorum aliorum in quibus virtus
Christi participatur Secunda sumitur ex
perfectione caritatis et amicicie qua ipse
dominus Ihesus Christus ecclesie sue sancte
coniungitur ex qua provenit ut sicut
pro salute nostra corpus veri nature
nostre assumpsit et in eadem pro no
bis passus est Ita etiam cum eodem
corpore nobiscum et cum ecclesia maneat
in eternum Iuxta ut dicit philosophus in ethicorum
nono proprium est amicicie convive
re amicis Et quia in propria specie cor
poralis statim mortale non erat conveniens
ut maneret nobiscum in eternum tum

propter redempcionem nostram peragendam
tum etiam eodem corpore nobiscum
ut resurreccione sua futuram nostram
resurreccionem astrueret Nec etiam cor
poralis glorie congruebat cum status
condicionibus incomparabiliter distans a na
turam Necessarium nobis et optimum
fuit et congruum sue immense bonitati
caritati et amicicie ut saltem sub aliena
specie Iuxta tamen corporali presencia semper
et in eternum maneret cum ecclesia
ut sic per veritatem corporis et sanguinis
sui nos sibi in hoc sacramento coniungeret
Unde et ipse dominus dicit Iohannis vi Qui ma
ducat meam carnem et bibit meum
sanguinem in me manet et ego in eo
Unde hoc sacramentum est signum maxime
caritatis Christi ad nos et nostre spei ad
eum sublevativum ex tam familiari con
iunctione ipsius ad nos Tercia racio su
mitur ex perfectione fidei que sicut est de di
vinitate Christi ita est etiam de eius huma
nitate iuxta illud Iohannis xiiii Creditis in
deum et in me credite Et quia fides est
invisibilium Ideo sicut Christus dominus
erat in hoc seculo divinitatem suam
exhibebat discipulis humanitate vela
tam invisibiliter Ita et in hoc sacramento
carnem suam simul et divinitatem
alienis speciebus velatam nobis exhibet in
visibiliter Predicta veritas patet ex verbis Christi
qui ait hoc est corpus meum quod pro vobis
tradetur Manifestum est autem quod Christus
verum corpus suum reale et naturale pro nobis
tradidit in cruce et in morte ergo illud
idem quod sic tradidit discipulis quando
dixit hoc est corpus meum Item idem
patet per apostolum Paulum prima ad Cor. xi
Qui manducat et bibit indigne iudi
cium sibi manducat et bibit non diiudi
cans corpus domini Ubi expresse Pau
lus non dicit non diiudicans figuram
corporis domini sed simpliciter corpus domini
Preterea si esset ibi corpus Christi solum
in significacione ad quid oporteret diiudi
care hunc cibum ab aliis quia quilibet
panis eadem racione posset significare
et significat corpus Christi Oportet igitur
ponere quod sit ibi verum corpus Christi Ad hanc
veritatem catholicam astruendam cor
roborandam confirmandam est auctoritas
ecclesie que semper tenuit tenet et tenebit
in eternum tamdiu quamdiu hic mundus
durabit quod in hac divinissima eucaristie

sacramento sit verus totus et integer
xpus que veritas fide tenetur omnium
xpifidelium Approbatur doctrina universorum
sacrorum doctorum ecclesie et in nonnullis articulis
continet declarata que omnia pcto hic brevi
pro repetitis gratia brevitatis Secundo
supponitur quod in eodem dignissimo eukaristie
sacramento post consecracionem nullo modo rema-
net nec remanere potest panis et vini
substancia Idem doctor sanctus declarat in iiii°
sententiarum dist. xi q. 1 triplici racione prima
quia est contra veritatem scripture Nam
simul in hoc sacramento esset corpus xpi
cum substancia panis Corpus xpi esset ibi con-
comitanter et quasi in loco 2° cum pro
nomine hoc sit de muratum sub propriis Non
dixisset porrigens panem hoc est corpus
meum et debuisset potius dicere cum hoc
vel hic est corpus meum Prima igitur est contra
veritatem verum xpi ut dicit idem doctor
omnino est hereticum dicere substanciam panis et
vini post consecracionem remanere Secunda
quia sic dicere esset dare occasionem ydo-
latrie populo xpiano Nam cum huic
sacramento exhibeatur veneracio latrie ra-
cione presencie domini nostri ihesu xpi in ipso con-
sistenti Si ibi remaneret substancia panis
et vini cum species consistere sunt sacramenta
corporis xpi utique non dirigerent in unum corpus
xpi per modum signi sed magis in substanciam
panis et homines vinum pro reliquo a-
dorarent quod esset maxime inconveniens
et omnino inportabile Tercia quia manente
veritate in hoc sacramento corporis xpi
quam prima suppositio presupponit impossibile
est eandem substanciam panis et vini remanere
Nam manifestum est quod ante consecracionem
ibi corpus xpi non est Oportet igitur quod virtute
consecracionis incipiat esse ubi prius non
erat Non potest autem aliquid esse alicubi
ubi prius non erat nisi aut per loci mutacionem
vel per alterius conversionem in ipsum Sicut
in domo aliqua de novo incipit esse ignis
aut quia illuc defertur aut quia ibi ge-
neratur Manifestum est autem quod corpus
xpi non incipit esse in hoc sacramento per motum
localem quasi ab extrinseco adveniret
primo quidem quia sequeretur quod non remaneret
in celo Non enim quod localiter movetur
pervenit de novo ad aliquem locum nisi
deserat priorem Secundo quia omne
corpus localiter motum pertransit omnia
media quod hic dici non potest Tercio quia impossibile
est quod unus motus eiusdem corporis localiter

moti terminetur simul ad diversa loca cum
tamen in pluribus locis corpus xpi sub hoc
sacramento simul esse incipiat Et propter
hoc relinquitur quod non possit aliter corpus
xpi incipere esse de novo in hoc sacramento
nisi per conversionem substancie panis in ipsum Quod
autem convertitur in aliquid facta conver-
sione non manet Non relinquitur quod salva
veritate huius sacramenti substancia panis post
consecracionem remanere non potest nec etiam substancia pa-
nis in precedentem materiam ut quidam posuerunt
nec etiam in nichilum convertitur ut
alii dixerunt quia si sic vel sic fieret non
esset dare aliquem modum per quem
corpus xpi vere inciperet esse in hoc sacramento
nisi per solam substancie panis conversionem
in ipsum corpus xpi ut clare deducit idem
doctor tercia parte summe eadem questione
articulo tercio etc.

Ex predictis sequitur tercia suppositio

videlicet quod accidencia panis et vini
que sensu deprehenduntur in hoc sacramento
post consecracionem remanent sine substancia Nam
quod ibi fides catholica ponit esse verum
corpus xpi ut dicit prima suppositio nec re-
manet substancia panis ut dicit 2a oportet quod re-
maneant sine subiecto quia si rema-
nerent in substancia aut remanent in ipso corpore
xpi aut in aere aut in aliqua alia substancia
Sed non poterit dici primum quia corpus huma-
num nullo modo potest affici huiusmodi acciden-
tibus Neque etiam est possibile quod corpus xpi
gloriosum et inpassibile corpus alteretur
ad suscipiendas huiusmodi qualitates Nec
potest dici 2m quia aer non est huiusmodi acciden-
cium susceptivus Prima etiam accidens
non transit de subiecto in subiectum ut
scilicet idem accidens numero sit quod primo fuit
in suo subiecto postmodum fiat in alio
Accidens enim accipit unum a subiecto Unde non
potest esse quod idem numero manens sit quandoque in hoc
quandoque in alio subiecto Et videmus etiam
ad oculum quod cum huiusmodi accidencia tran-
sferuntur de loco ad locum ad motum
horum pariter aer depellitur quod utique
non fieret si in ipso aere consisterent sicut
in subiecto Nec potest dici quod remaneant
in aliqua alia substancia Pari racione sicut
nec in substancia panis ut supra dictum est
cum ibi nulla remaneat Nec hoc est in-
conveniens divine omnipotencie et sue sapien-
tiam Cum effectus magis dependeant a
causa prima quam a causa secunda utique
nulli dubium potest esse quod deus qui est prima causa

Ar

sbe et accidentibus possit sua virtute infi-
nita conservare in esse accidentia sub
tracta substancia per quam in esse conserva-
batur sicut per causam. Tamen sicut et
in quibus causis efficientibus per alios effectus
naturaliter causarum producere sine eisdem
causis naturalibus quemadmodum corpus
humanum formavit sine virili semine
in utero virginis etc.

Has tres supposiciones de veritate huius divinissi-

mi sacramenti volui preponere dupli-
ci de causa. Prima est quia ad sequencia mul-
tum michi deservient. Secunda est ad
aliqualiter adaperiendam maledicte et dam-
pnatissime memorie heresiarche
Johannis Wicleph perfidiam contra quem
in eo sicut non divino sed diabolico spiritu inspi-
ratus visus est tollere a cordibus fidelium
fidem huius venerabilis sacramenti et subvertere
universam fidem et ecclesiam catholicam
ponens in forma tres conclusiones con-
trarias predictis tribus veritatibus catholicis
videlicet Christus non est in eodem sacramento identice
et realiter in propria presencia corporali. Contra
primam substancia panis materialis et similiter substancia
vini materialis remanent in sacramento altaris.
Contra secundam accidentia panis non manent
sine subiecto in eodem sacramento. Contra terciam
que sine et que preponens quia sunt adverse
fidei, quia sunt blasphemie in deum ut
pote eiusdem omnipotencie, summe sapiencie et
summe bonitatis derogantes quia sunt
piarum aurium offensive, quomodo de-
rogent ipsius ecclesie catholice et sacramen-
torum eiusdem dignitati. Contra nemo sufficiat
enarrare cum etiam horror sit non dum
loqui aut audire tantas in deum et ecclesiam
blasphemias, sed nec eciam piis mentibus
cogitare. O hominem iniquitate plenum
omni errore seductum, omni invidia
sauciatum, omni blasphemia sordidatum.
Tibi profecto competit illa apostoli sentencia
quam Actuum xiii capitulo protulit. O plene
omni dolo et omni fallacia fili diaboli
inimice omnis iusticie non desinis sub-
vertere vias domini rectas etc.

Quarta supposicio secundum

quam magister sententiarum in 4to dicit quod
in sacramento eukaristie tria sunt conside-
randa videlicet id quod est sacramentum tantum,
id quod est res et sacramentum simul
et id quod est res tantum et non sacramentum.
Primum est species visibiles panis et vini
que post consecracionem manent. Secundum est
corpus Christi verum. Tercium est corpus
Christi misticum. Primum dicitur sacramen-
tum quia sacre rei signum. Secundum
autem sacramenti due sunt res quarum
prima est contenta et signata atque signifi-
cans et ideo est res simul et sacramentum
et hec res est caro Christi quam de virgine
traxit et sanguis quem pro nobis in
cruce fudit que res significatur per species
visibiles panis et vini et veraciter
sub eisdem continetur et hec corpus Christi
verum est figura corporis Christi mistici et ipsum
significat. Illa vero res huius sacramenti
est corpus Christi misticum per ipsum sacramentum
significatum sed non contentum sub
eo realiter nec aliquid aliud cum se
quod vi huius sacramenti significans et
ideo est res tantum et non sacramentum.
Unde Innocencius in summa de officio misse
ubi dicit tria quippe in hoc sacramento sunt
discreta videlicet forma visibilis, veritas
corporis, et virtus spiritualis, forma panis
et vini, veritas caro et sanguinis
virtus unitas et caritas. Primum oculo
cernitur, secundum anima creditur, tercium corde
percipitur. Primum est sacramentum et non
res, secundum est sacramentum et res, tercium
est res sed non sacramentum. Sed primum est
sacramentum gemine rei, secundum vero sacramentum
unius est et res alterius, tercium vero est res
gemini sacramenti. Nam forma panis utr-
amque carnem Christi significat, verum
et misticam, sed veram carnem continet
et significat misticam, vero significat
sed non continet. Item sciendum quod secundum predictam
dupliciter rem huius sacramenti est duo
caro Christi sive corpus. Una quam sumpsit
et traxit de virgine et sanguis qui
fusus fuit in cruce pro nobis. De hac
carne dicitur Luce ultimo palpate
et videte quia spiritus carnem et ossa
non habet sicut me videtis habere. De san-
guine vero dicitur Johannis xix. Et con-
tinuo exivit sanguis et aqua. Alia
vero caro et sanguis Christi est spiritus et
mistica id est corpus Christi misticum cuius
corporis caput est ipse Christus. Reliqui
vero fideles sunt membra de quo inquit apostolus
I Cor. xii. Sicut enim corpus unum est

primus

et membra multa sed omnia autem mem
bra corporis cum sint multa unum corpus
sunt / ita et christus / etenim in uno spiritu omnes
nos in unum corpus baptisati sumus
sive Iudei / sive gentiles / sive servi / sive
liberi / et omnes uno spiritu potati sumus
Et infra vos autem estis corpus christi
et membra de membro Nota est vobis ex
inpredicta distinctione in uno membro
dicitur caro In alio vero corpus quia
in hoc sacramento idem significant
Unde et salvator noster in institucione huius
sacramenti dixit hoc est corpus meum
/ Et Johannis vi Caro mea vere est cibus
Corpus etiam misticum christi dicitur caro
christi / ut dicit magister sentenciarum in 4to hanc dis-
tinctionem duplicis carnis sive corporis
christi tangit Augustinus in de trinitate dicens
Commendavit enim christus in hoc sacramento
corpus et sanguinem suum quod etiam fecit et
nosmetipsos namque et nos corpus
ipsius facti sumus et habetur / de consecratione dis-
tinctione ii commendavit / Et similiter Jeronimus super
epistolam ad ephesios et ponitur in glosa
prima ad Corinthios ita dicens dupliciter in-
telligitur caro christi et sanguis vel spiritu-
alis illa atque divina de qua ipse ait Ca
ro mea vere est cibus et sanguis meus
vere est potus Et nisi manducaveritis car-
nem meam et biberitis meum san-
guinem non habetis vitam in vobis
vel ea que crucifixa est / et sanguis
qui militis effusus est lancea et po-
nuntur hec verba / de consecratione dis. ii du-
pliciter huius Itaque gemine carnis christi
ipsa visibilis species sacramentum est
quia utramque significat / et utriusque
similitudinem gerit / sicut enim panis
pre ceteris cibis corpus reficit et susten-
tat / vinum hominem letificat atque inebri-
at Sic vera caro christi et eius san-
guis plus ceteris graciis interiorem
hominem reficit et saginat Similiter
sicut ex multis granis efficitur unus
panis Et ex pluribus racemis vinum
in unum confluunt / sic ex multis fide-
libus personis unitas ecclesiastica con-
stat et constituitur corpus christi mi-
sticum / Unde Apostolus prima Corinthiorum x dicit
Unus panis et unum corpus multi

sumus / super quo et Augustinus unus pa-
nis et unum corpus ecclesia dicitur pro eo
quod sicut unus panis ex multis granis
et unum corpus ex multis membris
componitur / sic ecclesia ex multis fideli-
bus caritate copulante connectitur
Similiter ipsa vera caro christi ante eius
verus sanguis est carnis christi mistice
et ipsius sanguinis mistici signum et sa-
cramentum Sicut enim vera caro christi
ex multis membris purissimis et im-
maculatis constat / sic caro christi mistica
que est societas ecclesiastica ex multis
personis a criminali macula corporis
scilicet vel operis libere consistit :-

Quarta suppositio capitulum 3um

tria predicta que in hoc sacramento
attenduntur triplex est manducacio
huius sacramenti et sumpcio scilicet
vere carnis christi / et ipsius carnis mi-
stice Prima manducacio est pure corpora-
lis qua hoc sacramentum comestum
masticatur et in stomachum trahitur
et similiter bibitum et postea dige-
ritur / et ultimo in secessum simmenus
queritur et sic vere manducatur
et bibuntur ille species sub quibus vera-
citer continetur verum corpus christi Alia
vero manducacio est sumpcio veri cor-
poris et sanguinis christi sub dictis speciebus
panis et vini contentus Et hec man-
ducacio dicitur sacramentalis de qua dicitur
Mathei xxvi Accipite et comedite hoc
est corpus meum Et ibidem bibite ex
hoc omnes Et ista manducacio fit
dupliciter Uno modo in sacrificii oblacione Luce
xxii hoc facite id est conficite in meam
commemoracionem Et fit sub duplici specie
Alio modo fit in layca sive in simplici
communione et talem dispositionem et ob illa
renanciam ecclesie fit sub una specie
tantum Et predicte due manducaciones per-
tinent ad os corporis Tercia mandu-
cacio et bibicio est spiritualis et hec ad
os anime pertinet Et hec est secundum duplex
quod duplex est res huius sacramenti
Prima pure rei scilicet vere carnis et
veri sanguinis christi et hec est devota
cogitacio seu meditacio passionis
domini nostri Ihesu christi sive ipsius christi secundum
quod sub hoc sacramento continetur

cum vero suo corpore et sanguine In quo
multipliciter sustinuit passionem et quem
pro nobis in cruce tenuis fudit et hanc ipsam
cogitacionem seu meditacionem sequitur ipsius
recogitantis unio transformativa ad ipsum
cogitatum per actum amoris Unde ad hanc
manducacionem spiritualem sicut in corporali
duo requiruntur scilicet masticacio et incor-
poracio Primo enim requiritur quod homo
in fide vera recogitet devote passionis
Christi cuius memoriale est hoc venerabile
sacramentum et hoc sufficit quo ad mi-
nores seu ad vulgares Sed quo ad maiores
Ultra hoc requiritur quod devote recogitent
quod sub illis speciebus est realiter et vere
corpus Christi deus et homo cum suo sanctis-
simo corpore quod pro nobis exposuit tam
multiplici passioni et quod illud ineffa-
bili sua bonitate dedit nobis in cibum
animarum nostrarum Et que in hoc sacramento
mirabilia opera pietatis continentur Et talis
devota cogitacio masticacioni correspondet
Secundo requiritur quod recogitans uniatur
per actum amoris ipsi cogitato scilicet Christo domino
et in ipsum per amorem continuum ut
transformetur et hec incorporacioni correspondet
Secunda manducacio spiritualis que in hoc
sacramento fieri potest principaliter attenditur
et bibitur que est res et effectus huius
seu ad corpus per fidem et caritatem ad mem-
bra ecclesie et cum Christo capite quam
unionem tam sacramentum quam
forma res huius sacramenti significat
Differencia inter predictas manducaciones est
quia prima habet veram et quandam ra-
cionem corporalis manducacionis ut dictum
est Licet vero non quia caro Christi vere sump-
ta sacramentaliter nec laceratur denti-
bus nec eius saporem gustum immu-
tat nec convertitur in corporale manducantis
nutrimentum Similiter nec alie due
spirituales quia nec Christus dum recogita-
tur eius passio aut dum sibi mens uni-
tur per amorem comeditur aut malis den-
tibus premitur Nec similiter corpus Christi
misticum dum quis sibi unitur per fidem
et caritatem Intelliguntur tamen et dicuntur
predicte manducaciones per aliquam similitudinem
ad manducacionem corporalem Sicut enim
cibus corporalis nutrit augmentat refi-
cit confortat et sustentat corpus et vi-
tam conservat Sic et sumpcio corporis
Christi sive veri in sacramento et reco-
gitati per devocionem sive eciam mistici per fidei

et caritatis unionem animam nutrit aug-
mentat et conservat in vita spirituali dif-
ferunt tamen et precipue quantum ad manducacionem cor-
poralem quia cibus corporalis sumptus in
sumentem et manducantem convertitur Sed
Christus digne sumptus sive sacramentaliter
sive spiritualiter non in suscipientem convertitur
sed potius ipse sumens in Christum transforma-
tur sive convertitur Unde Augustinus in libro suarum
confessionum dicit quasi audirem vocem
dei de excelso dicentem Cibus sum grandium
cresce et manducabis me nec tu me
mutabis in te sicut cibum carnis tue
sed tu mutaberis in me Similiter in man-
ducacione corporis mistici sumens non
corpus misticum incorporat sed potius ipse
sibi corpori mistico et Christo capiti coniungitur
et in ipsum transformatur et incorporatur
Item differencia est inter manducacionem sacramentalem
et spiritualem Prima manducacio vel car-
nis fit ore corporali ut dictum est sub
speciebus sacramentalibus Manducacio vero
spiritualis fit ore anime sive intellectu et
voluntate per fidem et caritatem per quas
eciam habitat Christus in nobis et nos in eo
tamquam membra coniuncta capiti Unde
ad Ephesios iii° habitare Christum per fidem et
cordibus vestris Et prima Johannis iiii Deus cari-
tas est et qui manet in caritate in deo
manet et deus in eo Prima manducacio
potest esse bona et digna et eciam indigna
et tunc ad iudicium Secunda autem semper
est bona Prima exigit secundam ut sit ad sa-
lutem Secunda est sola sufficiens et necessaria ad
salutem Prima vocatur sacramentalis
sine qua multi martires sancti et par-
vuli salvati sunt Secunda vero vocatur
spiritualis sine qua nullus salvatur Ultimo
notandum est quod licet necessarium sive necessitas
tam a theologis quam a philosophis et precipue
ab Aristotile in v° methaphisice multipliciter dist-
inguatur tamen quantum ad presentem spectat
materiam necessarium respectu finis est tri-
pliciter distinguendum quia aliquid dicitur
necessarium respectu finis simpliciter et absolute
id scilicet sine quo nullo modo finis potest obtineri
Alio modo ex condicione sive ex pacto sive ex suppo-
sicione Tercio necessarium accipitur pro utili et
expedienti sicut respectu finis qui est eter-
na felicitas consequendi Aliquid dicitur esse ne-
cessarium absolute simpliciter scilicet ipsa divina
volicio sine qua impossibile est simul et absolute
dictam felicitatem consequi Aliquid autem

consumpcionem et contra qui lege sicut est baptismus
de quo dicitur Johannis tercio Nisi quis re-
natus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest intra-
re in regnum dei qui quidem baptismus non
est ita necessarius ad consequendam vitam eternam
sicut divina volicio / quia deus non sic suam
potenciam alligavit sacramentis ut sine
ipsis non possit aut non valeat dare et con-
ferre vitam eternam cui voluerit Aliquid
autem dicitur esse necessarium respectu dicti finis
non sine quo et absolute nec consumpcionem sed tamen
quod quia est sine eo potest finis obtineri licet
non ita commode et de facili Ex quo dicuntur
consilia christi esse necessaria id est esse et utilia
ad eternam vitam consequendam Quia
per ipsa facilius et commodius homo potest
ad dictum finem pervenire etc.

Ihis presuppositis venio ad secundam partem principalem

proposite questionis videlicet ad ponendas conclusiones
pendentem conclusionis decisione et erunt tres
in uno tamen quarum prima sit ista Com-
munio divinissime eukaristie sub specie utriusque
panis scilicet et vini toti credencium populo
non est necessaria primo accepta necessitate Secunda con-
clusio Communio divinissime eukaristie sub
specie utriusque panis scilicet et vini non est necessaria
toti credencium populo secundo accepta ne-
cessitate necnon a domino precepta salvatore
Tercia conclusio Communio divinissime eukaristie
sub specie utriusque panis scilicet et vini consue-
tudine et statuto ecclesie stantibus in oppositum
non est multum utilis nec saluti expediens
toti credencium populo ymmo est multum
inutilis eidem et nociva Probacioni prime con-
clusionis non intendo insistere cum sit quasi
per se nota quia deus non alligavit suam po-
tenciam sic sacramentis ut absque illis non pos-
sit et valeat salvare cum voluerit nisi for-
te aliquis wiclefista vellet dicere quod omnia
ex necessitate proveniant Ex quo sequitur
quod solum per hanc viam sacramentorum
deus posset salvare et non aliter a quo er-
rore pestifero quia video [illegible]
qui hunc articulum posuit longe remote
positum. Ideo in hac materia me non exten-
do Ergo ad tantam conclusionem in qua consistit
pondus belli dei et certus quam item re-
plico videlicet quod divinissime eukaristie sub specie
utriusque panis scilicet et vini non est necessaria toti
credencium populo secundo accepta necessitate

necnon a domino precepta salvatore probatur
hec conclusio sic laycis et non conficientibus suf-
ficit ad salutem sumere predictum sacramentum
sub una specie ergo non est de necessitate salutis
neque de precepto christi sumere sub utraque Con-
sequencia nota est / Quia si una sufficit sequitur quod altera
non sit necessaria neque de precepto christi ut contra-
tionibus sufficiencie et necessitatis atque precepti
Assumptum probatur primo per legem divinam
deinde per praxim christi et per praxim
apostolorum et similiter ecclesie tercio per sacra
generalia concilia quarto per dicta sanctorum doctorum
veraciter se in lege divina fundancium
postea subiungentur cause aliquae et racio-
nes doctorum pro conclusione intenta
Et primo per legem divinam tam novi
quam veteris testamenti Nam in no-
va lege christus loquens de hoc sacramento
contra intencionem adversariorum Johannis vi
quindecim vicibus vel forte pluribus
fecit memoriam de hoc divinissimo sacramento
de pane quidem et de manducacione eius
undecim vicibus / de manducacione vero
carnis et bibicione sanguinis quater De
vino vero in toto processu illo non fecit
mencionem ad ostendendum manifeste quod
sumere sub altera specie tantum scilicet sub specie panis
sufficit ad salutem et quod sub ipsa specie
panis continetur vera caro christi et verus
sanguis ipsius Primo inquit Operamini cibum
qui non perit sed qui permanet
in vitam eternam quem filius hominis
dabit nobis hunc enim pater signavit
deus Ecce primum testimonium in quo nullam
mencionem fecit de potu Et dicit cibum
permanere et sufficere in vitam eternam
Item non moyses dedit vobis ~~panis~~
panem de celo etc. Ecce secundum testimonium
in quo hic panis celestis prefertur ma-
nne dato per moysen quod inter huiusmodi
cibos corporales habebat omnium saporem
suavissimum nec erat verus panis /
Et quod hic scilicet de quo christus loquitur
est panis verus Ubi item nulla mencio
fit de potu aut de vino Item panis
enim dei est qui de celo descendit et
dat vitam mundo Ecce tercium testimo-
nium de pane qui dat vitam mundo
et nichil dicit de vino Item ego sum
panis vite qui venit ad me non esuriet
et qui credit in me non sitiet umquam
Ecce quartum testimonium de pane vite
manifestissimum qui non solum tollit esuriem

sz etiam sitim ut eadem ratione sicut
cibus dicitur et est sic esca et potus
dicitur Item quinto Ego sum pa-
nis vite patres vestri manducaverunt
manna in deserto et mortui sunt
Ecce iterum dicit se panem vite
et nulla mencio fit de vino Item sex-
to hic est panis de celo descendens
ut si quis ex ipso manducaverit non mo-
riatur Item septimo Ego sum pa-
nis vivus qui de celo descendi si quis
manducaverit ex hoc pane vivet in e-
ternum Item octavo Et panis quem
ego dabo caro mea est pro mundi vita
Item nono Amen amen dico vobis
nisi manducaveritis carnem filii hominis
et biberitis eius sanguinem non habebitis
vitam in vobis Ubi primo incipit
mencionem facere de bibicione sanguinis
nullam tamen mencionem faciens de specie
vini Item decimo Qui manducat
meam carnem et bibit meum san-
guinem habet vitam eternam Item
undecimo Caro mea vere est cibus
et sanguis meus vere est potus Item
duodecimo Qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem
in me manet et ego in illo In quibus
solum quatuor locis fit mencio de po-
tacione sanguinis et nullo de potacione
vini Et tamen sub specie panis continetur
totus et integer christus manifestum
est quod qui sumit sub una specie sumit
utrumque scilicet carnem et sanguinem et ad-
implet domini mandatum nisi manduca-
veritis etc dato quod de sacramentali sump-
cione intelligeretur Deinde redit ad
pristinum modum loquendi scilicet de
solo pane Unde subiungit xiij° loco
Sicut misit me vivens pater et ego
vivo propter patrem et qui manducat
me et ipse vivet propter me Et
item xiiij° hic est panis qui de celo
descendit non sicut manducaverunt patres
vestri manna in deserto et mortui
sunt Et concludit finaliter Qui man-
ducat hunc panem vivet in eternum

Ecce quociens christus facit de pane et
nullam de vino quod qui manducat hunc
panem vivet in eternum Unde cum in
toto illo processu ewangelico nullam fa-
ciat mencionem de vino sed solum de pane
manifestum est quod sumpcio istius sa-
cramenti sub specie panis sufficiat ad sa-
lutem cum pene in singulis clausulis
vitam vel equivalens tribuit quem
utique qui manducat veram christi car-
nem manducat et verum ipsius car-
nem bibit Etiam si de vino nunquam
gustet Unde et illud christi preceptum ad-
implet Si tamen de sacramentali sumpcione
intelligatur nisi manducaveritis carne
filii hominis et biberitis eius sanguinem
non habebitis vitam in vobis quia sumendo
tantum sacramentum panis sumit con-
vere utrumque cum utrumque sub altera
specie contineatur Unde sanctus Thomas
in postilla super Johannem super eodem
verbo nisi etc solus sacerdos communicat sa-
nguini licet tamen est con sinam domini quia
qui communicat corpori communicat et sanguini eius
sub utraque specie totus christus continetur
etiam quantum ad corpus et quantum ad
sanguinem Hec ille Si enim christus precepto
mandato voluisset ad utramque speciem
obligare fideles procul dubio sicut
panem tociens nominavit et expressit
ita et vinum alicubi in predicto processu
nominasset quod minime fecit Unde in hoc
decipiuntur adversarii qui arguunt
a contento ad continens Et preceptum
quod determinat contentum et rem illius sa-
cramenti trahunt ad continens scilicet
species que sunt sacramentum tantum christus
siquidem posuit preceptum ad carnem
et sanguinem dicens nisi manducaveritis
etc et ipsi trahunt ad panem et vinum
Ulterius manifesta in predicto processu
ewangelico et verbis christi contradictio implica-
retur si illa auctoritas nisi manducaveritis
etc esset obligativa de necessitate et de pre-
cepto christi quo ad omnes ad utramque
speciem etc in uno illorum contradicto-
ria et summa veritas non diceret Unde
quod nullo est dicendum patet tamen sequela nam

christus in predicto processu premisit Ego sum panis vivus qui de celo descendi si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum Et item Si quis corpo manducaverit non morietur Et item panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita Et ne cuncta replicem ita conclusit in premissis Et qui manducat hunc panem vivet in eternum Ex quibus patet quod ad vitam eternam habendam sufficit sumptio huius sacramenti sub specie panis Si autem ex opposito illa auctoritas nisi manducaveritis carnem filii hominis etc ut adversarius dicit obligat ad sumendum panem et vinum sequitur expresse contradictio quia sufficit sumere panem ad salutem et non sufficit sumere panem ad salutem quia ad hoc vinum requiritur contradicunt quod nullus sane mentis diceret Et confirmatur nam in predicto processu pro eodem accipit panem carnem suam carnem et sanguinem et seipsum et ad omnia predicta idem premium apposuit nam dixit primo si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum Et declarans quis esset ille panis subiunxit Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita Et item qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum habet vitam eternam Et item qui manducat me et ipse vivet propter me Ex quibus patet quod idem sunt predicte quatuor ex quo idem premium omnibus apponitur ita manducare panem manducare carnem et manducare carnem simul et sanguinem bibere nichil aliud sunt quam manducare ipsum christum quod erat ultimum Et mandatum sit sub specie panis sive sub utraque sumatur christus et in tali sumptione nichil confert vitam nisi christus qui sub illis speciebus continetur et sumitur etc

Item secundo principaliter

probatur idem ex lege christi Luce xi cum discipuli peterent ut eos christus orare doceret ait Cum oratis dicite pater noster qui es in celis etc panem nostrum cottidianum da nobis etc Et Mathei vi dicitur panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie quod utique pluraliter et specialiter de pane huius huius sacramenti intelligendum plurimi sanctorum doctorum exposuerunt qui illam in nobis non substantialem sed supersubstantialem scilicet gratiam auget et augmentat Cyprianus exponens dicit quando petimus ut perpetuum vel peculiarem vel supersubstantialem deus panem nobis tribuat illum petimus qui dicit in ewangelio ego sum panis vivus qui de celo descendi Et Beatus Cyprianus panis vite christus est et panis hic omnium non est sed noster est hunc autem panem dare nobis cottidie postulamus nos qui in christo sumus et eukaristiam cottidie accipimus intercidenti aliquo graviori delicto cum a celesti pane prohibemur a christi corpore separamur petimus ergo ut qui in christo manemus a sanctificatione eius et corpore non recedamus Beatus quoque Augustinus in libro de bono perseverancie perseverantiam ergo a domino petunt sancti qui petunt ne a corpore christi separentur sed in ea sanctitate permaneant ut nullum crimen committant Et in collacionibus patrum dicitur cum dicit hodie ostendit enim cottidie esse sumendum in omni tempore hec oratio debet cottidie perfundi quia non est dies in quo non opus sit nobis huius panis percepcione cor interioris hominis confirmare predictas auctoritates adducit sanctus thomas in glosa continua super matheum Ambrosius etiam dicit panis ille medicina animarum est defensus vitam perhennem hunc ergo cottidie accipe ut tibi cottidie prosit sic vive ut cottidie merearis accipere Et lyra tractans illud Mathei vi panem nostrum cottidianum dicit omnia sacramenta ordinantur ad sacramentum quod petimus cum dicimus panem nostrum supersubstantialem dicitur autem supersubstantialis quia transcendit vitam corporalem et producit ad vitam eternam Joh vi Ego sum

Ar

panis viuus qui de celo descendi
si quis manducauit ex hoc pane
viuet in eternum Et petendo hoc sa
cramentum petimus omnia alia que
ordinantur ad ipsum Et subdit lira lu
cas et vbi ca xi° ca° vocat enim pane
cottidianum quia cottidie ipsum sumi
mus p ministros ecclie qui hec sacra
mentum percipiunt pro se et tota co
mmunitate Ex quorum doctorum
auctte pz q in predicta orone dnica
panem cottidianum et supsbalez
intelligitur corpus xpi q in sacra to
altaris accipimus qd docet nos sal
uator petere a deo Cum igr in pre
dicta orone xpus nullam fecit me
cionem de potu aut de vino sz tm
de pane manifestum e q sufficit
spes panis tm alioquin insufficient
xpus suos docuisset orare discipulos
Item Joh 1° Ecce agnus dei ecce
qui tollit pcta mundi vbi p agnu
dm omnes doctores intelligr xpus
qui figurabatur p agnu pascale
comestum in figura comestionis
huius sacramenti s. eukar sacramentu
hoc in loco sub vna spe sz comesti
bili exprimitur Item luce xv ltur
de prodigo q ei pr occidit vitulu
saginatum p quem xpus signi
ficatur propter gratie pinguedinem
qui vitulus occisus manducabatur
nulla mencione facta de bibicione Et
licet forte bibet no tm fit mencio tam
de nupciarum sicut nec de locucione
et aliis que in huius conuiuiis solet
accidere et fieri tamquam de imperti
nentibus ad intencionem propositam vbi
inquit lira adducite vitulum sagi
natum et epulemur et occidite et
manducemus i sacramentu eukar
fidelibus ministrate in quo immolatur
xpus qui est vitulus saginatus
pter gre pinguedinem et man
ducemus quia in primitiua ecclia
no solum ministri ecclie sumebat
hoc sacramentum sz et omnis populus
cottidie ut ltur act ii° Erant p

seuerantes in fraccione panis et c
Item tercio ex doctrina aplica
prima Cor v inquit aplus pascha
nostrum immolatus est xpus p quem tran
sire debemus de hoc mundo ad patrem
ut dicit glo Jmolatus est quem scilicet
edere debemus Vbi aplus no dicit immo
latum est vinum qd bibere debemus
Vn et subdit pg modum itaque epule
mur et no dicit bibamus in azimis
sinceritatis et veritatis Vbi nullam
mencionem facit de vino aut de potu
sz solum de pane azimo s. in quo ecclia
romana conficit Item aplus i cor
xi in fine capituli Itaque fratres mei cum
conuenitis ad manducandum inuicem ex
pectate si quis esurit domi manducet
ut no in iudicium conueniatis qui te
xtus s. in glosam Ambrosii sic expo
Itaque fratres mei cum conuenitis in vnu
ad similitudinem dnice cene ad ma
ducandum suppe corpus dni Jnuicem ex
pectate supple et semul dum omnes
conueniant ut multorum oblacio
in simul celebretur Si quis autem esurit
supple et impaciens no vult expectare
domi manducet sz suos cibos i pane
terreno pascatur nec p eukaristia
sumat ut no in iudicium supple dap
nacionis conueniatis Ecce quam apte
et q nominat aplus licet in precedentibus
locutus fuerat de modo quem xpus te
nuerat in vltima cena qn aplos in
sacerdotes ordinans gmicauit sub du
plici spe in sola manducacione siu fino
in posuit finem nullam faciens me
cionem de bibicione ad manifeste ondendum
qd sufficit sub spe panis et p modum
manducacionis no aficientibus hoc
sacramentum sumere:

Item quarto ex lege diuina
veteris testamenti manifestum e cum
dicit aplus q omnia uel plura veteris
testamenti contigebat in figura eorum
que sunt in nouo testamento omnia

inquit in figura coniungebat illius dy
et huius sacramenti quod precipuum et po-
tissimum atque finis omnium aliorum sacra-
mentorum nove legis plures figure
presserunt inter quas sunt tres
precipue. Jo. in igrim summa in 4o dis.
viii. videlicet panis et vinum oblata per
melchisedech sub lege nature, agnus pa-
schalis et manna sub lege mosayca.
Primo panis et vinum oblata per melchi-
sedech summi dei sacerdotem. Genesis
xiiii. qui christum prefigurabat ut dicit
apostolus ad Hebreos vii. Hic enim melchi-
sedech rex salem sacerdos dei summi
qui obviavit abrahe regresso a cede
regum et benedixit ei cui decimas
omnium divisit abraham primum quidem
qui interpretatur rex iustitie deinde
autem et rex salem quod est rex pacis
sine patre sine matre sine genealogia neque
initium dierum neque finem habens assimila-
tus autem filio dei manet sacerdos
in perpetuum. De quo etiam ait Ambrosius
super illud Matthei xxvi accipite et co-
medite christus inquit sub discipulis
obtulit in cena, quod melchisedech repu-
tat in figura. Et idem in libro de sacra-
mentis et allegatur per igrim summam
in 4to dis. viii. Ex hoc accipite an-
teriora esse sacrificia christianorum
quam iudeorum obtulit enim melchi-
sedech panem et vinum simile per
omnia filio dei cui dicitur tu es sacerdos
in eternum secundum ordinem melchisedech.
Et beatus Jeronimus super illo Cenantibus illis
accepit dicit postquam typicum pascha fue-
rat impletum et carnes agni cum
apostolis comederat ad verum pasche transgre-
ditur sacramentum ut sicut in prefigura-
tione eius melchisedech summi dei sa-
cerdos panem et vinum offerens fecerat
ipse quoque in veritate sui corporis et sa-
nguinis hic figuratum putaret per
hunc itaque melchisedech panis et vinum
oblata non leguntur a populo sub utraque
specie sumpta sed solum per melchisedech ob-
lata. Sic etiam hodie solum sacerdos ce-
lebrans sumit sub utraque specie. Similiter
nec agnus paschalis sumptus reperitur
cum vino vel liquore bibitum sed come-
sus. Et licet forte biberent non tamen bibi-
tio cadebat sub precepto. Similiter ma-
na omne delectamentum in se habens sine
precepto bibitionis sumebatur. Quod
quidem manna in scriptura panis ange-
lorum et esca nominatur. Sapientie
xvi. esca angelorum nutristi popu-
lum tuum et propter paratum panem
de celo prestitisti eis sine labore omne
delectamentum in se habens et omnis
saporis suavitatem. Et in psalmo de celo
dedisti eis dominus panem angelorum etc.
In quibus nulla mentio fit de vino
aut de potu. Insuper sanguis in veteri
testamento oblatus domino in altari
et non populo visus est immolari. Levitici
iiii. dicitur sacerdotibus sanguinem
fundens in altari et infra eidem pro
peccato sacerdotis vel etiam totius multi-
tudinis sacerdos offerat vitulum
cuius sanguinem aspergat contra velum
sanctuarii et de eodem ponat super
cornua altaris thimiamatis residuum
fundendo in basim altaris holocausti.
Et xvii ibidem dicitur sanguinem dedi
vobis ut super altare expietis illum pro
animabus vestris. In cuius etiam signum
soli sacerdotes veteris testamenti ve-
scebantur libaminibus in hiis sacrificiis
que fiebant pro offensa vita s. alea et vio.
Item primo regum ii capitulo. Et indam
sacerdos in desiderio populi et omni
non sacrificanti hunc cibum deside-
rantes dicebat et petebat dimitte me
obsecro ad unam partem sacerdotalem
ut comedam buccellam panis dic-
en partes sunt sacerdotis sacrificantis
et efficientis scilicet panis et vinum et sub
ambabus et sub qualibet ipsarum totus et
integer christus populus itaque non ad
ambas partes sacerdotis sed ad unam petit
et obsecrat admitti et ad eam que est

sub specie panis ad quam utique
admittitur ut buccella corporis domini
sacietur. Huius insuper figura precessit
ut inquit albertus magnus in tracta-
tu de officio misse in tribus satis fa-
rine Genes. xviii Cum abraham
sederet in hostio thabernaculi sui
vidit tres angelos descendentes per
viam quibus tria sata farine simule
conspersa parari fecit tres subcine-
ricios et azimos panes per quod innu-
itur laycos solum ad unam speciem
debere admitti eo quod de vino nullam
mentionem facit. Tria vero sata fuisse
narrantur propter triplicem substanciam
que in hoc sacramento continetur scilicet corpus
anima et deitas. Similiter in comme-
stione helie huius manducationis sa-
cramentalis expressissima figura
precessit cum subcinericium panem co-
medit cum potu aque nulla facta
mentione de vino. In cuius cibi forti-
tudine ambulabat xl diebus et no-
ctibus. Patet igitur quod lege divina tam
novi quam veteris testamenti quod co-
municare laycos aut non conficientes
sufficiat sub altera specie tantum scilicet panis
et per consequens non esse de necessitate salutis
sive de precepto christi sumere sub utraque.
Secunda pars principalis quod praxi christi et apostolorum
quia in toto evangelio non reperitur quod
christus communicaverit aliquem laycum sub
utraque specie sed tantum xii apostolos ut Joh.
xiii ubi xii apostolorum pedes lavisse
refertur. Et Mathei xxvi ubi dicitur quod ve-
spere facto venit cum xii apostolis. Et
Luce xxii Cum facta fuisset hora dis-
cubuit et xii apostoli cum eo quos xii
antea in sacerdotes ordinavit ut di-
cunt communiter doctores omnes in ce-
na per illa verba accipite hoc est corpus
meum et hoc facite in meam com-
memorationem et per consequens eos communicavit.
Et licet proinde solus christus conficeret
et non apostoli tamen communicavit eos sub utraque
specie non ut laycos sed ut sacerdotes
dans eis exemplum et doctrinam qualiter

et ipsi conficientes conficere et sumere deberent.
Preterea si huiusmodi communio sub utraque specie
fuisset de necessitate salutis nequaquam
unquam aliosque utriusque sexus ceteros
qui ipsum dominum et mente et corporis pas-
sibus sequebantur a predicta communione
exclusisset quod videtur fecisse cum exceptis
xii ut dictum est non leguntur dicte cene inter-
fuisse. Item hoc ipsum patet quod in sacietatibus
quibus saciavit turbas et discipulos
suos ante et post suam resurrectionem. Scri-
bitur enim Mat. xiv et Joh. vi quod dominus
saciavit quinque milia hominum de quinque
panibus et duobus piscibus. Et Marci
viii dicitur quod saciavit quatuor milia
de septem panibus in quibus sacietati-
bus nulla mentio fit de potu aut vino
sive aqua aut quocumque alio liquore
et licet non credatur quod tempore quo sacieta-
tes predicte fiebant de pane veraciter
transsubstantiato in corpus christi tamen veraciter
tenendum est quod ille panis divina po-
tencia multiplicatus et tam mirabili-
ter saciavit corpora manducancium typum
et figuram gerebat huius sanctissimi
panis qui de celo descendit et dat vi-
tam mundo. Nam sicut ille panis
ineffabili quadam suavitate refecit
corpora manducancium et in quandam
admiracionem omnes suspendit ita ut que-
rerent ipsum regem facere et ut ipsum se-
querentur. Sic iste panis celestis et super-
substancialis replet ineffabili suavitate animas
se digne sumencium et eas sic in sui amo-
rem et admiracionem convertit ut nil pre-
ter christum in cordibus ipsorum regnare per-
mittunt sic quod ipsas trahat ut omnibus
postpositis currant in odorem unguen-
torum suorum. Unde christus Joh. vi lo-
quens de predicta sacietate corporali ait
Amen amen dico vobis queritis me
non quia vidistis signa sed quia man-
ducastis ex panibus et saturati estis. Et
statim post subiungit loqui de hoc sacra-
mentali et spirituali pane. Si tamen de sacra-
mentali intelligatur ut per predictam sacie-
tatem corporalem manifestaret nobis
sacietatem spiritualem huius sanctissimi
panis de quo statim subiungit opera-

nium non cibum qui perit sed qui per
manet in vitam eternam quem filius
hominis dabit Item post passionem suam
et Luce ultimo Et factum est
cum discumberet ihesus in emaus cum
illis scilicet duobus discipulis scilicet cleopha et
alio et alio accepit panem benedixit
et fregit et porrigebat illis ubi secundum
multos doctores corpus sub specie pa
nis solum eis tradidit eo quod nullam
facit mencionem de vino Augustinus in
libro de concordancia ewangelistarum
a xpo facta est permissio impedimenti
usque ad sacramentum panis ut unita
te corporis participata removeri intelligatur
Impedimentum inimici ut xpus posset
cognosci Item beda super eodem impe
dimentum permittit esse donec ad
sacramentum perveniatur sed percepta
veritate corporis xpi Impedimentum
inimici aufertur ut xpus possit co
gnosci Item theofilus sed et alius Innuit
quod scilicet sumentibus sacrum panem aperi
untur oculi eorum ut eum cognoscant
Magnam enim habet et ineffabilem
dominica caro virtutem Item glosa et est
bede panem corpus xpi et eius sacra
mentum signabatur et dabatur Item
Johannis ultimo xpus manifestavit se
septem ad mare tiberiadis ubi acce
pit panem et piscem assum et da
bat eis quod enim tractans Innocentius dicit
passum piscem quem xpus cum suis
discipulis comedebat intelligit dominus cor
pus xpi quod in ara crucis assatum
fuit Unde beatus Gregorius in omelia xpum
dicit passum piscem dominus intelligi mediatorem
dei et hominum pro nobis passum Et
patet quod ibi nulla mencio fit de vino et
potu Item sequenti die post institucionem
predicti sacramenti exemplo xpus docuit
et opere non solum non esse de necessitate
salutis sumere sub utraque specie quo ad lai
cos sed nec simpliciter sumpcio predicti
sacramenti in latrone cui mox credenti
et dicenti Memento mei domine dum
veneris in regnum tuum / promisit do
minus paradisum dicens hodie mecum
eris in paradiso absque quacumque huius

sacramenti percepcione quod eciam et in aliis
innumeris martiribus probatum est qui
absque huiusmodi percepcione sacramenti ad re
gna celestia feliciter pervenerunt Et et
de pueris baptisatis sancta tenet ecclesia
Item probatur consuetudine apostolica et primitive ec
clesie similiter quia dicitur actuum ii Erant
perseverantes in doctrina apostolorum et co
municacione et fraccione panis secundum
eum glosam ut magister historiarum in scho
lasticis historiis exponit fraccionem pa
nis id est eukaristie / quia in primitiva ecclesia
fideles crebro communicabant et conveni
ebant ad participandam eukaristiam
in quo loco scriptura nullam facit men
cionem de vino aut de potu Eodem mo
et albertus magnus exponit de apostolis
et de ista fraccione panis Item de nullo
apostolorum legitur quod huiusmodi communionem
duplicis speciei practicaverit quo ad laicos
vel de eo doctrinam tradiderit aut
preceptum excepto paulo apostolo qui re
citative chorinthiis narrat qualiter xpus
sub duplici specie hoc sacramentum institue
rat et solum Corinthiis apud quos so
los erat huiusmodi consuetudo Et indubitanter
si fuisset xpi preceptum indifferenter quo
ad omnes communicare sub utraque specie sanctus
paulus expressius scripsisset de ipso tam
corinthiis quam et aliis fidelibus quibus
suas transmisit epistolas precipue roma
nis qui erant caput mundi et hebre
is pro quibus cupiebat esse anathema
ut eos lucrifaceret Similiter quilibet
apostolorum et ewangelistarum scripsisset
aliquid de huiusmodi precepto sine quo non
est preceptum xpi Item patet ex practica
multorum sanctorum antiquiorum
et precipue in primitiva ecclesia de sancta
petronella beati petri apostoli filia de qua
sic in eius legenda legitur / quod in extre
mis post multa ieiunia et oraciones
corpus domini suscepit et deinde in lecto
se reclinans post triduum ad xpum mi
gravit Item attestatur beatus eusebius
ad damasum portuensem episcopum de
morte gloriosissimi Jeronimi ubi re
fert quod beatus Jeronimus varie et multiplici

sacramentum divinum recommendavit cubaculo sacratum sub specie panis ab eo suscepit ubi refert verba Iohannis in hunc modum Rogo vos fratres ut dominici afferatis corpus quatenus in suo lumine videar lumen ut firmans super me oculos suos det michi intellectum et instruat me in via hac qua gradior Hiis verbis finitis per longas orationes vir dei gloriosus sacramentum domini corpus suscipiens ad eternam superna redijt Beatus Eusebius Sic et idem beatus Eusebius in extremis positus sub specie panis communicavit ut de eo scribit beatus Cirillus in epistola ad beatum Augustinum de miraculis gloriosissimi Iheronimi Ideo etiam modo beatus Ambrosius in extremis communicavit de manibus beati Honorati Vercellensis episcopi Idem habetur de beato Benedicto de quo in legenda sua dicitur quod ultima die exitus sui in oratorium portari se fecit et ibi exitum suum dominici corporis perceptione munivit Idem refert beatus Gregorius in dyalogorum quod beatus Agapitus papa quendam claudum et ~~pa~~ ~~pam~~ mutum sub una specie communicans eum plene sanavit Idem habetur de beata Lucia quod ipsa spiritum non tradidit per gladium in guttur eius immersionem donec sacerdos corpus dominicum ei traderet Idem de beato Dominico et Francisco et in innumeris alijs sanctis alias habetur ponnia [?] Idem Wilhelmus in suo sacramentali Hugonem de sancto Victore sub una specie tantum communicare debuisse narrat sub hijs verbis Cum Hugo de sancto Victore excellentissimus doctor ultima infirmitate laboraret corpus domini instanter petebat sibi dari et cum nullum cibum continere posset fratres eius turbationem timentes simplicem hostiam sibi obtulerunt quod ille cognoscens per spiritum ait Misereatur vestri deus fratres cur me ita deludere voluistis Iste quem portastis non est dominus deus meus At illi attoniti mox corpus domini attulerunt Sed ipse videns se non posse recipere elevatis in celum oculis ac manibus sic oravit Ascendat filius ad patrem et spiritus ad deum qui misit illum et inter hec verba emisit spiritum et corpus domini ibidem disparuit Ecce qua manifesta ac clara narratione refert hic doctor sanctum victorem debuisse sub una tantum specie communicare :

Tercio principaliter probatur

Ex doctrina et institutione sacrorum conciliorum nam ut habetur ex libro conciliorum ysidori ita in VI constantinopolitana sinodo legitur citra sanguinem cerimonias in ecclesijs celebramus Ita quippe accedimus ad benedictiones archanas et sanctificamur participes effecti tam sancte carnis quam preciosi sanguinis christi Et ecce quam apte hec sancta sinodus ponit distinctionem inter communionem laycalem et sacerdotalem nam quo ad laycos dicit citra sanguinem cerimonias in ecclesijs celebramus Et vocat communionem laycam cerimonias quia precepto et statuto ecclesie introducta est quo ad sacerdotes vero subiungit Ita quippe accedimus ad benedictiones archanas et sanctificamur participes effecti tam sancte carnis quam preciosi sanguinis christi Nam si utraque pars istius decreti ad laycos vel ad sacerdotes sine distinctione referetur utique manifestam implicaret contradictionem Nam in prima parte excludit sanguinem cum dicat citra sanguinem etc. Et in secunda dicat participes effecti tam sancte carnis quam preciosi sanguinis christi Clarum igitur est hoc decretum nec aliquomodo posse infirmari aut infringi Idem longe clarius ostendit duodecimum tolletanum concilium ita dicens cum nichil in divino canone debeat esse confusum nichil dubium nichil esse indiscretum et collatione inter cetera relectum est Sancto toletano primo concilio in quo preceptum est ut si quis acceptam a sacerdote eukaristiam non sumpserit velut sacrilegus repellatur nec abiecta est ibi discretio voluntatis eius in fidelibus hec talia

infideliter agat et fidelis accipiat fi-
denter quod venalis illum necessitas deglutire
non sinit. Solet enim humane vite infir-
mitas in ipso mortis conatu pregraua-
ta tanto siccitatis pondere deprimi ut
ut nullis ciborum illacionibus resistat
sed vix tamen illati delectetur poculi gracia
sustentari quod esse in multorum conatu vi-
demus qui optatum sibi votis sacre
communionis appetentes viaticum collata
sibi a sacerdote eukaristiam reiecerunt
non quod infidelitate hoc agerent sed quod preter
dominici calicis haustum traditam sibi non
possent eukaristiam deglutire. Ex quo
decreto manifestissime innuitur quod esse tempore
primi concilii toletani infirmi tunc sola hostia
sacra communicabant quod patet ex declaratione
supra positi decreti. Nam refert quod pri-
mo concilium toletanum fecerat statutum
ut quicumque eucaristiam a sacerdote ac-
ceptam non sumeret velut sacrilegus repel-
leretur. Et quia in hoc decreto non fuit
facta distinccio de voluntate et neccessita-
tem et infidelis hec talia infideliter
agat et fidelis accipiat fidenter quod venalis
illum necessitas deglutire non sinit. Decla-
rat subsequens concilium quia cum
multi fideles in conatu mortis positi
tanto siccitatis pondere deprimantur
ut nichil possint deglutire nisi aliquo
poculi vel liquidi mediante manife-
stum est quod tales accipiendo eukaristiam
hostiam sed sine poculo bona et sancta
intencione si eam propter siccitatem
reicerent non incurrunt sacrilegii crimen
et hoc per ipsum probant sancti patres in
dicto concilio consentientes quod esse contingit
in multorum conatu vidimus qui op-
tatum sibi votis sacre communionis ap-
petentes viaticum collatam sibi a
sacerdote eukaristiam reiecerunt non
quod hoc infidelitate agerent sed quod preter do-
minici calicis haustum traditam sibi
non possent eukaristiam deglutire. Ex
quo luce clarius patet quod sub sola specie pa-
nis tunc temporis sacra communio ministraba-
tur

infirmis autem enim sed quod preter dominici ca-
licis haustum quia enim eukaristia
sine calice ministrabatur. Ideo sepe
communiores siccitatis pondere grauati co-
gebantur reicere quam deglutire non
valebant et hoc est quod dicit sed quod preter dominici
calicis haustum traditam sibi non posset
eukaristiam deglutire. Idem sentit conci-
lio Remensi ut innuitur et habetur de consecratione
et quest. dis. ii c. peruenit ubi declaratur
quod sufficit dare eucaristiam sine ho-
stiam infirmus sine vino. Nam quidam
presbiteri intantum paruipendebant diuina mi-
steria ut laycis aut femine sacrum
corpus domini traderent ad deferendum
infirmis quod sancta sinodus grauiter
reprehendit et statuit quod talis temera-
ria presumpcio amplius fieri non debeat
sed presbiter per semetipsum debeat infirmum
communicare in quo decreto solum fit men-
cio de corpore christi et nullo modo de vino
aut de sanguine. Tenor verbo predicti
decreti est talis: Peruenit ad noticiam
nostram quod quidam presbiteri intantum paruipen-
debant diuina misteria ut laycis aut
femine sacrum corpus domini tradant
ad deferendum infirmis et quibus pro-
hibetur ut nec sacrarium ingrediantur
nec ad altare appropinquent illis sacra
sacrorum committunt quod quam sit horri-
bile quam detestabile omnium religiosorum
animaduertat prudencia. Ideo interdi-
cit per omnia sinodus ne talis temera-
ria presumpcio ulterius fiat sed omnibus
modis presbiter per semetipsum infir-
mum communicet quod si aliter fecerit gradus
sui periculo subiacebit. Item concilio
Wormacensi ut habetur dis. ii. ca. presbiter
precipitur quod presbiter eukaristiam id est hostiam
ut dictum est semper habeat paratam
ut cum quis infirmatus fuerit statim
eum communicet ne sine communione moriatur.
Unde dicit Canon: presbiter eucaristiam semper
habeat paratam ut cum quis infirmatus
fuerit statim eum communicet ne sine communione
moriatur. Super quo ait glosa Hauguicz

non precipit suare quia opus est nimia
cautela in eo suando Et additur ibi qdia
tonus addere pterea no e opus quia
ubi est corpus ibi est et sanguis Et in
glo sup ca° comuni eadem dis sup vo
aut integra letur in hoc intelligo de
csicientem cogn infirmus vel sanus in
ncitate sine vino corpus sumere pt Ex
quibus omnibus pz q qmo sub utraqz
spe no est de necessitate salut Ex quo
psara gilia sanus puer et infirmus eo
cedebatur tunc sub una spe Item no
solum infirmus sz etiam sanus ab eorum
officijs depositus a sacris canonibus con
cessa vnig spei qmo lvi dis l ca° si Epc
et letur ex gilio agaten dicitur q si
Epus pbr aut dyaconus capitale cri
men commiserit aut cartam falsauit
aut falsum testimonium dixerit ab offi
cij honore depositus in monasterio
detrudatur et ibi quamdiu vixerit
laycam tunc comuniom accipiat Eumde
modum loquendi lz pelagius papa
de layca comone dis lv ubi ita dicit
Si crimina amonicos iracundiam nec
vsqz ad vim furentem prosilire per
mittit ne si racha fri suo qui dixerit
reus erit gehenne igni Qualiter pu
tamus pena plectendus est qui non
solum pugno impie pcussit in levi
tici ordinis hominem ministerio funicterum
sz q no sufficeret ad cedem manus
instigante ita se dya° raptus est
ad iracundiam ut fuste no solum p
cuteret sz et erueret oculum fris
et quanus hunc excessus grauiori
est pena plectendus bene tn fraternitas
tua fecit ab officio eum presbiterum
remouere hec tn solicitudinis tue
sit ut locum ei pene constituas etiam
aliquo enim monasterio retrudas la
ycam sibi tunc comunionem concessa Similiter
in concilio Sardinensi statuitur duo
decreta de eadem comone layca huiusmodi
sub tenore Item Osius epus dixit
no minus mala consuetudo q pnicio
sa corruptela funditus eradicanda
est nec cui liceat Epo de ciuitate sua
ad aliam transire ciuitatem mani
festa e enim causa qua hoc facere temp
tat cum nullus in hac re inuentus
sit Epus qui de maiori ciuitate ad
minorem transiret vnde apparet auaricie
ardore eos inflammari et ambicioni
seruire et ut dominacionem agant Si ergo
omnibus placet huiusmodi pniciem seuius
et austerius vindicetur ut nec laycam
comonem habeat qui talis est Responderunt
vniuersi placet Item idem Osius Epus
dixit Etiam si talis aliquis extiterit te
merarius ut fortassis excusacionem afferens
asseueret q ppli litteras accepit cum ma
nifestum sit potuisse paucos premio et
mercede corrumpi eos qui sinceram
fidem no hnt ut clamarent in ecclia
et idem petere viderentur eum omnino
has fraudes dampnandas esse arbi
tror ita ut nec laycam in fine comonem
talis accipiat q si vobis omnibus placeat
statuite Synodus respondit placet et
ex istis duobus decretis manifeste declaratur
q comone tn se no e de necessitate salutis
Alioquin impie predictum concilium sta
tuisset ut taliter delinquens nec laycam
comonem in fine acciperet Ait enim ita ut
nec laycam in fine comonem talis accipiat
p comonem autem laycam quid pt intelligi
alius quam comonem simplicem sub una
spe et sub illa precipue que ut communiter
mig pt auferre piculi reuerencie tanto
sacramento debite cuiusmodi e spes panis et ad
hoc sunt omnes doctores Iuris cano
nici quibus credendum e ut perito cuilibet
et perito in arte sua Unde sup predicto ca°
Osius abbas exponit laycam comonem
i corpus xpi Innocentius i viaticum Hostien
i panem benedictum vel corpus xpi
Et id dt Jo an in nouella Item cle
mens papa et letur de cons dis ij c
In tribus gradibus et tribus gradibus
commissa sunt sacramenta diuinorum sacratorum
seu secretorum i presbitero dyacono mi
nistro qui cum timore et tremore cle
ricorum reliquias corporis dni custodire

debent fragmentorum. Et sequitur ibidem
Tanta in altari certe holocausta offera
tur quanta populo sufficere debent quod si
remanserint in crastinum non reserventur
sed cum timore et tremore clericorum dilig
entia consumatur. Qui autem residua cor
poris domini custodire debent que in sacrario
relicta sunt consumunt non statim ad accipien
dos communes cibos conveniant. Ecce quam
manifeste in predicto canone habetur quod re
liquie clericorum corporis domini custodiende
sunt fragmentorum cum magna diligentia
et nulla penitus fit mentio de reliquiis
vini aut sanguinis sive de custodia ipsius
De cuius custodia si fuisset in usu po
tius debuisset cautela haberi et ordinatio
sive statutum fieri cum in ipso sanguine
maius immineat periculum. Item sancta
sinodus Romane cui beatus Leo papa presedit
tacto in quinque de conse. dis. ii. loquens de
veritate corporis et sanguinis Christi in hoc
sacramento inter cetera ita dicit Idem
est corpus de quo dictum est Caro mea
vere est esca et sanguis meus vere est
potus. Circa hec aquile sunt que alis
circumvolant spiritualibus ut et idem corpus
Christi edimus ut vite eterne possimus
esse participes. Ubi nominatim sancta sinodus
corpori Christi solo illam copulativam attribuit
caro mea etc. Ostendens quod sub specie panis
sub qua cum in confessionibus verorum est presentie
corpus Christi vere et realiter ac integre
utrumque continetur scilicet caro Christi et san
guis et quecumque alia se habent ad per
fectionem Christi corporali et reali concomitan
tia et quod idem corpus Christi edimus nulla
mentione facta de sanguine aut de vino
sive de potu ut vite eterne possimus
esse participes. Ad ostendendum quod sufficit
sumere sub una specie. Novissime vero
declarant hoc sacrum Constantiense concilium
cuius tenorem papa Martinus quintus
in quadam sua bulla interserit cuius
tenorem pro presenti gratia brevitatis omi
tto recitare:

Quanta autem sit auctoritas
sacrorum conciliorum ostendit
Gregorius ad Januarium ista dicens Con
ciliorum in ecclesia est saluberrima au
ctoritas quibus ecclesie negotia terminantur.
Et in libro de fide katholica idem dicit Si
quis aliquas scripturas preter illas
quas ecclesia katholica recipit et in auctoritate
sanctas esse tradidit fuit veneratus ana
thema sit. Idem Gregorius et habetur dis.
xv sicut sancti evangelii quatuor libros
sic quatuor concilia suscipere et venerari
me fateor. Et subdit Cunctas vero
personas quas prefata concilia venerantur
veneror et quas respuunt respuo
et que venerantur amplector. Quoniam
dum universali consensu sunt constituta
se et non illa destruunt qui quos non
presumpserint absolvere quos li
gant aut ligare quos absolvunt
nec mirum cum ipsa sacra genera
lia concilia regantur et dirigantur
a spiritu sancto uno a Christo Ihesu Christo
nam si ipse dominus promisit se esse
in medio duorum vel trium in no
mine ipsius congregatorum quanto
magis est in medio patrum et seniorum
omnium Christi fidelium in sacris conciliis
generalibus congregatorum quod expres
se sancti apostoli Christo declararunt actuum
xv ubi presidentiam in concilio spiritui
sancto attribuunt vel potius insinua
nt dicentes in commune. Epistola de
cretali visum est spiritui sancto et nobis
quod etiam attestatur Celestinus papa scribens
ad sinodum in Epheso constitutam spiritus
sancti testatur presentia congregatio sacer
dotum. Certum est enim quod legimus
quia nec potest veritas nostra mentiri
cuius in evangelio ista sententia est ubi duo
vel tres congregati fuerint in nomine
meo ibi et ego sum in medio eorum
quod cum ita est nam si nec in tam
brevi numero spiritus sanctus deest quanto ma
gis eum nunc interesse credimus cum con
veniunt turbe sanctorum. Sanctum namque
concilium est pro debita veneratione

collectum in quo utique minime aplorum frequentissime illius quem legimus congregacionis aspicienda reuerencia est. Nunquam huius defuit qui recitarent ad predicandum, affuit semper hiis dominus et iugiter nec docentes a suo doctore deserti sunt. docebat ille qui quis miserat, docebat qui et disperat quod docerent, docebat qui in aplis suis se confirmat audiri. Hec celestinus. Item sanctus Damasus papa ad aurelium episcopum carthaginem de seruandis canonibus sanctorum patrum et de certis in concilio editis prout refert ysidorus in libro conciliorum ita scribit. Reuerendissimo fratri et coepiscopo aurelio damasus. Scripta sanctitatis tue debita veneracione suscepimus in quibus satis veneracionem ac prudenciam tuam aplica instituta ut dignum erat cognouimus. Una de re quedam consulis que petisti misimus et quedam ad huc cum iterum miseris mittere cupimus. Nullum tamen a beati petri principis aplorum siue predecessorum nostrorum pertransiuimus decretorum statutis aliquid tibi per primum presbiterum et felicem dyaconum sub certis signaculis non mittemus que te et custodire optamus et aliis predicanda ac publicanda mandamus ut ab omnibus inuiolate debita veneracione custodiantur et inuiolate seruentur ab omnibus fidelibus temporibus diligenter. Verentur quia violatores voluntarii canonum grauiter a sanctis patribus iudicantur et a sancto spiritu cuius instinctu ac dono dictati sunt dampnantur quoniam blasphemare spiritum sanctum non incongrue videntur qui contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi sed libenter ut prefixum est aliquid aut proterue agunt aut loqui presumunt aut facere volentibus sponte consenciunt. Talis enim presumpcio manifeste unum genus est blasphemancium spiritum sanctum qui ut iam prelibatum est contra eum agit cuius nutu et gratia iidem sancti editi sunt canones. Diabolica vero nequicia plerosque subtiliter fallere solet et ita quosdam imprudencia per similitudinem pietatis sepissime illudit ut pro salubribus nocitura persuadeat. Idcirco norma sanctorum canonum qui sunt spiritu dei editi et totius mundi reuerencia consecrati fideliter a nobis est seruanda et diligenter tractanda nec quoquomodo sanctorum patrum statuta absque ineuitabili necessitate quod absit transgrediamur sed fidelissime pro ea gradientes tam eis qui eos instinctu condiderunt diuino mercedis gloriam et laboris cumulum eorum nutu ampliante domino tribuere mereamur quod nobis prestare dignetur ipse spiritus sanctus in cuius nomine in hac sancta sinodo congregati sumus. Amen.

Quarto principaliter probatur

ex consuetudine ecclesie que ex antiquissimis temporibus et ex multis centenis annorum fuit vulgariter in ecclesia introducta. Sunt enim ultra ducenti anni uel saltem prope quibus doctores catholici in libris eorum et scriptis ceperunt laudare et approbare veterem ecclesie consuetudinem in communione sub una specie ut paulo post patebit in allegacionibus doctorum. Clarum autem est quod hec consuetudo non fuit uno die aut uno mense seu uno anno in ecclesia uniuersaliter introducta immo nullus doctorum ipsam laudancium aut approbancium potuit aut sciuit assignare tempus originem quo hec consuetudo uniuersaliter ortum habuerit propter antiquitatem suam. Cum indubitanter tenendum est quod communio sub utraque specie nunquam fuit in ecclesia de usu consuetudinis ecclesie, sed cum varium communionem populi valde fuit semper licita consuetudo. Christus enim in cena sub duplici specie tradidit instante sua passione. Sed post resurreccionem suam legitur cum intencionem sanctorum communicasse sub sola specie panis ut patuit superius cum in emaus cognouerunt eum duo discipuli in fraccione panis. Actuum ii quod intelligitur de communione panis sancti ut in precedentibus fuit declaratum. Et chorinthii sub duplici specie communicabant iuxta paulum

Et sic communiter semper mansit huiusmodi diversi-
tas communionis laycalis sub una vel sub
duplici specie donec propter pericula et va-
rios errores vniversalis ecclesie consuetudo ob-
tinuit communionem unius speciei Cuius consue-
tudinis principium aut initium nec in me-
moriis hominum nec in scriptis doctorum
aut in annalibus scribentium reperitur
Et tamen consuetudo cuius initium memoria
non habetur iure constituti habenda sit
ut dicunt leges utique pro lege habenda
est et tenenda Quanta autem sit auctoritas
consuetudinis ecclesie Romane ostendit
Augustinus in libro de cura pro mortuis agen-
da qui ait quod si nulla esset auctoritas sacre
scripture que doceret orare pro defunctis
tanta est auctoritas ecclesie Romane et eius
consuetudo de hoc observata que nullomodo
potest errare quod pro lege firmissima sine
dubitatione est tenenda Similiter sanctus
Thomas 2a 2e q. x ar. xii dicit
Maximam vim habet ecclesie consuetudo
que semper in omnibus est emulanda Quia
et ipsa doctrina catholicorum doctorum
ab ecclesia auctoritatem habet Unde sub-
dit quod magis standum est auctoritati ecclesie
quam Augustini vel Jeronimi vel cuius-
cumque doctoris Qualiter autem transgres-
sores consuetudinum cohercendi sint
ostendit Augustinus ad Casulanum presbyterum et
habetur dist. xi in hiis rebus qui dicit
quod mos populi dei et instituta maiorum
pro lege tenenda sunt Et sicut preva-
ricatores legum divinarum ita contem-
ptores consuetudinum ecclesiasticarum
cohercendi sunt Et in libro confessionum
ita dicit Que sunt contra mores hominum
que flagitia sunt vitanda pro morum
diversitate ut pactum inter se gentis
aut civitatis consuetudine aut lege
firmatum nulla civis aut peregrini
libidine violetur Turpis enim omnis
pars universo suo non congruens Item
Augustinus facere contra consuetudinem prohibet
epistola xxxvi ad ieiunium ita dicens Contra
ecclesie fundatissimum morem nemo se-
ntiat Item Damascenus libro iiii sincere

Semper consuetudo ecclesie servanda est
et contrarium dogmatizantes et sua
pravitate confirmantes non sunt audi-
endi Item Jeronimus contra Vigilancium
quod vere est in manibus sumere quod
etiam non recipit nisi forte manifeste
ridiculum per quem Cum igitur ecclesia
non recipit in communione laycali utramque
speciem ipsam utique recipere ridiculum
est perniciosum et superfluum propter quod
beatus Thomas dicit 2a 2e q. lxxxxiii
Sicut enim falsarius esset qui aliqua
proponeret ex parte alicuius que non esset
ei commissa Ita vicium falsitatis in-
currit qui ex parte ecclesie cultum exhibet
deo contra modum divina auctoritate
ab ecclesia constitutum et ar. 2o Si enim
aliquid sit quod quantum est de se non pertinet
vel ad dei gloriam neque ad hoc quod mens
feratur in deum aut quod carnis concupi-
scencie moderate refrenentur aut etiam
si sit preter dei et ecclesie institucionem vel
contra consuetudinem communem que
secundum Augustinum pro lege habenda est totum
hoc reputandum est superfluum et su-
perstitiosum Cum itaque dicta communio sub
utraque specie quo ad laycos sit contra communem
consuetudinem ecclesie utique tamquam
superflua et superstitiosa repellenda est
Manifestum est autem quod iam a multis
centenis annorum predicta consuetudo
communicandi laycos seu non conficientes
sub una specie tantum scilicet panis in ecclesia ne-
mine contradicente videtur introducta et
viguit saltem ex dictis doctorum
de hac consuetudine mencionem facientibus

Secundo principaliter probatur

per sanctorum doctorum attestacionem
qui in locis quodammodo innumeris de
huiusmodi communione et sacramento facientes men-
cionem nichil de potu aut vino
memorati sunt sed tantum de corpore
Christi sive de pane aut esca loquti sunt
per hoc ostendentes sufficere sub sola specie
panis sumere divinissime eucaristie
sacramentum Unde Ambrosius in libro de
sacramentis ista esca quam accipitis

Iste panis vivus qui de celo descendit
vite eterne substanciam ministrat et qui-
cumque hunc panem manducaverit
non morietur in eternum quia corpus
christi est Et habetur de cons dist ii Revera
quod eadem dis ii de cons in multis capitulis
videlicet in capitulo Omnia et in capitulo In illo sa-
cramento et in capitulo Non iste panis est
et in capitulo Cum benediccionem In quibus locis
manifeste habetur quod sumpcio huius
sacramenti sufficit tamen sub specie panis
Item sanctus Ambrosius in libro de paradiso
loquitur sub hiis verbis Cum igitur
in cibo neque premium sit quia esca
nos non commendat deo neque mag-
num periculum sit quia non quod in-
trat in nos coinquinat hominem sed
quod exit de ore videtur sine dubio
tanto auctore non esse preceptum
nisi hunc cibum ad illud perfectum
referas quem pro magno premio
dominus sanctis pollicetur sub Ecce
qui serviunt michi manducabunt
vos autem esurietis hic est enim
cibus in quo vita devenitur eterna
quo quisque fuit defraudatus morte
moriatur qui quidem panis vivus
atque celestis ipse dominus est qui vitam
dat huic mundo Unde et ipse ait Nisi
manducaveritis carnem meam et bi-
beritis sanguinem meum non habebitis
vitam eternam et infra quis ille
accipe quem dicat panem inquit
angelorum manducavit homo esto
bonus panis si facias voluntatem
dei vis scire quam bonus panis
ipse filius manducat hunc panem
denique ait meus cibus est ut fa-
ciam voluntatem patris mei qui in
celis est Hec Ambrosius Ubi primo
nota quod hic doctor sanctissimus et
unus ex quatuor columpnis ecclesie ve-
raciter se fundat in sacra scriptura
et in doctrina christi nam dicit Cum
in cibo neque premium sit neque ma-
gnum periculum quia non quod intrat
in nos coinquinat hominem sed quod exit
de ore verba sunt christi per Matheum ubi
manifeste fundat intencionem suam in dicto
christi Secundo nota quod dicit videtur
sine dubio tanto auctore non esse pre-
ceptum Ubi dicit sine dubio omnem am-
biguitatem excludens non esse preceptum
Tercio nota quod ex dictis suis quod sit intel-
ligatur preceptive quod et hic spiritualiter in-
telligendum est et de spirituali manducacione
utputa per totum residuum quod sequitur
nisi hunc cibum ad illud perfectum
referas Item beatissimus Ieronimus
ut supra fuit allegatus loquitur
de duplici carne christi videlicet spirituali et di-
vina de qua intelligitur illa auctoritas
nisi manducaveritis etc et de ea que
crucifixa est et sepulta que ut fides
catholica tenet est vere et realiter et in
ipsa persona ipse christus in hoc sacramento
et non spiritualiter tantum Item idem beatus Ieronimus
super leviticum ita dicit De hac quidem
hostia que in christi commemoracionem mira-
biliter fit edere licet De hac vero quam
christus in ara crucis obtulit secundum
se nulli edere licet Ubi notanter dicit
edere et nullam mencionem facit de bi-
bere Et habetur de cons dis ii De hac idem
beatus Ieronimus in quodam sermone dicit Sin-
guli autem accipiunt christum dominum et
in singulis porcionibus totus est nec per
singulos minuitur sed integrum se
prebet in singulis Et habetur de cons dist ii
Singuli Item Augustinus in epistola ad Hire-
nimum christus panis est de quo qui man-
ducat vivet in eternum Et de quo ipse
met dicit panis quem ego dabo caro mea
est pro mundi vita Et habetur de cons
dis ii christus Idem in sermone de verbis
domini et habetur in glosa prima Ad Corinthios
x Nos quod timeamus fratres panem
manducare istum ne forte sumamus
vel consumamus illum et post ea quidem man-
ducemus non minimas manducamus
christus vivit manducatus quia surrexit
occisus nec cum manducamus partes de illo

facimus et quibus in sacramento sit sit et no
runt fideles quemadmodum manducent
carnem vel corpus xpi et super psalmum
xxxiiii idem dicit Judei pascebantur
tamquam de pane divino et nos de car
ne divina pascimur quia corpus ipsius
manducamus Ecce cum in predictis
omnibus solum mencionem facit de pane
et nullam de potu Item hilarius dicit
et habetur de cons. dist. ii si non sunt tanta
peccata ut quis excommunicetur non se debet a
medicina corporis domini nostri ihesu xpi se
parare Item idem de trinitate et habetur
de cons. dist. ii c. in xpo pater et xpus
in nobis est unum in his vos nos esse facit
Si vero carnem corporis nostri xpus assump
sit et vere ille homo xpus est nostram in
illo sub misterio carnem corporis sui
sumimus et per hoc unum erimus quia pater
in eo est et xpus in nobis In quibus
similiter hilarius de potu nullam fa
cit mencionem Et quia plura longum esset
narrare antiquorum sanctorum doctorum dicta
per que videntur omnia innuere suffi
cienciam communionis sacramenti sub una specie
Sed iam oculos nostros dirigamus ad
doctores posteriores qui tamen nos et hanc
novitatem per plura centena annorum
precesserunt quorum dicta et sine se
quitur in hunc modum In primis igitur
occurrit antiquissimus doctor et summus
pontifex Innocencius de officio misse particula iii
de sacramento eukaristie capitulo utrum panis
sine vino vel econtrario valeat consecrari
ubi inter cetera ita loquitur Si vero
vinum inveniri non possit vel aliquo
casu defuit queritur utrum necessitate vel ca
su cogente sola panis materia possit in
eukaristiam consecrari sicut sub sola pa
nis specie debet eukaristia sumi Et infra conclu-
dit In hiis itaque regionibus in quibus
alterum inveniri non potest licite potest alterum
utrumque sine altero consecrari et ymmo eum
ignorancia quam necessitas vel negligencia
quam facultas excusat Hec Innocencius Quamquam
vis hic doctor affirmative ponit sum

quod sub sola panis specie debet eukaristia sumi
Secundum quod in hiis regionibus in
quibus alterum utrum inveniri non potest
licite possit alterum sine altero consecrari
que nullos possent sacramentum in veritate si
cum sub utraque specie esset de precepto
xpi Item Alexander de hallis doctor
antiquus solempnis et profundus in do
ctrina divina pariter et humana et
sancte vite magneque auctoritatis
in tota scola theologorum in quarta
parte sue summe de materia sacramenti eukaristie
querit utrum liceat corpus xpi sumere
sub specie panis tantum sine specie vini
Et respondendo ad illud dubium dicit
quod quia xpus integre sumitur sub
utraque specie Ideo licet xpum sumere
sub specie panis tantum sicut fere fit alicubi
ubique in ecclesia Et autem dicit Racio
nes quare interdum deficiente Quia
autem illud sacramentum dispensare
consueverunt sub specie panis tantum propter pe
riculum effusionis quod forte accideret
si sub specie vini dispensaretur Deinde
propter vitandum infidelitatis quod se non in
multorum simplicium mentibus ingereret
si semper sub speciebus panis panis et vini
daretur possent enim simplices crede
re quod xpus continetur sub altera specie
sicut contingit quandoque Ideo aliquando reli
giosis a petentibus et instantibus ut
sub utraque specie sumeretur hoc sacramentum
Sacerdote quodam pio celebrante cum
faceret fractionem continuo patene totum
visum est repleri sanguine ad quod
obstupuerunt ipsi et circumstantes
Sed cum continueret sacerdos per hoc
sic totus ille sanguis visus est remittere
Et peticioni et temptacioni illorum
sunt penitus satisfactum Et in scripto
suo super Johannem ubi exponens illud
Joh vi nisi manducaveritis carnem
filii hominis etc dicit quod solus sacerdos consecrat
sanguinem reliqui vero si non sacrificantes
communicant corpori Item albertus magnus
summus philosophus et maximus theologus

Ar

sanctitatis vite qui et in vita et post
mortem claruit miraculis in trac-
tatum de corpore xpi dicit hoc est
quod dicitur i reg. ii c. hic desiderio po-
puli hunc cibum desiderant. Dimit-
te me obsecro ad unam partem
sacerdotalem ut comedam buccellam
panis unica enim et singularis pars
sacerdotalis est hostia corporis xpi ad
quam populus admittitur ut buccel-
la corporis domini sacietur. Et quarter sub-
dit figuram unius speciei in tribus sa-
tis dicens Et hoc est figuratum gen.
xviii ubi dicitur Cum abraham
sederet in hostio tabernaculi sui vi-
dit tres angelos descendentes pro
quibus tria sata farine simile co-
mixta pari fecit in subcinericios
et azimos panes. Hec albertus per que
innuit laycos solum ad unam spe-
ciem esse admittendos eo quod de vino nul-
lam facit mentionem. Item idem alber-
tus magnus tenuit et credidit quod ecclesia
posset dispensare cum sacerdotibus in
partibus in quibus vinum non reperitur quod
cum sola hostia possent conficere. Et
verba in ipsa forma sunt que sequuntur
et habentur in tractatu de offi. misse circa
finem. Doctor autem quod queritur de
terris in quibus vinum nullo modo posset
haberi dicendum videtur quod de hoc
consultatio ad evidentiam haberi debeat
quid sit agendum. Tamen propter intolle-
rabile dampnum animarum quod incur-
ritur ex sacramenti defectu vide-
retur michi esse cum talibus dispen-
sandum ut corpus xpi sine calice
haberent et conficerent sacramentum
quia sicut patet per audita corpus non
est sine sanguine. Et anima et deita-
te quamvis ibi non sit sanguis ex
virtute consecrationis et sacramenti. Hec
albertus. Item beatus thomas dis-
cipulus eiusdem alberti magni
qui fuit excellentissimi ingenii

immo potius angelici quam humani
diligentissimi studii humillimi iudicii
et omni omnino spoliatus inordinata pas-
sione vite sanctissime qui sciam sua
plus oratione et meditatione quam studio
et lectione a domino promeruit quo-
tiens cum sanctus dei disputare legere
scribere vel dictare voluit primus ad
orationis secretum accessit et inde sur-
gens inveniebat sic in promptu
quod scriberet vel dictaret quasi in libro
aliquo didicisset. Hic doctor cum quadam
nocte orationi insisteret sancti apostoli
petrus et paulus ipsum de textu dubio
scripture prophetice plenissime instru-
xerunt. Cuius doctrine et ipsa prima
veritas testimonium perhibuit nam
postquam edidit officium corporis
xpi et scripserat iam in tertia per
huius dignissimi sacramenti oranti
ab ymagine crucifixi talis vox
emissa est. Bene scripsisti de me tho-
ma quam ergo recipies pro tuo labore
mercedem. Et respondit sanctus domine
non aliam mercedem nisi teipsum. Au-
diamus igitur quid talis aut tantus
doctor dicat in ista materia. Ecce ipse in
tertia parte summe sue q. lxxx ar. xii
movet in forma articulum in res-
ponsione ad illum articulum sic dicit.
Circa huius sacramenti usum duo
possunt considerari. Unum ex parte ipsius sa-
cramenti. Aliud ex parte sumentium.
Ex parte ipsius sacramenti convenit
quod utrumque sumatur scilicet corpus et san-
guis quia in utroque consistit perfectio
sacramenti. Et ideo quia ad sacerdo-
tem pertinet hoc sacramentum consecrare
et perficere nullo modo debet corpus xpi
sumere sine sanguine. Ex parte
autem sumentium reverentia summa
requiritur et cautela ne aliquid acci-
dat quod vergat in iniuriam tanti mi-
sterii quod precipue posset accidere in
sanguinis sumptione qui quidem si in-
caute sumeretur de facili posset effundi

primus

Et quia crescente multitudine populi
christianam in qua continentur senes iuve-
nes et parvuli quorum quidam non sunt
tante discrecionis ut cautelam debi-
tam circa usum huius sacramenti adhibe-
rent Ideo provide in quibusdam ecclesiis
servatur ut populus sanguis sume-
dus non detur sed solum a sacerdotibus
sumatur Hec ille Ad istas raciones vero
quas adducit in oppositum respondit ut sequitur
Et primo ad auctoritatem Gelasii que
habetur de conse. dis. ii. comperimus dicit quod gela-
sius papa loquitur contra illos ad sacerdotes
qui sicut totum consecrant sacramentum
ita eciam toti communicare debent ut eam legitur
in concilio Toletano quale erit sacrificium
ubi nec ipse sacrificans esse dinoscitur Ad
secundum de perfectione huius sacramenti dicit quod
perfectio huius sacramenti non est in usu fidelium
sed in consecratione materie et ideo nichil dero-
gat perfectioni huius sacramenti si popu-
lus sumat corpus sine sanguine dummodo
sacerdos consecrans sumat utrumque
Ad tercium de representacione dominice passionis
dicit quod representacio dominice passionis agitur
in ipsa consecracione huius sacramenti in qua
non debet corpus sine sanguine consecrari
potest autem a populo corpus sine sanguine
sumi nec exinde eidem aliquid sequitur
detrimentum quia sacerdos in persona
omnium sanguinem offert et sumit et sub
utraque specie totus christus continetur ut supra
habitum est Hec sanctus thomas in predictis ter-
minis Item idem in postilla super Iohannem
dicit propter periculum effusionis in aliquibus
ecclesiis servatur ut solus sacerdos sangui-
nem reliqui vero corpus nec tamen est contra
sentenciam domini quia qui communicat corpus communicat
et sanguinem cum sub utraque specie totus christus
continetur eciam quantum ad corpus et san-
guinem Sed sub speciebus panis continetur
corpus christi ex vi conversionis sanguis
vero ex reali concomitancia Sub speciebus
vero vini continetur sanguis christi ex vi conver-
sionis corpus vero ex concomitancia Hec

ille Cum et paulo superius declarans
quid intelligat per illud quod dicit in pluribus
locis in quibusdam ecclesiis dicit Ubi mi-
nistri altaris continue et corpore et san-
guine communicant per que verba manifeste
declarat quod tempore suo in nulla ecclesia
layci communicabant sub utraque specie nisi solum
ministri altaris et hoc solum in qui-
busdam et non in omnibus Item idem
doctor in scripto suo super iiii^o sentenciarum
dis. xii. sic arguit uno argumento
Communicacio corporis domini et sanguinis
equaliter debetur omnibus membris
christi sed aliis datur corpus christi sine
sanguine ergo sacerdos saltem a sump-
cione sanguinis abstinere potest Respondet
prefatus doctor quod perfectio huius sacramenti
in utroque consistit et ideo sacerdos ce-
lebrans qui alterum tantum sumeret
imperfecte sacramentum perageret
unde reus sacrilegii secundum canones
iudicaretur de conse. dis. ii. comperimus Secus
autem est de aliis qui istud sacramentum
non perficiunt quia eis subtrahitur
sanguis propter effusionis periculum
unde et sacerdos in parasceue qui non conse-
crat corpus sine sanguine sumit Item
idem sanctus thomas iiii^{or} dis. xi
q. ii. in responsione ad tercium articulum
primi articuli ita dicit Ad tercium dicendum quod po-
pulo non datur sanguis propter periculum
quia facilius una gutta sanguinis
labetur quam aliqua particula corporis
Unde ministris altaris secundum consuetudinem
aliquorum datur participacio sanguinis
de quibus presumitur quod in talibus magis
sunt cauti In lege eciam veteri de liba-
minibus nichil habebant offerentes sed
soli sacerdotes per que significabatur
potus huius sacramenti De sacrificiis
autem habebant quibus significabatur
cibus huius sacramenti Hec sanctus doctor
Item idem doctor in alio loco dicit
quod laycis debet dari simplex vinum non
consecratum aut aqua pro ablucione non
tamen propter misterium aliquod / sed ut lavent

ora sumentium ne remaneant aliq
reliquie eukaristie infra dentes vel gin
givas Et etiam ut non fiat eukaristia
in ore propter maleficium committendum
ut contigit fuit tempore beati ambrosii quo
in trunco apium hostia consecrata
per unam mulierem fuit fixata et absco
sa ut apes augerentur Et ulterius dicit
quod sacerdoti semel sufficit in die communicare
alijs autem probatis et perfectis sufficit
de octaua in octauam Communi autem
populo qui non est cum magna deuocione
occupatus ad minus semel in anno Et con
dicit Sacerdos porrigens alijs eu
karistiam sub una specie pot illa vel
simili verba proferre Corpus domini nostri ihesu
christi proficiat tibi in vitam eternam Et
non solum corpus domini nostri Et dans
vinum simplex pro ablucione oris vel dicere
potest Immo ne domini nostri ihesu christi amen
longum esset replicare verba et loca in quibus
et in quibus dictus doctor hanc veri
tatem fidei catholice ex proposito et inten
cione prosequitur Nam in sermonibus
de corpore christi sermone xxxvo ad longum
spacium et per medium sermonis sub
tali titulo Secundo queritur quare populus
non accipiat sanguinem sicut sacerdos
sub specie vini prosequitur Ponens
et assignans triplicem racionem quam
ibidem deducit ad longum Similiter
et in compendio theologice veritatis et in
questionibus de sacramentis et in mer
alijs locis quo ad presentem doctorem
igitur pro presenti dicte allegaciones suffi
ciant Item dominus bona ventura doctor
utique deuotissimus et sancte vite pro
funde scientie et doctrine qui etiam
miraculis claruit dis. ij q. i. sinazz
dicit similiter duo sunt circa hoc sacramentum
consideranda Primum eius efficacia vel
eius significancia Et aliquid pertinet
de integritate vel de perfectione huius
sacramenti duplex Primo quo ad efficaciam
scilicet illud quod ex opere sacramenti requiritur
ad totalem efficaciam eius et neutra
species est de integritate sacramenti sed quelibet

continuum est ex opere operato sufficit sine
alia ad causandum totalem sacramenti
officium et hoc ideo quia efficacia
sacramenti non est racione signi sed ra
cione contenti sub sacramento Idem autem
penitus continetur sub utraque specie Et
cum eundem modum continendi nec plus
sumit qui sumit utramque speciem quam
qui sumit alteram tantum ut dicit magister dis. xi
quarti vero sicut sub speciebus panis est totus
christus cum corpore anima sanguine et
deitate Ita sub speciebus vini est totus christus
cum omnibus eisdem Et cum eundem
modum continendi Anima sicut sub speciebus
panis deitas est unita humanitati
sic sub speciebus vini Et sicut hic anima
informat corpus ita et ibi Et sicut
hic sanguis est inclusus inter venas
corporis ita ibi sub speciebus vini et ita
in modo continendi nulla est diuersitas
hic et ibi quamuis in questione sit dubi
tatio quia panis conuertitur in corpus
tantum et cetera sunt ibi concomitanter
Alio aliquid est de integritate sacramenti
quantum ad omnem significacionem scilicet illud
quod requiritur ad totalem et completam
illius sacramenti significacionem hoc
modo ambe species sunt et quelibet illarum
est de integritate et perfectione sacramenti
eo quod per panem et per uillam carnem
seorsum sufficienter et complete com
initur huius sacramenti significacio quod
sic patet hoc sacramentum est christum ut nu
trimentum perfecte reficiens se digne
communicantes sacramentali Sed cum per
fecta refectio corporalis ut communiter seu sine
miraculo non fiat in pane solo aut in
vino solo sed in utroque non potest una species
sola stare christum ut perfecte reficientem
Sed una fit enim per modum cibi refi
cientis racione corporis sui et alia per modum
potus racione sanguinis Et ideo sunt
hoc complete fuit Quare requiritur ad inte
gritatem significacionis huius sacramenti Et
dico notanter ut communiter seu sine mira
culo quia in sanctitatibus christi quibus
plura milia quinque panibus et duobus
piscibus saciauit quod populus plene et

et perfecte sunt repleti sine potu Tunc ad articulum primo rudendo dicit quod si totus in utraque specie continetur non tamen per alterum perfecte significatur Et ideo fideles perfectum sacramentum recipiunt quia ad efficaciam recipiunt Sed quantum ad fidem sufficit quod ecclesia facit in eorum persona Subdit Et oportet quod ipsi recipiant sub speciebus vini propter periculum effusionis et erroris hec Bona ventura Item petrus de tharantasia doctor excellentissimus summus romanus pontifex et sancte et devote vite dis. xi quarti Cum enim in hoc sacramento sit ratio signi sit pro pertinens ad sapientiam et ratio cause seu causalitatis pertinens ad gratiam Et quia gratia est omnibus necessaria Ideo omnibus traditur sub una specie perfecte causative gratie sub qua cum maiori cautela sine reverentia potest tradi Sed sapientia non est sic omnibus necessaria Ideo a solis maioribus i. presbiteris vel ministris altaris sumitur sub utraque specie quia maiorem cautelam et reverentiam servare sciunt hec ille Item Richardus de media villa doctor profundus et magne auctoritatis in scolis dis. xi quarti dicit quod conveniter non datur hoc sacramentum populo tradi sub utraque specie propter periculum effusionis sanguinis et etiam propter periculum erroris ne si plures quibus crederet Christum non esse totum sub utraque specie. Tamen aliquibus tamen in quibus neutrum predictorum periculorum probabiliter timetur sub utraque specie potest dari nec tamen maiorem efficaciam recipiunt illi quibus datur sub altera specie tamen quam illi quibus datur sub utraque cum quod sub utraque specie totus Christus continetur Semper tamen sub utraque specie fiat ad expressionem misterii significationis Item Nicolaus de lyra in opposicione sacre littere meo iudicio post antiquos doctores excellentissimus et bone vite tractatus illud Joh. vi nisi manducaveritis dicit non est intelligendum quod hoc sacramentum sub utraque specie fidelibus sit exhibendum sed tamen a sacerdotibus est sumendum, licet enim in pri

Primus

mitiva ecclesia populo sub utraque specie communicaret tamen propter pericula provide ordinatum est ut non communicet sub specie vini propter periculum effusionis Et quia sub specie panis accipitur quodammodo sanguis in quantum ibi continetur quia sub utraque specie est totus Christus tamen aliter et aliter Quia sub specie panis est veritate Christi virtute sacramenti Et cetera vero sunt ibi per concomitantiam Et eodem modo sub specie vini est sanguis Christi ex vi sacramenti cetera vero concomitative Et idem dicit quod sacramentum eukaristie non solum proficit sacerdoti sumenti sed etiam toti ecclesie etiam illis qui sunt in purgatorio Cuius ratio est quia eukaristia non est tamen sacramentum sed etiam est sacrificium ecclesie in quantum Christi passionem, et ideo prosit omnibus fidelibus Confirmatur alio modo ut alias tunc proficit sibi soli sumenti quia officium eius non est offerre sacrificium, sed tamen suscipere sacramentum Et super illud apostoli i ad cor. xi probet autem se ipsum homo dicit idem, hic fit mentio de duplici specie, Nam in primitiva ecclesia sic dabatur fidelibus sed propter periculum effusionis sanguinis non datur nisi sub speciebus panis Sacerdos tamen celebrans accipit sub utraque specie non tamen pro se sed pro aliis hec ille Item dominus petrus de palude patriarcha Jherosolomitanus doctor utriusque magni ingenii et profunde sciencie et sancte ac devote vite in iiii to dis. xi sic dicit Secunda conclusio est quod datur non sub utraque specie dari populo sed solum sub specie panis propter periculum effusionis sicut olim offerentes edebant de sacrificiis et oblationibus que erant in terra solida sed soli ministri de libaminibus que erant in terra liquida Ebrei tamen communicant carni et sanguini et in quibusdam ecclesiis est consuetudo quod communicant sub utraque specie, nec est periculum quia cum mos erat ciuum non erat Et ita caute in illis ecclesiis sine monasteriis faciunt quod non effundunt, sed si vulgo indifferenter

dacetur esset maius periculum Item
scotus qui pro altitudine et subtilitate
doctrine anthonomatice nomen do
ctoris subtilis in scolis obtinuit in
iiii° dis viii in illa questione utrum
sacramento aliquo jeiunus possit re
cipi dicit in summa quod sacerdos post consecra
cionem huius indignissimi sed rigidissimi
mandatum ecclesie ad hoc ut percipiat
utrumque laycus autem non habet aliquod
mandatum vel statutum ad hoc quod
utrumque percipiat et ergo non est necessarium
hec ille Item thomas de argentina
doctor valde profundus et magne
auctoritatis in scolis super iiii° dis. viii
dicit Sicut sacerdos in die parasceves
celebrando non debet uti vino consecra
to consecrato ecclesie sed sola hostia re
servata in precedenti die nec obli
gatur ad consecrandum et sumendum
sanguinem sub specie vini tali die Sic
nec layca persona post sumpcionem corporis
christi tenetur ad sumpcionem sanguinis
sed potest sumere vinum non consecratum hec
ille Et idem in alia questione licet in
passione domini sanguis fuit separatus
a corpore usque ad horam qua surre
xit a mortuis et si in medio tempore
fuisset consecratum corpus christi fuisset
corpus sine sanguine Et si calix
fuisset consecratus sanguis fuisset sine
corpore et post resurreccionem sanguis
est unitus corpori et in sempiternum
sic manebit Et propter hanc unionem
sanguinis et corporis christi sub utraque
specie panis vel vini recipiens habet
totum corpus christi et totum sanguinem
Ideo cum populo secundum consuetudinem
romane ecclesie veritas corporis et san
guinis christi datur sub specie panis
tantum et hoc propter periculum distillacionis
sanguinis quod posset accidere si sub
specie vini rudi et impetuoso populo
traderetur sacratum sanguinis Et cum
arguit pro utraque specie sit sanguis
per modum potus sumptus dari sub specie

vini Igitur cuilibet christiano sanguis christi
debet dari sub specie vini ne priuetur vita
spirituali Respondetur tamen datur corpus
christi Illi datur spiritualis refectio per modum
cibi et potus quantum ad rem signifi
catam licet non quo ad speciem sacramenti
Et cum arguit Omnis ordinata re
fectio de communi lege et sine miraculo
datur per modum cibi et potus sed ipsius
sacramenti quando est quedam ordina
ta refectio Igitur debet dari per modum
cibi et potus Respondetur quod qui digne recipit
corpus christi sub specie panis vere ma
ducat eius carnem et bibit eius san
guinem quamvis hoc non fiat ita
sub expresso signo expresso sicut si reciperet
illud sub speciebus vini Tamen corpus sub
speciebus panis est anime spiritualis cibus
et potus Item ibidem arguit si sub
speciebus panis habetur sanguis christi
tunc in vanum item sacerdos consecra
ret sanguinem talibus quia tenet
quod frustra ordinatur aliquis actus
ad habendum quod de facto habetur realiter
Racio quod ideo distinctum et divisim
debet fieri consecrato sanguinis ut ex
presse significetur quod in christi passione
sanguis per effusionem fuit separatus
a corpore ergo quamvis sanguis christi
concomitanter sit sub speciebus panis sub
quibus corpus est unitum sanguini
ex vi sacramenti propter tamen dictam racionem
sanguis ex vi sacramenti est sub spe
ciebus vini et corpus concomitanter
et ideo non est frustra quia ille actus
qui ordinatur ad sanguinem est aliquis
ex vi verborum sacramenti quam ille qui
est ex vi verborum sacramenti panis
hec ille Ad idem est hugo primus postilla
tor totius biblie similiter glossa
et pene quodque scripserunt super evangelia
aut super summas Item quidam doctor
anglicus et solempnis et valde pro
fundus dictus Dispensator super 4° dis. xi
ita dicit Consequenter inquirit quare non
datur populo corpus christi sub speciebus
vini sicut sub specie panis vel simul

prima

sub utraque. Racio multiplex assigna-
tur una quam tangit Julius papa
de cons. dist. ii. Illa est propter periculum
facilius enim elaberetur gutta quam
hostia. Tercia quia in lege et in sa-
crificiis offerebantur libamina de
libamine autem nichil habebant
offerentes sed tum sacerdos licet de sacrificio
habebant. Et ideo ut innotescat con-
grua veritas signo de sacrificio scilicet de cor-
pore Christi sub specie panis datur popu-
lo sed sub specie libaminis non. Tercio
quia non plura longum esset omnes doc-
tores theologos hic in loco enumerare
et utriusque principiam summe in hac ma-
teria replicare. Sed iam ad doctores
iuris canonici attendamus quorum summas
breviter perstringemus. Ecce glosa or-
dinaria dist. ii de cons. ca. presbiter super
verbo eucaristiam semper habebant pa-
ratam ita dicit sanguinem non precipit
servare quia opus est nimia cautela
in eo servando. Item eadem glosa de
con. in c. comperimus super verbo aut integra
dicit et hoc intelligo deficiente vino in-
firmus vel sanus in necessitate sine vino
corpus sumere potest. Et quod confirmando
adducit dicta glosa tres solempnes
doctores et antiquos videlicet hugwicium
laurencium et Johannem ut ibidem.
Item Archidiaconus in c. dist. c. presbiter addit
ad glosam preallegatam dicens adde
preterea non opus est quia ubi est corpus
ibi est et sanguis. Item idem archidiaconus
in c. comperimus hanc materiam ex dictis pe-
tri de tharantasia sic invocato declarat
dicit ad huius declaracionem quod in hoc sacramento
est racio signi et racio cause. Significa-
cio pertinet ad sapientiam sed causalitas
ad graciam. Quia ergo gracia quantum omnibus
necessaria est sed non sic sapientia. Efficacia vero
equalis est sub utraque specie sed non significacio.
omnibus traditur sub altera specie in qua
potest tradi cum reverencia et cautela ma-
iori. In maioribus vero tamen i. presbiteris et mi-
nistris sumitur sub utraque specie. Item Archidiaconus
idem c. Johannes in summa confessorum
et Hostiensis in summa sua. Item Rudol-
phus in pastorali novello in metro
de hac eadem materia loquens ita dicit
Sic et ibi cautela sit ne presbiter egris
aut sanis tribuat laycis de sanguine
Christi. Quam fundi leviter possit simplex
quam putaret. Et quod non sub specie ipsius est tota
utraque sed facit hic aliter nominatum
gracia mater :-

Attendant igitur queso
amatores huius veritatis tenentes
et libera racione diiudicent que
pars habeat doctores opposito et inten-
tione in materia loquentes potiores in
condicionibus supradictis enumeratis in quadam
supposicione quali comparabitur ne quidem
Jacobellus primus universalis consue-
tudinis ecclesie efficacior et primus
huius novitatis in regno Bohemie
inventor in perspicuitate ingenii
in exercitacione studii in humilitate iudicii
in immunitate vicii et passionis
in sanctitate vite in revelacionibus
et inspiracionibus divinis in intellectu
divinarum scripturarum in percepcione
divine voluntatis in cognicione veri
prefatis tot ac tantis sanctissimis et
profundissimis doctoribus quorum
doctrina fulget ecclesia ut sol et luna
Ubi queso prefati Jacobelli miracula
vite sanctitatem testancia ubi gradus
magistralis seu doctoralis vel potius scripta
et opera sufficientiam doctrine sue declarancia
Contra tres utique et non mira non mirum
quando quod unus homo detur in repro-
bum sensum. Sed mirandum quod post se
traxit in nimia multitudine fide-
lium. Mirandum utique et dolendum quod
tam gloriosum et nobile regnum de-
relicta veteri ecclesie consuetudine unius
hominis novitatem sequi voluit. Ecce
tot doctores tam sanctissimos in vita
et tam in doctrina et scientia divinarum
scripturarum profundissimos qui ex
opposito et ex intencione ac in propriis
terminis sole clarius materiam declarant
et terminant. Sed iam addunt et adduco
in medium. Dat iterum Johannes

sive pars adversa a xpo quo xpus hoc instituit sacramentum usque in presentem diem vnum doctorem fidelem et catholicum qui ex proposito et intencione nouit in libris aut scriptis sive in dictis suis hanc communionem in forma sive in sua utrimque in canone layca utraque species panis s. et vini sit de necessitate salutis et de precepto xpi, et qui determinet pro parte adversa contra tot et tantos et tam sanctissimos viros et in diuinis scripturis doctores profundissimos in loco primo per me adductos, et offero me ad subeundum omnem penam et penam corporalem dictandam et inferendam per hoc sacrosanctum Basilien. concilium in spiritu sancto legitime congregatum, nec apud partem adversam dicti sancti doctores per me hic inducti pro primo, et quorum libri hic in oculis omnium fuerunt revoluti possent aut deberent haberi suspecti quoquo tamen omnes per longa annorum spacia hanc novitatem precesserunt, alii pene per cc annos immo per plures ut Thomas, alii fere per cc ut alexander de hallis, albertus magnus sanctus doctor bonaventura, alii alii per cl et alii per c et nullus est qui ad minus non precesserit per l annos quorum utraque vita et doctrina etiam in regno inclito bohemie et in vniversitate pragen. ante hoc disturbium claruit et in magna veneratione habiti sunt.

Sexto principaliter predicta

veritas rationibus quibusdam persuaderi videtur ex suppone fidei ecclesie et doctrine sanctorum. Et primo sic. Xpus substantia sub omnem perfectionem et virtutem sub vno accidente sicut sub pluribus et nichil perfectionis aut virtutis sine effectu ab accidentibus capiens. Similiter talis substantia sub vno accidente accipi non est necesse quod sub pluribus capiatur sine xpi precepto vel statuto ecclesie. Sed xpus est substantia omnem perfectionem in virtute habens et continens sub vno accidenti i. sub specie panis vel etiam sub specie vini; igitur si accipitur sub vno accidente scilicet panis non est necesse quod capiatur sub pluribus nisi obstaret xpi preceptum vel ecclesie statutum. Maior patet per illud vulgare philosophorum vbi dicitur quod peccatum est fieri per plura quod potest fieri per pauciora. Et hoc etiam est de precepto xpi nec primo de statuto ecclesie. Minor etiam patet quia si xpus non haberet omnem perfectionem sub vno accidente non esset perfectus et quod ab accidentibus aliquam acquireret perfectionem quod nullus sane mentis diceret.

Secunda ratio si sacerdotibus

aliquando congruit communicare sub vna specie tantum sine peccato tunc a fortiori laycis. Sed de facto sacerdotibus in sexta feria pasceue ex statuto ecclesie congruit sicut premittitur communicare igitur et laycis. Quia tamen per regulam topicam si illud quod minus videtur inesse et inest, tunc et illud quod magis. Statuit autem Innocentius papa eukaristiam a die cene reservari sub specie panis pro fidelibus communicandis et ad implendum officium sequentis diei in quo sacramentum non conficitur. Racio autem a doctoribus assignatur

quia in predicta sexta feria sanguis
fuit effusus de corpore domini et divi-
sus a corpore realiter. Unde non ex illa
die que conse et con toto officio predicta
communicationem commemorat per huiusmodi species
visibiles designari. Quapropter et eadem
die sacerdos sumit sacramentum tantum
sub specie panis ad refectionem potius
in persona totius ecclesie quam ad sig-
nificationem. Item quia sicut in veteri
lege in secundo tabernaculo quod dicebatur
sancta sanctorum semel in anno solus
pontifex intrabat non sine sanguine
quem offerret pro sua et populi ig-
norantia ut dicit apostolus ad Hebreos v. sic
ad ostendendum quod ea die solus verus summus
sacerdos dominus noster Ihesus Christus per proprium
intravit per proprium sanguinem de quo
apostolus ibidem. Christus assistens pontifex
futurorum bonorum per amplius
et perfectius tabernaculum non manu
factum id est non huius creationis neque
per sanguinem hircorum aut vitulorum
sed per proprium sanguinem introivit semel
in sancta eterna redemptione inventa
nullus ea die celebrat. Unde Rabanus
de institutione clericorum capitulo xxxvii In
hac die sacramenta penitus non ce-
lebrantur sed eucharistiam in cena domini
consecratam peracto officio lectionum
et orationum et sancte crucis salu-
tationem resumunt :—

Tercia racio si predicta

communicacio layca sub utraque specie esset
de necessitate salutis sequeretur quod omnes
sacerdotes et layci a tempore quo huiusmodi co-
mmunicatio sub una specie orta fuit
peccassent mortaliter et per consequens quod
essent dampnati quod est error ma-
nifestus quia sic sanctus Ambrosius
Hylarius Ieronimus Augustinus Gregorius
et alii innumeri sanctissimi patres essent
dampnati quod pie aures exaudire
perhorrescunt. Item primo de sacer-
dotibus quidem quia obligabantur
populo ministrare hoc sacramentum
sub utraque specie ex divino precepto
et hoc facere neglexerunt immo
facere noluerunt et sic populum pri-
vaverunt iure suo quod fuit in tali
sacramento precepto et impedierunt sa-
lutem ipsorum quod non potuerunt
sine gravi et mortali peccato facere.
Si enim spoliare honore aut rebus
aut iure quod habet in aliqua possessi-
one esset peccatum mortale ergo multo
magis spoliare quemque salute aut
iure suo in precepto tante rei. Iterum
non solum sacerdotes non ministrabant
aut subtrahebant populo tantum sa-
cramentum sed etiam docebant populum
quod licitum esset sic sub una sola specie
communicare nec tenebantur aliter.
Et in hoc supposita adversariorum
opinione pro veritate dicebant
errorem contra divinam legem
et faciebant gregem sibi commissum
in tam magnis et arduis re-
bus periculosissime errare quod utique
facere non poterant sine gravissimo
peccato mortali. Sicut si prelatus
doceret gregem sibi commissum
quod fornicari esset licitum aut se pro-
pria auctoritate differenter vindicare
et similia que omnes sciunt erronea
sunt. Similiter layci si fuissent ob-
ligati utramque speciem peccassent mor-
taliter non faciendo diligentiam
nec petendo id quod sibi ad salutem
competebat sicut non excusatur
laycus si non sit baptisatus nec
petit baptisari quia quilibet tenetur
diligentiam facere ad habendum id sine

quo saluari non potest quia patet similiter omnis eius qui peccat aut peccat mortaliter nec saltem in extremis positus conteritur aut confitetur profecto inter dampnatos computatur Et manifestum est aut quod a multis centenis annis a quo predicta communio sub vna specie introducta est nullus sectorum sacerdotum sic laycis ministrancium sive eciam ipsi layci sic accipientes contriti sunt aut confessi de huiusmodi ritu quasi peccassent mortaliter et omnes essent dampnati et per consequens omnes patres nostri et boemorum et qui nos et eos in regno Bohemie precesserunt essent dampnati et eternis ignibus et penis deputati quod nec ipsi nec aliquis sane mentis assereret Et sic vlterius pro huiusmodi et taliter defunctis non esset orandum nec alia suffragia esset pro eis facienda et per consequens predictam communionem sub vtraque specie asserentes pro parentibus eorum orare non deberent nec aliqua alia pietatis opera exercere quod credo non solum apud nos catholicos sed etiam apud ipsos adversarios impium esset asserere et audire Nec sufficit dicere quod patres saluati sunt per primam speciem quia noticiam scripturarum non habuerunt Sed iam ex quo scripture aperte sunt et revelate non sufficit sub vna specie tantum sed sub duabus communicare quia nullus excusatur per ignoranciam alicuius quod de necessitate scire tenetur et specialiter in ea que credenda sunt explicite vel expresse in sacra scriptura sunt posita Ignorans enim ignorabitur et sequeretur eadem de causa quod omnes pagani et infideles essent saluandi patet quia ignorant baptismum esse de necessitate salutis mandata dei articulos fidei sacramenta alia que in canone sunt de necessitate salutis et dixit esse Item omnes persequentes et occidentes christianos propter nomen christi putantes se obsequium prestare deo essent immunes a peccato quia propter ignoranciam putabant se bene facere de quorum numero quondam fuit paulus apostolus qui contumeliosus de se ipso ait prima ad thimotheum i Qui prius fui blasphemus et persecutor contumeliosus sed misericordiam dei consecutus sum quia ignorans feci [illegible] in incredulitate Ubi manifeste dicit se fuisse blasphemum et contumeliosum licet ignoranter fecerit et nisi fuisset misericordiam consecutus vtique ignorancia non excusasset eum Similiter si prelatus doceret populum suum quod corpus non esset deus sed pura creatura et populus crederet sic certe non excusaretur a graui peccato Sic eciam ignorans fornicacionem esse prohibitam lege diuina non propter hoc fornicator excusatur a peccato mortali

Ad confirmacionem huius

facit illud exemplum Si cecus ceco prestat ducatum ambo in foueam cadunt Ergo eos de necessitate fateri aut quod patres et antecessores eorum in regno Bohemie qui fuerunt per multa centena annorum ante ipsos tum ignorancia non excuset eos dampnatos esse aut quod ipsi harum nouitatum inventores errent et per consequens dampnentur si pertinaciter agunt Et propterea scripture de quibus adversarii gloriantur se nouisse

intellexisse ante multa centena an-
norum a sanctis patribus sensum
xpi eius apostolorum quibus nisi electe
et optime composite atque intellecte fu-
erunt nec non et optimo fundamen-
to stabilite et per singula studia affir-
mate et approbate / qui si necessitatem
huiusmodi communionis sub utraque specie in
hiis scripturis cognovissent utique sta-
tuto ecclesie fuisset huiusmodi communicacio
assignata tunc oportune apparet mani-
festo cum verisimile est tam sanctissimos
viros et sapientes atque totam ecclesiam
per tam grande annorum spacium tam
dampnabiliter errasse et hodie in er-
rore persistere cum ipsa a spiritu sancto
regatur qui eam non sinit errare
in hiis potissime que necessaria sunt
ad salutem ut infra manifestissimis
testimoniis probabitur :—

Preterea si predicta communio
sub utraque specie fuisset sub precepto
sequeretur quod deus precepisset aliquid
impossibile alicui quod fieri quia de-
rogat divine pietati unde et Jeronimus
execrat istos verbis excommunicatos de-
nunciat in quadam epistola omnes qui dic-
unt deum aliquid impossibile precepisse
quod tamen patet quia multi homines sunt
qui nec bibere nec odorare possunt
vinum et per consequens nec sub speciebus vini
possent communicare / si ergo esset unum se-
queretur quod omnes huiusmodi essent in
statu dampnacionis quod nullo modo
est dicendum quia propter impotenciam
a natura nullus est vituperandus / ut
dicit aristoteles in ethicis / Item contingit
de multis infirmis qui sub una vel
sub alia specie eukaristiam sumentes
ipsa deglutire non possunt sed potius e-
vomunt unde aut impie aut imprudenter
xpus suum corpus aut sanguinem sub
duplici specie sumendum precepisset
impie quidem quia multi tunc nam
et sine causa dampnarentur / imprudenter
aut si nescivisset huiusmodi casibus pro-
videre quod de omni sciente et sapien-
tis patris nullo modo est suspicandum / Item
ad solos sacerdotes pertinet offerre
sacrificium unde illud ad hebreos
viii omnis enim pontifex ad offerendum
munera et hostias constituitur
sed vinum et sanguis nunquam offerebantur
nisi in sacrificiis per manus sacer-
dotum in lege veteri ergo racione
correspondencie figure ad figuratum
nec in nova lege debet offerri vinum
quod sanguinem reputat nisi in sacri-
ficio per sacerdotes / Item Augustinus in
libro qui intitulatur fundamentum
fidei contra manicheos dicit quod scientia
et voce securum est asserere quod in
gubernacione ecclesie dei salvatoris
nostri ihesu xpi universalis ecclesie consensione
roboratum / cum igitur communio sub una
specie consensione universalis ecclesie roborata
sit ut supra inductum / scientia
utique et voce illam asserere et
tenere securum est / et oppositum
omnimode inficiari / Item beatissimus
Jeronimus scribens simbolum fidei ad
damasum papam ita loquitur
et habetur xxiiii q. i. Hec est fides
papa beatissime quam in catholica
ecclesia didicimus quamque semper tenuimus
in qua si minus perite aut parum
caute forte aliquid positum est
emendari cupimus a te qui petri
fidem et sedem tenes Si autem
hec nostra confessio apostolatus tui
iudicio comprobatur quicumque me culpare
voluerit se imperitum vel malivolum

uel est non catholicum sed hereticum
comprobabit Item idem glosissimus
Ieronimus est ca et q. i. qui vetus lo
quens ad romanum pontificem ita
dicat Ego nullum primum nisi
xpm sequens beatitudini tue id est cathe
dre petri comunione consocior super illam
petram fundatam ecclesiam scio Qui
cumque extra hanc domum agnum co
mederit prophanus est Si quis
in noe archa non fuit peribit regnante
diluvio Et in fine ca. subdit
vero nomi melecium nescio mi res
puo ignoro paulinum quicumque te
cum non colligit spargit Qui in xpi
non est antixpi est Ex predictis
glosissimi Ieronimi auctoritatibus bene
pensatis et intellectis concludit co
ning cumque quod sequitur

Postremo licet predicta

sufficienter ad probandum communionem veritatis
confirmandam et specialiter ecclesie consuetudi
nem sacrorum conciliorum que ecclesie non
sunt statutum et ordinatio nichilo
minus ad maiorem veritatis mani
festationem et ad continuandum continuacionis
motiva aliqua ex pluribus quomodo
sancta mater ecclesia hunc ritum intro
duxit bene et laudabiliter continuavit
hodie que continuat et observat sunt
inducenda Et primum quidem est ut
evitetur periculum distillationibus et
effusionibus sanguinis domini nostri
ihu xpi que tractare est periculosum
valde propter speciem naturalem fluxibi
litatem que posset effundi de fa
cili presertim tunc in multitudine
frequenter sit pressura et multi
sepe ad communionem veniunt homines
tremuli barbati infirmi et par
vuli et ita quorum sacrati sumptione
multa possent et gravia pericula

imminere et per quos peccata que non de
facili possent evitari Quale autem
sit peccatum effusionis et distillationis
sanguinis domini nostri ihu xpi ostendit aug.
libro v. omeliarum et habetur in q. i. In
terrogo vos fratres dicite mihi quid plus
esse videtur vobis corpus xpi vel
verbum xpi Si vultis vere respondere hoc
dicere debetis quod non sit minus verbum dei
quam corpus xpi Et ideo quanta solli
citudine observamus cum nobis corpus
xpi datur ut nichil ex ipso de ma
nibus nostris in terram cadat tan
ta sollicitudine observemus ne
verbum dei quod vel erogatur dum
aliud aut cogitamus aut loquimur
de corde pereat quia non minus
reus erit qui verbum dei negligenter
audierit quam ille qui corpus xpi
sua negligentia in terram cadere
permisit Ecce quod aug. dicit quod reus erit
qui sua negligentia corpus xpi in
terram cadere permittit et non minus qui
verbum dei negligenter audierit Reus
autem est quilibet qui in gravibus peccatis
delinquit Et propter et sacerdos qui
per negligenciam guttam sanguinis
xpi super terram aut pallam fundit
debet penitere xl. diebus et palla
comburi et lapis radi et terra la
vari et in sacrarium reponi ut
de conse. dis. ii. si per negligen
tiam aliquid de sanguine stillavit
in terram lingua lambetur tabula
radetur si non fuit tabula ut non
conculcetur locus radetur et igne
consumetur et cinis intra altare
condatur et sacerdos xl. diebus pe
niteat Si super altare etc. Hec autem
tam dura pena non imponeretur sacer
doti si non esset valde grave peccatum
Si ergo per negligenciam cadente sangui
ne terram lambet et tabula radi

debz et pq adignez ptoia rasura
ut 9buratur quanto mag' pe=
pla mulierum et barbe virorum
xpi sanguine madidate deberent ut
comburi eo q ex proposito et sine
necessitate ac irreuenter si xpi
sanguine pfundunt. Si etiam
sacerdos qui sit negligens reper=
tus fuit tam dure puniendus
est ut xl dies peniteat quanto ma=
gis psone layce puniende sunt
et si no magis aut eque nichilo=
minus grauiter puniende veniunt
pro huiusmodi excessibus et irreuen=
tijs cmiss quam utique punitionem et
penam cum magna difficultate
layci ferre possent et utique absque
causa et necessitate. Cauendum ergo fuit
ecclie et summa diligencia procurand
ut rudis ppls no exponeretur tantis
tam grauibus periculis peccatorum et
penarum ex quo decreto primo prefate
manifestissimo signo coniecturari
pt q consuetudo utriusque spei e anti=
quissima. Nam hic pius papa
fertur fuisse decimus post btm petru
pontifex in ecclia Romana ut refert
aug' in epla ad glorisum. Et sedit
in cathedra petri circa annum dni
cxl iiij qui absque dubio si fuisset
tpe suo consuetudo utriusque spei
ita bene providisset circa effusionem
sanguinis que contingeret aut posset
contingere in sumpcione laycorum
sicut providit circa pericula que contin=
gunt in ministracione ministrorum siue
sacerdotum immo amplius et dili=
gencius in quantum layci mares et
femine senes et iuuenes infirmi
et alij sunt minus cauti et minus cir=
cumspecti atque discreti in tractando
diuina misteria quam sunt ministri ad
hoc spaliter deputati. Cum igitur adversarii

producant tam antiquum decretum
q faciant provisionem circa huiusmodi
pericula laycorum q no fecerunt
nec fecerunt aut fateantur nobiscum
antiquitatem consuetudinis utriusque
spei ex hoc decreto provisione facte
in periculis contingentibus circa effu=
sionem sanguinis per ministros. Sic
etiam fit in alio decreto ex concilio
Aurelianensi de custodia corporis
xpi nulla facta mencione de san=
guine aut de specie vini et habetur
de cons. dis. ij c. Qui bene ubi
ita continetur decernat Qui aut
pdiderit illud in ecclia bene no
custodierit sacrificium et mus vel
aliud aliquod animal comederit
xl diebus peniteat. Qui autem
pdiderit illud in ecclia aut pars
ceciderit et inventa fuit xxx di=
es peniteat. Ex quo decreto sim=
pliciter q sola hostia siue eukaristia
seruabatur sine sanguine quia in=
dubitanter si sanguis fuisset p=
cepto seruari multo maior caute=
la fuisset adhibita in custodiam
ipsius quam in custodiam ho=
stie cum sit maioris periculi ad
custodiendum. Quo circa scitus doctor
iiija pte summe sue dicit q circa
usum huius sacramenti duo pnt
considerari unum ex parte ipsius
sacramenti aliud ex parte sumencium.
Ex parte sacramenti convenit q
utrumque sumatur scilicet corpus et sa=
nguis quia in utroque consistit
pfectio sacramenti. Et quia ad
sacerdotem ptinet hoc sacramentum
consecrare et pficere nullo modo
debet corpus xpi sumere sine sanguine.
Ex parte autem sumencium requi=
ritur summa reuerencia et cautela
ne aliquid accidat q vergat in in=

iniuriam aut in irreuerenciam tanti
misterii quod precipue posset accidere
in sanguinis sumpcione / qui quidem
si in tante sumeretur de facili posset
effundi Et quia crescente multitudine
populi christiani in qua continetur
senes et iuuenes et paruuli quorum
quidam non sunt tante discrecionis
ut cautelam debitam circa usum
sacramenti huius adhiberent / ideo
prouide in quibusdam ecclesiis obser-
uatur ut sanguis sumendus non
detur populo sed solum a sacerdote
sumatur Secundo inter infirmos
pro quibus deberet sanguis sub
speciebus vini in sacrario reseruari
circa quem multa horribilia possent
contingere Nam de facili congelaretur
uel in acetum transmutaretur et
ita corrumperetur sacramentum et acetum
purum pro sanguine christi daretur
fidelibus et de facili ydolatria co-
mitteretur In estate eciam de facili
vermes uel musce in eo generarentur
eciam quantumcumque vas clausum custo-
diretur unde fieret abhominabile sumen-
tibus ad bibendum et multa alia
que non possunt omnia dici Tercio in
portando ad infirmos ad longum
spacium sanguinem multa possent
accidere pericula et interuenire
siue equites sacerdos ipsum porta
ret siue pedes ut tempore pluuiarum
glaciei et multis aliis modis Quarto
tum propter vitare errores ne videlicet
plebs quiuis qui tamen indicat secundum
sensum credat christum non esse to-
tum sub una specie sicut multi
heretici ut nestorius et pela-
gius et eos sequentes asserue-
runt / Nestorius enim sic sub utraque
specie instituit existimans quod sub

specie panis esset tantum corpus christi sine
sanguine et sub specie vini sanguis
sine corpore quia sicut in passione san-
guis fuit diuisus a corpore et ideo
quod omnino falsum est et hereticum quia
licet in passione ita fuit et in hoc
sacramento si eodem die fuisset ce-
lebratum sic fuisset ut asserit ppts
mortem qua et anima et san-
guis separabantur ab inuicem
et a corpore / non tamen nunc ita est quia
christus resurgens ex mortuis iam
non moritur / et per consequens nec sanguis
ab ipsius corpore separatur Pelagius
vero et ipsius sequaces dictis sal-
uatoris innitentes Nisi mandu-
caueritis carnem filii hominis etc dede-
runt laycis sub utraque specie / et eciam
paruulis statim post baptismum
Et si speciem panis sacramentalem
non possent sumere dicebant quod
debebat conteri cum sanguine et in-
fundi in ora puerorum et si fortasse
quippiam ereccissent dicebant illud
esse comburendum et innitentes illi
scripture / Exodi xii Si quid residuum
fuit comburetis igni Multi eciam ita ex-
tensiue hunc textum acceperunt
ut ultra pelagianos non solum
instrarent viuis utramque speciem
sed eciam defunctis ut refert venera
bilis Beda in omelia super mattheum
xxvi capitulo Datur ergo non conficientibus
sub una specie ut euitentur predicti er-
rores / ut videlicet christus non credatur
in hoc sacramento esse diuisus cum diuisione
specierum sed quod sub altera totus sit et
integer contra illud quod nestorius as-
serebat Et ne credatur illud de neccessitate
christi necessitatem inducere absolutam
ut pelagius asseruit Ita ut eciam
pueris usu racionis carentibus

et alijs a fidelibus dari deberet et mi-
nistrari ne forte ex sub diversis
speciebus alius et alius xpus cre-
deretur precipue apud illos qui
intelligere negligunt idem corpus
per divinum miraculum sub alienis
dimensionibus posse in diversis
locis contineri Quartum ut veri-
tas umbre et figure correspondeat
In veteri enim lege de libaminibus
per que sanguis xpi figurabatur
nichil sumebant layci sed soli sa-
cerdotes ut predictum est Quintum
propter honorem et dignitatem sacer-
dotalis officii dignum enim et iustum
est ut sacerdotes propter caracterem
et dignitatem sacerdotalem et of-
ficium quo a communi populo distin-
guuntur et si non quantum ad rem
sed ad effectum certis temporibus In signis
hiis divinis ministrant et celebrant hoc
sacramentum a ceteris distinguan-
tur et quasi excellencia in ministerio
huius oblacionis dignitate refulgeant
Unde quidam doctor dictus Albertus de
padua in quadam sua postilla omelia
in cena domini ait Congruit eciam
inter ministros ecclesie et populum esse
differentiam et ideo populo sufficiat de corpore
xpi ministrari Sed ministros oportet esse
quasi animam corporis dirigendo po-
pulum subditum Ideo illi corpus
cum ipsi et sanguinem in quo
est anima sumunt ne ex credent
virtus huius sacramenti et principaliter
consistere in sumpcione
et in consecracione Si enim layci ad u-
tramque speciem admitterentur equaliter
sacerdotibus et sub utraque specie
communicarent facile crescente temeri-
tate et malicia hominum layci et for-
tasse mulierculae possent presumere

a domino solum sit sumendum sed
eciam conficiendum quod quam detestabilis
et dampnabilis error esset nullus
sane mentis dubitat Finaliter ecclesia
debuit cessante causa tollere et am-
movere effectum Cum enim eucha-
ristie sacramentum eciam racione vir-
tutis nominis sit sacramentum
caritatis que sola curat et operit
multitudinem peccatorum secundum petrum iiii°
In primitiva autem ecclesia laycorum
caritas efferbuerat in tantum quod pro
xpi nomine siciebant sicut sitit cer-
vus ad aquas fluminum effundere
sanguinem proprium et hoc propter ex
triplici causa Primo ex vicissitudine
amoris ad quam invitabat apostolos
dicens hoc sentite in vobis quod et
in ihesu xpo Secundo ex recompen-
sacione satisfactionis prout beatus pe-
trus hortabatur fideles dicens
xpo igitur passo et vos eadem cogi-
tacione armamini Tercio propter
exemplum apostolorum quos videbat
ultro se passionibus ingerere atque
persecucionibus de quibus Act. v. Ibant
apostoli gaudentes a conspectu concilii
qui digni habiti sunt pro nomine
ihesu contumeliam pati In cuius fer-
voris signum xpus eos ad passionem
invitat dicens beatis Jacobo et Johanni po-
testis bibere calicem quem ego bi-
biturus sum Efficaciter responde-
runt possumus ex fervore marti-
rii Hiis itaque et aliis de causis
illa sancta primitive ecclesie non so-
lum clericorum sed et laycorum caritas
ita eos ad passionem martirii anima-
bat ut aliter alterum certaret
prevenire decantans cum propheta
Quid retribuam domino pro omnibus
que retribuit michi Calicem

salutaris accipiam et nomen domini
invocabo. Tunc etenim qui sanguinem
desiderabat non aliud quam mar-
tirium optabat, dicit Gregorius in pa-
storali ad quam intencionem dicebat
apostolus ad Timotheum i. episcopatum desiderat bo-
num opus desiderat. Tali igitur de-
vocione et caritate in istis laycis con-
sencientibus et persecutoribus omni mo-
mento et loco mortem intentanti-
bus, tunc qualibet hora licebat lay-
cis in provocacionem et devocionem
effundendi sanguinem proprium bi-
bere de calice altaris sanguinem
Christi, et hoc in casu. Et ad propositum
loquebatur beatus Ciprianus in
epistola xxxviii de lapsis. Et tunc ad
hoc fiat eucaristia ut possit acci-
pientibus esse tutela, quos igitur
tutos esse contra adversarios
volumus munimento dominice secu-
ritatis armemus. Nam tunc
doceamus aut provocamus eos in
confessione sanguinem suum fundere
qui eis militaturis Christi sanguinem
denegamus aut quomodo ad martirii
poculum ydoneos faciamus si non
eos prius ad bibendum in ecclesia
domini poculum iure communicacionis
admittamus. Cum igitur ille tunc
fervor caritatis erat singularis
privilegii apostolo attestante cap.
i° ad Philipp. Vobis datum est
pro Christo non solum ut in eum cre-
datis sed etiam ut pro illo paciamini
quia dicit Augustinus Sicut nullus me-
lior est in hac vita introitus
quam per baptismum sic nullus tucior ex-
itus quam per martirium, in quo sic-
ut in baptismo omnia tolluntur peccata.
Et tunc in istud super Christum primum
baptisatum et super Stephanum
primum pro Christo lapidatum celi le-
guntur aperti cessante illo fervore
caritatis et devocionis et hoc sin-
gulari privilegio quod erat marti-
rum desiderium utique cessare de-
buit et debet hoc quod in signum
illius desiderii dabatur laycis.
Nec obstat quod sacerdotes conficientes
sumunt sanguinem in eis defici-
ente illa caritate et devocione
de qua predictum est quia non so-
lum pro se ipsis sed pro tota ecclesia
in qua non est extincta caritas
nec in sempiternum extinguetur
deo offerunt sacrificium. Et eciam
quia ad ipsos pertinet non solum
ad efficaciam sumere sed etiam ad si-
gnificacionem, dicit Nicolaus de
Lira super illud Joh. vi Nisi man-
ducaveritis etc. dicit sacramentum
eucaristie non solum proficit sacer-
doti sumenti sed etiam toti ecclesie et
illis qui sunt in purgatorio, cuius
racio est quia eucaristia non est tantum
sacramentum sed etiam sacrificium ecclesie
in quantum continet Christum passum,
et ideo proficit omnibus fidelibus, si
sumatur alio modo ut a layco tunc pro-
ficit sibi soli sumenti quia officium
eius non est offerre sacrificium sed
tantum suscipere sacramentum. Et quia
etiam apostolis precipue dictum est
hoc facite in meam commemora-
cionem, propter que etiam soli in sacerdotes
constituebantur ut patet in hiis
et in aliis motivis consuetudo et
auctoritas ecclesie obtinuit ut non
conficientibus tunc hoc sacramentum
sub specie panis traderetur. Et hec
de postrema mea puncti dicta suffi-
ciant. Ad laudem omnipotentis dei.

Cui sit honor et gloria in secula
seculorum amen

Expedita divino auxilio po-
sitione prime et secunde con-
clusionum propositarum pro fide
catholica postergata etiam tercia
que dicendis dependet restat ad ul-
timam pertinens presentis actus videlicet ad
rundendum obiectis partis adverse
Et licet quamvis plurimum cogitaverim
quem ordinem in respondendo te-
nere deberem an ordinem con-
clusionum mearum vel sue positio-
nis deliberavi potius in sequi
positionis proponentis / licet ordo doc-
trine et mee proposite exigeret ad
oppositum / in qua responsione tenendo
hunc modum / quia ea in quibus
convenimus vel differimus referam
breviter ut hoc venerabile auditorium
percipiat tam convenienciam quam discre-
panciam Inprimis igitur quo ad pro-
testacionem quam idem magister nomine
omnium suorum posuit in medium vi-
detur quod sit insufficiens / primo quo ad cer-
titudinem fidei articulorum Secundo quo
ad ecclesiam quam confitentur Ter-
cio quo ad submissionem / qua dicunt
se velle submitti correctioni in
casu quo deficerent quia in predictis
locis solum stant in generalibus / et ea que
latent equivocaciones ut dicetur Nam nos
determinantes se ad aliquid certum
particulare et determinatum Nam di-
cunt se credere articulos fidei ad
illum intellectum ad quem beata
trinitas et dominus Jhesus Christus precee-
pit et vult credi Cum enim volun-
tas benedictissime trinitatis non inno-
tescat hominibus nisi per scripturas sacras

quas contingit / bene et male intelli-
gi aut per ecclesiam quam ipse dominus non
sinit errare vel per revelacionem cum
nichil eorum exprimant patet quod in-
sufficienter articulos confitentur
fidei Similiter cum dicunt se credere
sanctam ecclesiam per totum mundum
diffusam cum multiplex sit vari-
etas in accepcione ecclesie per totum
mundum diffuse Nam multi dicunt
ecclesiam catholicam tantum constare ex
predestinatis sive fidelibus sive
infidelibus et multi etiam dicunt eam
constare ex fidelibus in gracia gra-
tum faciente constitutis Alii vero
ex cunctis fidelibus in unitate fidei
ritu sacratorum et preceptorum
dei consentientibus sicut constat et
etiam cum ad nullam predictarum
accepcionum se determinent quo ad cer-
titudinem ecclesie patet quod protestacio eorum
est insufficiens Deinde cum prope
ad ecclesiam deviantes et errantes
a fide et in moribus pertineat cor-
rigere ad cuius iudicium quoslibet
fratrem errantem dominus tamquam
ad inobliquabilem regulam
remisit dicens Si te non audierit
dic ecclesie / quod si ecclesiam non audierit
sit tibi sicut ethnicus et publicanus
Matthei xviii patet quod submissio eorum est
in individuo vaga et in re insta-
bili et incerta Et per consequens protes-
tacio eorum est insufficiens quia non
subiciunt se certo iudici Secundo quo ad
declaracionem terminorum in conclusione sua
positorum ponit trimembrem
divisionem de quanto corporis Christi
et dicit Primo modo quantum Christi
corporis dicitur societas sanctorum
et solum terminum est unum corpus Christi

misticum cuius caput est xpus / 2o
quo fiat sacramentum corporis et sa-
nguinis xpi p cuius sumpcioz dig
nam hō ingeritur ad qmoz pmo
acceptaz 3cius accipit qmo p qgre
gacoem omn credencium in xpm bo-
norum xpianoz simul et maloz
et hec est vulgaris accepcio et mo
ista Circa pmm membrz ingressos
intendit q corpus xpi misticum q
est ecclia sit societas et ecclia sctoz
cuius caput est xpus Ex quo declat
quid ipe intelligat p ecclaz quia
solum qgregacoem fidelium in
gracia constitutoz ut3 ex p declā-
coem suam cum dicat q in hac
qunitate fidelium de qua loquit
ꝑus et tanta est vnio q quodlz
membrz omn bonoz est pticeps
nisi p pctm mortale sit mortuū
et abscisum In qua re quantū deviet
a veritate ondit ex duplici ca-
pite pmo ex racoem capitis que
ipi xpo competit 2o ex racone me
broz et corporis 2m q corpus eius
in hac vita pegrinatur Racoem
pmi s. racoe capitis sic: ista racio
capitis accida est et ista opacone
eiusdem Maxima autez et ppria
opacō xpi hominis 2m quā vere
et ppe est caput ecclie est salvare
a qua opacoe tanquā sibi maxie
ppa ppo vocabulo ac noīe nunc-
pari voluit Jhus sz quod idm est
q salvator q nomen fuit sibi im
positum ab eterno licet ab anglo
fuit pnunciatum ex tpe luce p°
Et vocabis nomen eius ihm / Et
dicit p° quod vocatum est ab an-
gelo pius quā in utero qcipetur
Cuius interptacoem et sensum
idem angelo exprimens p° quam
dixerat Et vocabis nomen eius ihm
Subiunxit Ipe enim salvum faciet
populum suum a pctis eoz Cum ergo
igit xpc est salvator erit utiqz et ca-
put Ex quo ipius ista opacio est sal-
vare / sz ipe est salvator omn homi
et maxime fidelium ut ait aplus
ad Thimot iiij Et ipe ppiciacio pctis
nris no aut p nris tm / sz ecia pro
tocius mundi ut dr pa Joh ij Ergo
ipe xpus e caput omn homi et
maxime fidelium et no tm omn
nrm sz ecia tocius mdi Pro cuius
declacoem sciend e q dica e inter corpus
nale hominis et corpus ecclie misticū
ut dt doctor sctus tercie pte summe q.
viij° ar iij quia membra nalia
sunt omnia simul no sic autem
ecclie neque qūtum ad esse natuē
neq qstitua ex omnibz hominibz qui
fuit a pn° mdi usqz ad finez ipius
qui no sunt sil necz ecia qūtum
ad ee grē quia ecia eoz que sunt
in vno tpe quidā carent gra cum
p9 modz habitum alijs iam eam
hntibus Sic igitur membra cor-
pis
mistici no solum accipiunt 2m
q actu sunt sz ecia q in potencia 2m
quedam autez sunt que nunqua
ad actum reducuntur / quedaz vo
que ad actum reducuntur et hoc
2m triplicem gradum quoz vnus
e p fidem / 2us p caritatez vie / 3us
p fruicoem prie Sic ergo dicm q ac
cipiendo qualr 2m totum tpus
mdi / xpus est caput omn homi
sz 2m diversos gradus Prima pmo
et pncipalr est caput eoz qui actu sibi
p gloriam vniunt Secundario eoz
qui ei actu vniuntur p caritatez
vie Tercio qui sibi vniunt per
fidem Quarto eoz qui vniuntur sibi

in potentia non dum ad actum
reducta quamquam sit reducenda per
divinam predestinationem. Secundo eorum
qui sibi uniuntur in potentia que
tamen numquam reducitur ad actum / sicut
multi sunt homines in hoc mundo
viventes qui numquam sibi uniuntur
per fidem aut caritatem qui tamen de-
cedentes de hoc mundo desinunt
esse in potentia ut uniantur in Christo.
Hec in summa sanctus Thomas ubi
supra. Ex quibus sequitur primo quod Christus
est caput principale ecclesie triumphantis
et non solum animarum hominum sed
etiam angelorum / iuxta illud quod apostolus
dicit ad Colossenses ii loquens de Christo
qui est caput omnis principatus
et potestatis et ad Ephesios primo quod con-
stituens eum scilicet Christum deus pater
ad dexteram suam in celestibus super
omnem principatum et potestatem et
virtutem et dominationem et omne nomen
quod nominatur non solum in hoc seculo /
sed etiam in futuro / et omnia subiecit
sub pedibus eius et ipsum dedit
caput super omnem ecclesiam que est
corpus ipsius qui in omnibus adim-
pletur. Sequitur etiam quod Christus est
caput secundario ecclesie militantis
de qua in presenti loquimur ordine
prescripto servato in personis et non solum
aliquorum / sed etiam omnium hominum qui ab ini-
tio mundi fuerunt et erunt usque in fi-
nem mundi licet tamen actualiter Christi ec-
clesiam militantem constituunt qui actu
Christo aliquo uniuntur scilicet per fidem aut
caritatem. Ex quibus manifeste colligitur
quod Christus est vere et proprie caput non solum
in gratia constitutorum / sed etiam in fide sibi
unitorum et unite sanctorum. Secundo declaratur
felicitas predicti primi membri comparatione

conditionis ecclesie peregrinantis et
militantis in hac vita in qua necesse
est simul esse malos cum bonis / quod
utique efficacissimis scripturarum et do-
ctorum testimoniis evidens est.
Et primo quidem ex similitudinibus quas
Christus adducit in evangelio quibus comparat
presentem ecclesiam. Unde Matthei xxv ait
dominus. Simile est regnum celorum
decem virginibus quinque videlicet pru-
dentibus et quinque fatuis. Super
quo sic ait Gregorius. Sciendum nobis
est quod sepe in sacro eloquio regnum
celorum presentis temporis ecclesia dicitur. De quo
in alio loco dominus dicit emittet filius
hominis angelos et colligent omnia
scandala de regno eius neque enim
in illo regno beatitudinis in quo pax
summa invenitur poterunt que col-
ligantur. Et rursus dicit. Qui ergo
solverit unum de mandatis istis mi-
nimis et docuerit sic homines mi-
nimus vocabitur. Cuius enim vita
despicitur restat ut eius predicatio
respuatur. Cuius ergo per hanc summam
nisi presentis ecclesia regnum celorum
dicitur. Et quia ex utroque sexu fide-
lium multitudo colligitur sancta
ecclesia decem virginibus similatur.
In qua quia mali cum bonis
et reprobi cum electis sunt admi-
xti recte similis virginibus prudenti-
bus et fatuis esse perhibetur. Quoniamque
enim hic unusquisque necesse est ut vitam presentis
seculi permixte agamus. Boni enim
nusquam sunt nisi in celo et mali
soli sunt in inferno. Hec autem
vita que inter celum et infernum
sita est / sicut in medio subsistit. Ita
iuxta utramque partem cives communiter
recipit / quos tamen sancta ecclesia et nunc
indistincte recipit et post modum in egres-
sione discernet. Item sancta ecclesia

compatur sagene misse in mari
et ex omni genere piscium congreganti
Item ubi greg' in omel' Sancta
ecclia sagene misse in mari compat
quia piscatoribus est commissa et per
quam ad eternum regnum a presentis
seculi fluctibus trahitur ne in eterne
mortis profundum mergatur / que
ex omni genere piscium congregat quia
ad peccatorum veniam sapientes et fatu
os liberos et servos pauperes et divi
tes fortes et infirmos vocat et in
fra Nunc enim bonos malosque quos
permixtos pisces fidei sagena con
tinet Sed littus sancte ecclie finis
indicat sagena quod trahebat / Et Aug'
sup illud Collegerunt bonos in va
sa sua etc Inquit ecclia media e inter
celum quod est tm bonorum locus et in
fernus qui e tm malorum Ipsa vero
ecclia media est / quia indifferenter bo
nos et malos colligit Item ecclia
militans compatur aree / [illegible] illud luc'
iii Ipse vos baptizabit in aqua et igne
et spu sancto et purgabit aream suam
paleas autem etc ubi per aream in
telligit et designat presentem eccliam
ut exponunt comuniter sancti / et presertim
aug' qui sup ps° xxv Judica me
dne dicit area e ecclia hic temporibus sepe
dixi sepe dicimus et paleas habet
et frumentum / Item ad petrum dia
conum in li° de fide di' c. xxiij f
irmissime tene et nullatenus dubites
aream dei esse catholicam eccliam et
in ea usque ad finem seculi frumento
mixtas paleas contineri Et infra
In fine vero seculi bonos a malis
etiam corpore separandos / cum ve
niet ihus xpus portans ventilabrum
in manu sua et permundabit aream
suam et congregabit triticum in hor
reum suum paleas aut comburet igne

inextinguibili Item eadem presens
ecclia compatur nuptijs / Sed matth
xxii dr Simile est regnum celorum
homini regi qui fecit nuptias filio etc
qui egressi congregaverunt omnes quos
invenerunt bonos et malos et implete
sunt nuptie discumbentium / ubi ut
greg' inquit apte ostendit quia per
has regis nuptias presens ecclia de
signatur In qua mali cum bonis
conveniunt permixta quippe e diver
sitate filiorum / quia sic homines ad fidem
generant ut tamen omnes per mutationem
vite / ad libertatem spiritualis vite [illegible]
exigentibus non perducat quousque nequaquam
hic unum etc ut sup de decem vir
ginibus Item sup illud [illegible] xxij
Intravit autem rex ut videret
discumbentes et vidit ibi hominem
non vestitum veste nuptiali etc dicit
Intrat enim ad nuptias sed cum veste
nuptiali non intrat qui in sancta
[illegible] ecclia fidem habet caritatem non
habet Et Simon de Cassia sup illud Egres
si sunt servi eius in vias congregaverunt
omnes quos invenerunt bonos et ma
los et implete sunt nuptie discum
bentium etc dicit quia ex omnibus
nationibus crediderunt homines
ex quibus ecclia impleta est et ex bo
nis et ex malis xpianis constat
ecclia et mixtum est ecclie xpi corpus
quamvis ipse velit eam exhibere glo
riosam non habentem maculam neque
rugam sed in area negotium agit'
ubi palee sunt et triticum / nondum
enim ventilabrum excussit unde ex altero
sed boni et mali discumbunt in nup
tiis ecclie militantis / dispari vita
dispari cultu disparibus moribus
atque initiis quousque decernat super
utrumque Rex qui novit non errare
sed in veritate proferre iudicium qui ex

cludet multo concludendos et infectos sine macula super mensam ecclesie epulantes in pace dimittet. Item presens ecclesia comparatur arche Noe in qua alia iuncta simul fuerunt tamen in mitibus coruus tamen columba et homines cum animalibus per que boni mixtim ecclesie significantur. Item ecclesia militans comparatur domui magne de qua apostolus loquitur ii ad Thimotheum ii In magna domo inquiens non solum sunt vasa aurea et argentea sed et lignea et fictilia, et quedam quidem in honorem, quedam autem in contumeliam ubi inquit glosa In magna domo que est ecclesia scilicet domus dei vivi columpna et firmamentum veritatis prima ad Thimotheum iii, non solum sunt vasa aurea et argentea intelliguntur electi, per lignea et fictilia reprobi et quod sequitur quedam in honorem refertur ad vasa aurea et argentea quedam in contumeliam refertur ad lignea et fictilia vasa. Alios per vasa aurea et argentea intelliguntur omnes boni in presenti sive electi sive reprobi, per lignea et fictilia omnes mali in presenti sive reprobi sive electi et tunc quod sequitur quedam in honorem quedam in contumeliam refertur indifferenter ad utrumque primo quod non opportet in magna domo id est in ecclesia non solum sunt vasa aurea id est electi imperfecti sed lignea id est reprobi aperte mali eterno incendio parati, et fictilia id est reprobi ficte boni qui non ita aperte sunt mali, et quedam quidem scilicet vasa aurea et argentea sunt in honorem scilicet in usum honorabilem ordinata scilicet hic gratie et in futuro glorie quedam autem scilicet lignea et fictilia in contumeliam id est in usum vilem hic culpe et in futuro gehenne. Secundo legitur sic In magna domo id est in ecclesia non solum sunt vasa aurea et argentea id est homines boni perfecti et imperfecti et hec sive presciti sive electi sed et lignea et fictilia id est mali aperti et occulti et hec similiter sive electi sive reprobi, et quedam quidem scilicet ex utrisque scilicet tam ex bonis quam ex malis sunt in honorem scilicet electi quedam autem in contumeliam scilicet reprobi, ex bonis enim quidam ad tempus boni sunt tamen, tamen in fine sunt mali et hii sunt in contumeliam. Quidam autem perseverantes in bono et hii sunt in honorem. Similiter de malis quidam ad tempus sunt mali tamen, tamen in fine sunt boni et hii sunt in honorem quidam autem sunt perseverantes in malo et hii sunt in contumeliam. Ecce quam planum et apertum testimonium sacrarum scripturarum et sanctorum doctorum quod presens sancta ecclesia militans continet in se bonos et malos predestinatos et prescitos, sicut et navicula que Christum cum apostolis et Judam continebat, qui et inter apostolos apostolus habebatur. Est ergo ut ait Augustinus super psalmos hic regnum terrenum et regnum celeste regnum eradicandum et regnum in eternum plantandum, modo in hoc seculo cives utriusque regni permixti sunt. Corpus regni terreni et corpus regni celestis commixtum est.

Post hec declaratur predicta veritas catholica ratione fundata in veritate divinarum scripturarum et asseritur sic. Ecclesia catholica est illa ecclesia quam fideles profitentur in simbolo tam apostolorum quam et niceno cum dicunt Credo in spiritum sanctum sanctam ecclesiam catholicam. Et iterum et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Sicut igitur profitentur id quod credunt aut id quod non credunt aut solum id quod dubitant. Non est dicendum quod profitentur id quod non credunt

qua tunc mentirent(ur) nec id quod
dubitant quia tunc no(n) h(abe)rent fidez
que est firma adhesio ad credibilia
quaz dubitacio(n)em excludit ¶ Oz igit(ur)
q(uod) p(ro)fitantur id q(uo)d firmiter credunt
aut igi(tur) ulti(us) credunt se ee de gre-
mio eccl(es)ie catholice q(ua)m profitentur
aut no(n) / si no(n) tunc heretici mentiunt(ur)
q(ua)n dicunt apud eos ee eccl(es)iam ca-
tholicam vel se ee de gremio eccl(es)ie
catholice ex quo no(n) credunt se esse
in ea / si sit oz q(uod) p(er) aliq(uo)d h(uius)moi ac-
cipiant credulitatem aut igi(tur) hoc
e(st) quia nota est eis predestinacio
vel q(uod) sint in gr(aci)a gratum faciente
c(on)stituti p(er) se aut quia h(abe)nt revela-
cionem / S(ed) no(n) p(ri)mo quia cum divi-
na predestinacio nichil ponat in
predestinato cum sit sola divina
volicio qua ab eterno voluit ali-
quem ad vitam eternaz ordinare
no(n) pot(est) ee nota predestinato n(isi)
m(iraculose) sibi a deo revelaretur ¶ Sic et
nemo s(cit) se nisi sibi reveletur
sit an amore vel odio dignus
sit ut scriptura d(icit) ¶ Si igitur he-
retici credunt se esse de gremio
eccl(es)ie catholice oz q(uod) h(abe)ant hoc per
revelacionem et tunc unusquisq(ue)
eorum examinet coram deo co(n)-
scientiam suam ¶ ubi et q(ua)n h(oc) fuit sibi
revelatum ¶ Si igitur illis p(re)desti-
natorum t(antu)m vel eorz qui sunt
in gr(aci)a constituti essent eccl(es)ia
catholica p(ate)t q(uod) nulla ee(t) certitudo
ip(s)is q(uod) ullus est de eccl(es)ia catho-
lica que est civitas sup(ra) montez
posita .i. sup(er) xp(istu)m edificata que
no(n) p(otes)t abscondi / Vn Crisos(tomus) sup(er) m(a)t(heum)
et sup(er) hoc vo(cabulum) no(n) p(otes)t civitas ab-
scondi et allat eum s(an)c(t)us ¶ Tho(mas)
Hec civitas eccl(es)ia s(an)ctor(um) z de qua
d(icitu)r in ps(almo) Glosa dicta sunt de te

civitas dei ¶ Cives eius sunt om(n)es
fideles de quib(us) ap(osto)lus ait vos estis
cives s(an)ctor(um) / Hec ergo civitas posita
est sup(er) montem xp(ist)i / de quo daniel
d(icit) lapis abscisus sine manib(us) f(a)ctus
est mons magnus / sanc no(n) p(otes)t ab-
scondi sup(er) xp(istu)m posita ¶ Etiam
si ipa voluerit t(ame)n mons eam qui
eam portat facit eam omnibus
manifestam / sic et ap(osto)li et sacer-
dotes qui fundati sunt in xp(ist)o
no(n) p(ossu)nt esse absconditi / et si no-
luerint quia xp(istu)s eos manife-
stat / Hec Cris(ostomus) ¶ Nec id ideo sup(er) mo(n)tez
posita describitur ut et habitantib(us)
in ea sit firma et certa securitas
et ut cunctis exteris pateat ad eaz
confugere seu venire volentibus
¶ In qua licet gr(aci)a dei sint ut firmit(er)
credimus multi predestinati et multi
in gr(aci)a constituti quorz multis ad-
h(uc) durat mundus / no(n) t(ame)n p(ro)pter
p(re)destinacionem aut gr(aci)am que occulta
sunt s(an)cta eccl(es)ia d(icitu)r catholica s(ed) p(ro)pt(er)
c(om)munionem sacramentor(um) unius fidei
et preceptorum que omnib(us) p(ossu)nt
esse nota et quia bonis sc(ilicet) et ma-
lis ¶ Item p(re)destinacio et gr(aci)a h(uius)moi
eccl(es)ie quam fingunt adv(er)sarii
mei nota est aliis q(ua)m ipsimet
qui se dicunt in eadem existere
¶ Igitur q(uam)vis fulgeant p(re) multis bonis
operibus cum sepe angelus sathane
transfiguraverat se in angelum
lucis no(n) p(ro)pter hoc auderet homo
se ip(s)is coniungere tamq(uam) eccl(es)ie catho-
lice quia semp(er) dubitandum ee(t) de
ip(s)is an essent pseudop(ro)phete / de quib(us)
cautos nos reddidit dominus dicens
¶ Attendite a f(a)lsis p(ro)phetis qui veniunt
ad vos in vestimentis ovium intrin-
secus autem sunt lupi rapaces ¶ Oz
igi(tur) q(uod) certa et manifesta sint signa

primus

et iudicia ecclesie catholice per que discer-
nantur oues a lupis hircis aut signa
sunt: vnitas fidei vnitas sacramentorum
et preceptorum dei. Item xpc resur-
gens vltimam correctionem fratris remi-
sit ad ecclesiam ita dicens Si te non
audierit dic ecclesie si autem ecclesiam
non audierit sit tibi sicut ethnicus
et publicanus. Cum igitur xpus remi-
sit nos ad aliquem certum iudicem
aut incertum quia tunc iniquam
fratris correctio sequeretur. Quod igitur quod
ad certum iudicem transmiserit
nos. Cum igitur ecclesia predestinatorum
et in gratia constitutorum sit omnino incerta
ut dictum est quia quod huiusmodi remissio
sit ad ecclesiam que sit nota et certa
viatoribus cum statum vite pre-
tingi est ecclesia catholica in vnitate
fidei et sacramentorum vtique per orbem
perseuerans. Ex quibus patet quod corpus xpi
misticum prout adhuc in hac valle mi-
serie peregrinatur quod est ecclesia eius
non solum predestinatos aut solum
in gratia gratum faciente constitutos
retinet et comprehendit / sed in simul
bonos et malos fide rectos xpo ca-
piti adherentes. Vlterius ex predictis potest
colligi vna descriptio ecclesie catholice
talis videlicet Ecclesia est corpus misticum
organicum fide vero animatum.
Corpus ponitur loco generis eiusdem ut in-
sistimus ad dictam corporis naturalis licet
ad similitudinem eiusdem sic dicitur organi-
cum propter diuersitatem statuum gra-
duum et officiorum ad similitudinem diuersorum
membrorum in corpore naturali que sunt
diuersa organa / que declarans apostolus
inquit prima ad Corinthios xii Sicut corpus
vnum est et multa membra habet. Omnia
autem membra corporis cum sint multa
vnum corpus sunt Ita et xpus habet multa
membra in suo corpore Et iterum vos
autem estis corpus xpi et membra de
membro. Et iterum sicut in vno corpore
multa membra habemus omnia
autem membra non eundem actum
habent ita multi sumus vnum corpus
in xpo / singuli autem alter alterius me-
bra. Et sicut vnum membrum seruit sibi
et toti corpori / sic in ecclesia militante
diuersi in diuersis statibus et officiis
sibi et aliis in ecclesia subministrant.
De quibus viris et similibus apostoli decla-
rantur predicte particule tres scilicet quod ecclesia
est corpus misticum organicum. Ad-
ditur autem fide xpi animatum per
modum dicte specialissime speciem co-
stituentis quia fides xpi est per
quam ecclesia militans in tali esse co-
stituitur et ab omni alia ecclesia siue
congregacione distinguitur / Dicitur
autem fide animatum / quia sicut
anima corpus / sic fides animam / et specialiter
formata per gratiam viuificat. Iuxta illud
ad Romanos i et x ad Hebreos Iustus autem
meus / ex fide viuit quod non solum
intelligendum est de fide formata sed
etiam informi qua etiam mali fi-
deles per fidem et in se ipsis viuunt
licet non vita perfecta / et ceteris mem-
bris ecclesie ac xpo capiti coniunguntur
et multas vite operaciones exercent
et ita se habet fidelis peccator ad caput
xpm et ad corpus ecclesie / sicut me-
brum in corpore naturali non quidem mor-
tuum totaliter et precisum sed tamquam
membrum mortificatum et vnitum
corpori quia adhuc in xpo est ra-
dix vite scilicet ipsa fides. Vnde igitur
verum est quod fidelis per peccatum mo-
riatur non toto aut abscinditur a cor-
pore ut quidam dicunt / Et de mortifica-
cione dicit sanctus Thomas iii parte summe

ar. lo in 2° loquens de huiusmodi peccatoribus fidelibus / percipiunt inquit hii tales a christo quendam actum qui est credere / sicut si membrum mortificatum aliqualiter moueatur ab homine quia etiam non sunt membra abscisa. vnde augustinus contra donatistas dicens sicuti est manus arida vnhquis est membrum quamuis sine sanguine uel sine vita sit et mortuum. Sic est fides cum sit vera tamen sine operibus mortua est et dicitur in 2° q. prima sicut vegeti. Alii vero sic describunt ecclesiam. Ecclesia sancta catholica militans siue viatrix / est vniuersitas fidelium bonorum et malorum orthodoxam fidem tenencium in sacramentis et ecclesiasticis societatem habentem / que in summa in idem redit cum primo. Secundam addit quod in prima generali suppositione frequenter et sepe frequentissime regressibus utens dirigamus scilicet ad probandum ecclesiam catholicam errare non posse pro cuius declaratione oritur talis propositio

Impossibile est ecclesiam dei militantem catholicam errare in hiis que fidei sunt et necessitatis ad salutem. Hec propositio licet credatur fuit apud omnes doctores catholicos et sanctos et alios fideles / et tamen sit primum fidei per se notum et manifestum propter quosdam qui eam friuole difficultant ad consolacionem fidelium et cordium qui eam difficultant confutacionem ipsarum confundamentis inuenimus fundatam sacre scripture multis probabimus in primis / et primo quod predicta propositio virtualiter est articulus fidei et patet in simbolis tam apostolorum quam nyceni in quibus fideles profitentur se credere sanctam catholicam ecclesiam. In altero enim dicitur. Credo in spiritum sanctum sanctam ecclesiam catholicam. In altero et vnam sanctam catholicam

Ar

et apostolicam ecclesiam. Idem autem est credere ecclesiam catholicam esse sanctam et ecclesiam catholicam non posse errare in hiis que necessaria sunt ad salutem / quia pro tempore quo erraret in predictis non esset sancta sed esset macula ta errore mortifero peccati mortalis. Vnde beatus augustinus / in expositione simboli ita est sancta ecclesia non habens maculam aut rugam. Multi enim et alii ecclesias congregarunt ut tharaon / valentinus et manicheus et ceteri omnes heretici sed ille ecclesie non sunt sine macula uel ruga perfidie / et ideo dicebat de illis propheta Odiui ecclesiam malignancium et cum iniquis non sedebo / de hac autem ecclesia que fidem christi integram seruat audi quid dicat spiritus sanctus in canticis canticorum vna est columba mea vna est perfecta genitricis sue. qui ergo habent fidem in ecclesia suscipit non declinet in conciliis vanitatibus et cum iniquis gentibus non intraeat. Hec augustinus. Ex hoc arguitur nichil erronei aut falsi sub est aut sub esse potest articulis fidei / ergo sub ipsa aut in ipsa non subest nec potest sub esse aliquid erronei uel falsi. antecedens probatur / ... sed maior patet quia qua racione sub vno articulo diceretur subesse eadem racione et sub alio et ita tota fides vacillaret et omnia in dubium verterentur quod nullus concedens. Secundo ecclesia regatur a spiritu sancto sed spiritus sanctus errare non potest ergo nec ecclesia prima pars innuitur tam per simbolum apostolorum quam nycenum cum statim post articulum spiritus sancti cum dicat Credo in spiritum sanctum subiungitur articulus de ecclesia videlicet sanctam catholicam ecclesiam ut sit sensus credo in spiritum sanctum suppleque regentem gubernantem et sanctificantem sanctam catholicam ecclesiam

spūq

dominum et vivificantem ut dicitur in simbolo
Niceno. Unde Albertus magnus in ex-
posicione simboli quam ponit in tracta-
tu de officio misse dicit deinde simbo-
lum posuit Sanctam unam dicens sanctam
ecclesiam sanctorum quidem respiciens eum
ad hoc quod spiritus sanctus sanctus datur et mit-
titur ad sanctificandam creaturam
que sanctitas numquam fallit in ecclesia
licet non numquam fallit in persona dixit sanctam
ecclesiam. Et quia omnis articulus funda-
tur in divina et eterna veritate et non super
creatam veritatem quia omnis crea-
tura vana est et non habet solidam veri-
tatem ideo iste articulus sit resolvendus
est ad proprium opus spiritus sancti. Hic est credo
in spiritum sanctum / non solum deum se sicut
dixit precedens articulus / sed etiam credo
in eum deum propter proprium opus eius quod est
quod sanctificat ecclesiam quam sanctitatem pro-
fundit in sacramentis et virtutibus
et donis que dat ad sanctitatem personarum
et eandem in miraculis et donis gratis
datis sicut sapiencia. sciencia. fides.
discrecio spirituum operacio sanitatum et pro-
phecia et huiusmodi que dat spiritus ad sanctitatem
ecclesie demonstrandam. Hec Albertus / Simili-
ter patet per illud Johannis xiiii° Rogabo patrem
et alium paraclitum dabit vobis. Et iterum
per illud paraclitus autem spiritus sanctus quem
mittet pater in nomine meo ille vos
docebit omnia. Et per illud multa habeo
vobis dicere sed non potestis portare
modo cum autem venerit spiritus veritatis
ille vos docebit omnem veritatem per
que omnia et similia datur manifes-
tissime intelligi convenientissimum fuisse regimen
ecclesie spiritui sancto Christo presencia corporali ab
ecclesia recedente iuxta illud Si ego non
abiero paraclitus non veniet ad vos Si
autem abiero mittam eum ad vos.
Et quod spiritus sanctus docuit ecclesiam omnem
veritatem scilicet ad salutem necessariam et in

signum huius invisibilis missionis et
assistencie spiritus sancti fuit datus in
die penthecostes in signo visibili scilicet
in linguis igneis apostolis et ceteris
fidelibus in quibus pro tunc erat ecclesia
et qui eam constituebant. Secunda pro-
batur quia spiritus sanctus dicitur a Christo spiritus
veritatis qui a patre procedit et cum
sit deus qui est prima veritas errare
non potest. Sed fortassis dicat adversarius quod
predicta vera sunt de apostolis et pri-
mitiva ecclesia que ecclesia erat in vera
imitacione et doctrine et vite Christi
constituta sed recedente ab imitacione
Christi et inmergente se viciis et peccatis
recessit ab ea spiritus sanctus qui non habitat
in corpore subdito peccatis et per quod incidit
in varios errores et hereses. Sed contra
Christus promisit indefectibilem sui assi-
stenciam ecclesie usque ad consummacionem
seculi ideo predicta non solum intelli-
guntur de apostolis et primitiva ecclesia
sed similiter de ecclesia duratura usque ad
finem seculi ut patet Matthei ultimo. Eun-
tes docete omnes gentes etc. Et subdit
Et ecce ego vobiscum sum omnibus
diebus usque ad consummacionem seculi. Ma-
nifestum est autem quod apostoli non sunt
nec erunt in hoc mundo usque ad
consummacionem seculi. Non igitur pro ipsis solis
dictum est sed et pro successoribus eorum
duraturis usque ad consummacionem seculi.
Unde Crisostomus in omelia super hoc eodem passu
quia vero eis magna iniunxerat
erigens eorum sensus dicit Ecce
ego vobiscum sum. quasi dicat / ne
dicatis difficile esse iniunctum
negocium ego sum vobiscum
qui omnia facio levia / non autem
cum illis solum dixit se futurum
esse sed et cum omnibus qui post illos
crediderunt non enim usque ad consummacionem
seculi apostoli mansuri sed sicut uno vel
uni corpori fidelibus loquitur. Hec Crisostomus.

Item Beda Ex hoc autem intelligitur quod usque ad finem seculi non sunt defuturi in mundo qui divina mansione et inhabitatione sint digni in ecclesia Item in glo(sa) ordinaria dicitur sic quod apostolus per successionem ubi ecclesie permittit nota quod usque ad finem seculi Item Jo(hannes) ibidem Qui quod usque ad consummacionem seculi cum discipulis se esse permittit et illos ostendit semper esse victuros et se nunquam a credentibus recessuros Hec Jo(hannes) Si igitur ecclesia aliquo tempore errasset aut erravit defecto quo modo xpistus est aut fuit semper cum ea omnibus diebus Similiter et promisit assistenciam spiritus sancti usque in eternum ita dicens Johannis xiiii Ego rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis ut maneat vobiscum in eternum spiritum veritatis Et si dicet ad [illegible] predicta verba dicta sunt apostolis cum quibus fuit xpistus quamdiu fuit in hac vita eos hic per graciam protegendo et in persecucionibus adiuvando et post hanc vitam fuit et est cum eis per gloriam usque ad consummacionem seculi et usque in eternum cum eis manebit spiritus sanctus Ergo predicta verba non videntur extendi ad alios sed tantum ad apostolos Contra hic expresse est intencio xpisti quod mittens eos in mundum universum predicare et docere omnes gentes dixit eis Ego vobiscum sum usque ad consummacionem seculi Ubi enim promisit se permanere cum eis quos ipse mittebat usque ad consummacionem seculi cum quod eos in mundum mitteret [illegible] se esse cum eis promisit manere et cum eis mansurum spiritum sanctum Et hic est etc quod dixit supra ubi [illegible] Beda glo(sa) et Jo(hannes) predicta xpistus

fuit exauditus in omnibus peticionibus et rogacionibus sed ipse rogavit pro fide petri ut non deficiat ergo fides petri non deficiet nec defecit Primum patet ad hebr. v. ubi apostolus dicit quod xpistus exauditus est pro sua reverencia Et Jo. xi ubi xpistus ait pater gracias ago tibi quoniam audisti me ego enim sciebam quia semper audis me Secundum patet luc. xxii ubi dominus ait ad petrum Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua Hoc autem non potest intelligi de fide personali petri quia in illa defecit in terna abnegacione ut ex textu [illegible] et similiter patet ex verbis consequentibus cum subiungitur et tu aliquando conversus confirma fratres tuos qui utique non diceretur conversus nisi fuisset prius a fide ipsa aversus Intelligendum est igitur quod xpistus rogavit pro fide quam ipse confessus fuerat dicens dixit Tu es xpistus filius dei vivi et super quam ipse xpistus suam fundavit ecclesiam eodem domino dicente Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam pro fide igitur ecclesie xpistus rogavit ut non deficiet et non pro fide personali petri quae si in aliquo necessaria ad salutem pro aliquo tempore erraret aut errasset ecclesia totaliter xpistus dominus et prima veritas non dixisset verum nec fuisset exauditus pro sua reverencia quod est contra predicta et omnes fideles Unde albertus magnus super eodem passu Ego rogavi ut non deficiat finaliter fides tua Hic argumentum efficax est pro sede petri et successore ipsius quia fides eius non finaliter deficiet [illegible] adiciet ultra ut pertranseat pro te belial universus interiit Hec albertus Item Bonaventura fides tua i. ecclesie tibi commisse [illegible]

[illegible]

ecclesie (Dyn) hoc est argumentum quod fides
romane ecclesie quam in ea petrus pla
tavit sit semper duratura. Et ille iterum
quod christus rogavit non solum pro petro
et apostolis sed pro omnibus sequentibus patrem
maiestatis Io. xvii ubi cum premisisset
ardentissime caritatis pro ipsis distinctius
orationem ut pater servet eos in nomine
tuo quos dedisti michi ut unum sint
sicut et nos. Et infra sanctifica eos
in veritate. Sermo tuus veritas
est sicut tu me misisti in mundum et ego
misi eos in mundum / et ego pro eis san-
ctifico me ipsum ut sint et ipsi sanctifi
cati in veritate. post hoc subiungit
non pro eis rogo tantum sed et pro eis qui cre
dituri sunt per verbum eorum in me
et omnes unum sint / sicut tu pater in me
et ego in te ut et ipsi in nobis unum
sint / ut mundus credat quia tu me
misisti. Et patet quod omnes qui crediderunt
et credunt sive credent usque ad finem
seculi in christum credunt in ipsum per verbum
et doctrinam apostolorum quamobrem et
in simbolo Niceno profitemur ecclesiam
apostolicam non alia de causa nisi quia
in verbo et doctrina apostolica fundata
est dicente apostolo ad Ephesios ii Iam
non estis hospites et advene sed estis
cives sanctorum et domestici dei super
edificati super fundamentum apostolorum
et prophetarum etc. Unde et Jo. in apokalipsi
describens murum civitatis sancte
ierusalem que est ecclesia militans descri
bit eam habere xii fundamenta et in
ipsis xii nomina apostolorum et agni. Si
igitur aliquando deviasset ecclesia ab hoc fun-
damento seu fundamento doctrine
apostolice per errorem sequitur quod christus
non fuisset exauditus ut prius. Item
si ecclesia posset errare in hiis que
necessaria sunt ad salutem sequitur quod non
esset securitas neque aliqua certitudo

credibilium credentibus in ea et per
consequens nec aliqua fides. patet quia qua
ratione unus articulus vel unum
dogma ecclesie in dubium verteretur
eadem ratione et omnia alia proposita
predicata et ordinata. Sicut si quis
dubitaret an christus resurrexerit
eadem ratione dubitaret an in
celum ascenderit et similiter de aliis
et ita non haberet securitatem certitudinis
de aliquo / et sic dubius in fide in
fidelis sit ut dicitur extra de hereticis
quia fides in dubitatione stare non
potest. Sequitur manifeste quod si ecclesia
errare posset quod nulla securitas
certitudinis esset in ea et per consequens
fides non esset in ecclesia quod est contra
christum indefectibilem securita
tem ecclesie sue promittentem qui
ait petro. Super hanc petram edifica
bo ecclesiam meam et porte infe
ri non prevalebunt adversus eam.
Super quo verbo ait Jeronimus Portas in
feri inquit / vicia reor et atque
peccata quo ad agenda vel certe here
ticorum doctrinas quo ad credenda
que adversus ecclesias prevalere non
possunt. Item potest dici adversariis quod
aliunde capiet certitudinem aut
securitatem credendorum quia ab ecclesia
[illegible] aut eam habet a deo per sin
gularem inspirationem / aut sub
aliquo homine particulari / aut for-
te per ecclesiam que continet doctrinam
christi. Sed non primo quia talis inspi
ratio cum sit occulta et supernaturalis
oportet quod aliquis signis super
naturalibus seu miraculis manifesta
retur quemadmodum doctrina apostolorum
confirmabatur signis et miraculis
Si igitur doctrina adversariorum
diceretur per inspirationem ostendant signa
et miracula et credamus eis quod non

facient incertum quod summa veri-
tas eius et miracula facere non potest
perhibere testimonium mendacio
et falsitati Similiter nec 2o quia
multo magis potest errare quilibet particu-
laris homo quam ecclesia universalis ut patet
quia plura vident et subtilius o-
culi quam oculus Similiter nec 3o quod
nec ipsa evangelia haberent certitudinis
securitatem nisi fuissent ab ecclesia
approbata et acceptata Cum enim
multa evangelia et actus reprobantur
qui dicuntur fuisse ab apostolis compi-
lati sicut legitur in decreto dis. xv
actus nomine andree apostoli apocrifus
actus nomine petri apocrifus actus
nomine philippi apostoli apocrifus actus
nomine Thome apostoli apocrifus Evangelia
nomine Thadei apocrifa Evangelia
nomine Thome apostoli quibus mani-
chei utuntur apocrifa evangelia
que falsavit lucianus apocrifa
Evangelia que falsavit ysicius apocrifa
Et infra revelacio que appellatur
apocrifa Revelacio que appellatur
stephani apocrifa Cum itaque omnia
predicta evangelia et ceteri libri pre-
nominati reprobantur scripti vero certi
sunt adversarii quod ista quatuor
evangelia continent veritatem alia vero
non et quod ista scripta sunt a veris
apostolis et non illa et quod illa falsificata
sunt et non ista et per que ista quatuor
sunt recipienda Alia vero tamquam
falsa respuenda presertim cum ipsi
non audiverunt christum predicantem
nec docentem nec viderunt ipsum
miracula facientem nec alia
dicta aut facta ipsius que in dictis
quatuor evangeliis scripta sunt
nec ulterius viderunt hos quatuor
evangelistas magis quam alios ut possent

Ar

pro doctrina vitam aut miraculis
magis approbare istorum evangelia quam
aliorum nisi quia universalis ecclesia ista quatuor
recepit Illa vero respuit Si igitur
universalis ecclesia non dirigitur a spiritu sancto
in hiis que fidei sunt et de necessitate
salutis et potest in illis errare sequitur
quod in recipiendo illa quatuor evangelia
et alia respuendo errare poterit
et ita vertetur in dubium an ista
quatuor evangelia contineant doctrinam
facta et miracula christi / que ultimus
quidquid predicti adversarii affirmant
predictis doctorum evangeliorum totum erit
dubium et sic apud eos nichil erit
certum in fide aut securum et consequenter
nullam habebunt fidem hoc profecto
intellexit augustinus cum dixit in libro
contra epistolam fundamenti et etiam
contra faustum hereticum et in multis
aliis locis non crederem evangelio nisi me
auctoritas ecclesie commoveret Si dicat
adversarius accipe hec quatuor evangelia
et non alia quia primitiva ecclesia que
propter assistenciam spiritus sancti errare non
poterat illa respuit et ista acceptavit
quamvis tu non credens si ecclesia moderna
a qua propter vitia et peccata recessit spiritus
sanctus tunc contra quod potest argui ut supra
per illud christi Ecce ego vobiscum sum
usque ad consummacionem seculi Preterea
cum predicti adversarii non fuerunt in pri-
mitiva ecclesia unde sciunt quod ipsa hec
acceptavit et alia respuerit Revera
non aliunde quam ex attestacione moder-
ne ecclesie cuius attestacio si dubia sit
multo magis et id quod attestatur
sub dubio remanebit Preterea nec hec
evangelia veritatem christi doctrinam facta
et miracula continent utique ad veram
et certam fidem habendam intelligencia
in verbis et factis christi opus est ut verum
eius sensum in verbis christi apprehendamus

Princ

que ipse xpus intendit alioquin non ha-
beremus veram doctrinam eius nec
fidem quemadmodum contingit pauperibus
lugdunensibus qui eum literalem sensum
sed non xpi illud dictum intelligentes
Si oculus tuus scandalizaverit te er-
ue eum et proice abs te oculos sibi
eruebant cum contingebat eos peccare
per oculos qui utique sic facientes non
habebant sensum xpi non enim de unius
erutione corporalium oculorum sed spiritualium
viciorum que per oculos et alia membra
committuntur precepit ibidem viii et Jo-
vi loquens de manducatione et bibitione
sui corporis et sanguinis cum diceret
nisi manducaveritis etc. manifeste scan-
dalizati quidam ex discipulorum retro a-
bierunt putantes ipsum loqui de car-
nali manducatione subiunxit spiritus
est qui vivificat caro autem non prodest
quicquam Et paulus apostolus litera occidit
spiritus autem vivificat quia in intelli-
gendo sacras scripturas non est literalis
sensus et gramaticalis est accipiendus
sed misticus et spiritualis est requirendus ut
supius dictum est Cum igitur contin-
gat patrem [illegible] in intelligendo doctrinam
xpi et verba eius possit errare et decipi
quemadmodum et omnes heretici decepti sunt
qui ex aliquo dicto sacre scripture ma-
le intellecto sui erroris occasionem sump-
serunt et origines Augustinus contra [illegible]
omelia super Jo xviii Neque enim nate sunt
hereses et quedam dogmata perversitatis
illaqueancia animas et in profundum precipi-
encia tamen nisi dum scripture bone
intelliguntur non bene et quod in eis non
bene intelligitur etiam temere et audacter
asseritur Itaque karissimi valde caute audire
debemus ad que capienda parvuli
sumus et corde pio et cum tremore
sicut scriptum est hanc tenentes regulam
sanitatis ut quod secundum fidem qua inbuti
sumus intelligere valemus quod tamquam
de cibo gaudeamus quod autem secundum sanam
fidei regulam intelligere non potuimus
dubitationem auferamus intelligentiam
differamus hoc est ut etiam si quid sit
nescimus bonum sit et vim inimice
dubitemus Et ego fratres qui suscepi
loqui vobis cogitandum sum a vobis
qui susceperim et que susceperim
Suscepi enim tractanda divina homo
spiritualia carnalis eterna mortalis
Et a me longe karissimi sit vana pre-
sumptio si volo sanus in domo dei
conversari que est ecclesia dei vivi co-
lumpna et firmamentum veritatis
pro modulo meo capio quod vobis
appono ubi aperitur pascor vobiscum
ubi clauditur pulso vobiscum hec augustinus
Et sic utrum ecclesia possit errare in
intelligendo et exponendo doctrinam
xpi sequitur manifeste quod nulla est certitudo
de vero intellectu scripturarum et per consequens
de fide que ex vero intellectu scripturarum
accipitur et omnes essent infideles
tamquam modo sunt adversarii asserentes
ecclesiam universalem posse errare in hiis
que fidei sunt et necessaria ad salutem
nec sufficit quod aliquis confiteatur ore
verba nisi etiam sine dubitatione credat in-
telligentiam et significationem verborum
xpi quia utrumque apostolus ad romanos
x° coniunxit inquiens Corde creditur
ad iusticiam ore autem fit confessio ad
salutem Cum sit igitur patet [illegible] possit
errare et sic ecclesia universalis in accipiendo
verum sensum verborum xpi patet quod nullus
haberet fidem que omnimodam excludit
dubitationem Ex quo intelligentia verborum
xpi sub dubio remanet Dicendum
est igitur universalem ecclesiam in exponendo
[illegible] et sacram scripturam errare
non posse et a spiritu sancto regi ac eidem
tamquam infallibili et divine regule
debere quemlibet fidelem adherere
et qui non faciunt pro hereticis sunt
habendi sicut habetur xxiiii q. v.

articulo 3o dicit obiectum fidei est veritas prima que manifestatur in scripturis sacris et doctrina ecclesie. Unde quicunque non inheret sicut infallibili et divine regule doctrine ecclesie que procedit a veritate prima in scripturis sacris manifestata ille non habet habitum fidei. Et infra Et sic manifestum est quod hereticus qui pertinaciter discredit unum articulum non est paratus in omnibus sequi doctrinam ecclesie. Et infra Unde et manifestum est quod talis fidem non habet de aliis articulis sed opinionem quandam secundum propriam voluntatem. Et infra in responsione ad 2m articulum dicit omnibus articulis fidei inheret fides propter unum medium scilicet propter veritatem primam propositam nobis in scripturis secundum doctrinam ecclesie sane intellectam et quia ab hoc medio decidit totaliter fide caret. Hec sanctus Thomas. Sed forte dicet adversarius volens fugere unde ecclesie iudicium se velle intelligere scripturas secundum expositionem doctorum et non ecclesie. Contra quia sicut dictum est de ewangeliis tum multi scripserunt et exposuerunt scripturas et e contra. Unde ipsi adversarii erunt certi qui doctores sunt et sunt boni et sequendi et qui mali et respuendi tum non omnes indistincte acceptantur nec omnes respuantur propter quantitatem et diversitatem plurimum ipsorum etiam passim scripturarum. Manifestum est quod hic iudicium et discretio ecclesie relinquitur et non alicui privato homini ut innuitur dist. xv. ubi illi doctores approbati vel reprobati habentur quos ecclesia approbat vel reprobat. Ideo unde enim adversarius iudicabit Bernardum vel Ieronimum vel quemcunque alium esse sanctum et doctorem catholicum nisi approbatione ecclesie. Et si dicit quod ex vita ipsius unde scit hec ipsius non esse apocrifam nisi ex auctoritate ecclesie que si

potuit et potest errare in aliis utique et in hac doctorum approbatione. Preterea cum inter doctores multa sit varietas et contrarietas opinionum et sepe etiam idem dictum doctorum eiusdem multa contingat ambiguitas, necesse est per aliquem doctorem infallibilem tolli huiusmodi dubia et declarari et cum quilibet privatus homo falli potest et errare, necesse est quod ecclesia sit huiusmodi infallibilis expositor et doctor credendorum et agendorum. Preterea nemo debet maiorem fidem dictis et expositionibus doctorum adhibere quam ipsimet doctores sibi ipsis adhibuerunt vel ab aliis adhiberi voluerunt, sed ipsi in dictis et expositionibus ipsorum sepe dubitabant et ne dampnabiliter errarent in omnibus se et sua dicta omnia correctioni ecclesie subiciebant. Ergo fideles non debent expositiones doctorum certitudinaliter esse veras reputare nec eis certam fidem adhibere nisi in quantum fuerint doctrine ecclesie consone vel per ecclesiam approbate. Maior patet quia pene omnes doctores qui sua dicta corrigenda ecclesie vel summo pontifici subiciebant. Unde xxiiii q. i. Quotiens fidei ratio ventilatur arbitror omnes fratres nostros et coepiscopos non nisi ad petrum id est ad sui nominis auctoritatem referri debere. Contra cuius auctoritatem nec Ieronimus nec Augustinus nec aliquis sanctorum doctorum suam sententiam defendit. Sic enim dicit Ieronimus eadem q. Hec est fides papa beatissime quam in catholica didicimus ecclesia in qua cupimus emendari a te qui petri fidem et sedem tenes. Si autem hec nostra confessio apostolatus tui iudicio approbatur quicunque me culpare voluerit se imperitum vel malivolum vel etiam non catholicum sed hereticum comprobabit. Beatus enim Bernardus in epistola ad canonicos lugdunenses ita dicit Que

autem dixi absque preiudicio sane dicta
sint sanius sapientum. Romanam primum
ecclesie auctoritatem cuiuscumque comparavi doctorum
hoc sicut et cetera que huiusmodi sunt re-
servo ipsius, si quid aliter sapio patris
iudicio emendare. Dicit sanctus Thomas
in quodam prohemio super catenam scribens
pape Urbano iiii sic: ita discipulus itaque
vestre sanctitatis operis vestro discuciendum cor-
rigendi que iudicio, vestre sollicitudinis
et obediencie mee fructum ut dum a nobis
emanavit preceptum vobis exhibitum re-
servatur finale iudicium ad locum
unde emanavit forma revertatur. Idem secunda
secunde q. x articulo xii dicit: maximam
habet auctoritatem ecclesie consuetudo que semper
est in omnibus emulanda quia et ipsa
doctrina catholicorum doctorum ab ecclesia
auctoritatem habet. Unde magis est standum
auctoritati ecclesie quam auctoritati Augustini vel
Ieronimi vel cuiuscumque doctoris. Hec sanctus
Thomas. Ecce quod et quam mature se et dicta
sua sancti doctores correctioni sancte
matris ecclesie subiciunt. Unde et nullum
dictum alicuius sancti valet, si contra determi-
nacionem ecclesie allegaretur, quia auctoritas
ecclesie semper maior est auctoritate cuiuscumque
quantumcumque docti aut sancti viri et per quemlibet pre
omnibus emulanda. Preterea sicut dicunt ad-
versarii se velle intelligere scripturas
secundum exposicionem doctorum et non ecclesie, tunc
aut ipsi stabunt exposicioni doctorum
viventium aut eorum qui ab hac vita
migraverunt, si primo, cum inter viventes
sepe immo immo sepissime contrarietas ori-
atur et dissensio, ut specialiter inter do-
ctores catholicos et hereticos, ad contrarietatem
et dissensionem hanc tollendam quis erit
iudex in vita presenti nisi ecclesia. Si
secundo, ut quidam doctorum adversariorum di-
cunt, tunc si discordia oriatur de in-
tellectu dictorum sanctorum doctorum iam defuncto-
rum, quis erit iudex, numquid alii doctores
defuncti, et si sit tunc orta similis dis-
cordia in dictis aliorum, quis iudicabit,
si ulterius alii doctores defuncti, tunc
erit processus in infinitum, quod est omnino
absurdum. Dicendum igitur est quod tam dicta
doctorum viventium quam defunctorum
ad iudicium ecclesie tamquam ad infallibi-
lem et divinam regulam sunt refe-
renda et eius sententia tam in exposicione
sanctarum scripturarum quam in intelligendo
dicta doctorum et in aliis necessariis
ad salutem tamquam divino ore prolata
a cunctis christifidelibus est amplectenda
et acceptanda. Preterea ad principale pro-
positum redeundo inter Christum et ecclesiam
est matrimonium spirituale teste apostolo qui ex
verbis prothoplasti dicentis: et erunt duo
in carne una, concludit: sacramentum
hoc magnum est, ego autem dico in
Christo et ecclesia. Sed sicut in matrimonio car-
nali precipue fides thori exigitur,
sic et in spirituali dicente propheta: despon-
sabo te michi in fide. Sicut igitur
fractionem fidei in toro adulterii ma-
cula sequitur, sic et in matrimonio spirituali de-
viacio ab hiis que fidei sunt et necessaria
ad salutem sequitur macula erroris et
per quid adulterii spiritualis, quod est contra
apostolum dicentem ad Ephesios v capitulo: Christus
tradidit seipsum pro ecclesia ut exhiberet
eam sibi gloriosam non habentem maculam
neque rugam neque aliquid huiusmodi. Pre-
terea quicumque dat alicui ex caritate
illud quod incomparabiliter maius est et
alicuius finis consequendi dat ei etiam
id quod minus est et eius. Et tanto am-
plius quanto magis est necessarium ad dictum
finem consequendum. Sed Christus dedit
sponse sue ecclesie seipsum, ut per apostolum
immediate allegatum, quod incomparabiliter
maius est quam ipsam non sinere
errare in hiis que fidei sunt, ergo eidem
contulit ut nullo possit errare in

Ar

pdictis q e maxime ecclie necciam
quia adipiscus salutem Hugitur xc
ex caritate seipm tradidit ecclie et pro
eccla Si deus pr mundum sic dile-
xit ut filium suu unigenitu daret
ut inquit Ioh. Et qui pprio filio suo
no pepcit ut ait aplus / s; p nobis omi-
bus tradidit illum quo no ecc cum
illo nobis oia donauit / et si omia
quo assistenciam sui seu spus sci
indefficiens nobis seu sue ecclie qui
eam no sinat errare in hiis que
necia sunt ad salutem no donauit
Comendat deus suam caritatez in
nobis inquit aplus ad Ro v loquens
in psona oim ecclias ostituentiu
qm sicut cum ad huc pctores essem
us tpus / xpus pro nobis mortuus
est multo magis nunc iustificati
in sanguine eius salui erimus Quo
aut nos de eccla salui erimus
si in hiis que fidei sunt errauerim
aut quo delinquet ecclam ex fide
libus collectam lauacro baptismi
regnatam et suo sanguine pciosisso
redemptam ut no ei assit in hiis
que necia sunt ad salutem Si pro
ea dum ad huc ex infidelibus et pcto-
ribus atq ydolatris colligebatur tan
turpissimaz et ignominiosissimaz mor
tem sustinuit ut exhiberet eam
sibi gloriosam no hntem maculam
neq rugam ut dictum e Et hec
psecto oclusio et intencio pauli e
in pdictis vbis / comendat deus suaz
caritatem etc Preterea nullus sapiens
sui ipius aut eius q ex caritate
et dileccione vera amantem incarnatu
transformante se ipm reputat qu
pt et valet curam et puidenciaz
pmittit Sed xpus tanto caritatis
effectu ecclam diligit ut no aliaz
et aliam s; unam et eandem pso
nam se et ecclam reputat ut; act
ix vbi xc ad saulum loquens eccliaz

psequentem ait Saule saule quid
me psequeris xpus cum iam in celo
regnabat et saulus in terra no ipm
s; membra sua et fideles suos psque-
batur et tn fusdrus caritas cogebat
ipm psecucionem sponse ppriam re
putare et unam eand q; psonam
fateri cum ait quid me psequeris
Sic et in fine mundi mundi iudica-
turus dicet / qm uni ex minimis meis
fecistis michi fecistis / go xc cum po
tens sit et valeat nunqm sponse sue
ecclie prouidenciam pter mittit
et curam Preterea quanto gra e pocior
na tanto et diuina puidencia que est
vi grauius e pocior et efficacior re
pmissorum qm sit puidencia que e
rum natam nunqm defiat Ubi go na
cum grauius deficiet totalr ut vz xpus
sponsam suaz ecclam quam indefici-
biliter gubernat cui ee sue et eidez
puidet cum odicionem sue nec pmittit
errare in hiis que maxime necia
sunt ad statum gre et salutis cuiusd
est errare in fide Preterea eccla xpia-
norum e multo pstancior q fuit
sinagoga iudeorum pz tam racione
legis q sacerdocii q sacror q et
oim in ea contentorum Sed deus nunqm
ex toto deseruit sinagogam iudeorum
pro tpe quo ipam durare optuit
nec eam errare pmisit circa fidem
de qua Ysaie xxi supra speculum
dni ego sum stans iugr p diem
et sup custodiam meaz ego sum
stans totis noctibus Et eius xlix
dt dns Numquid pt mr obliuisci in
fantem suu et si illa oblita fuit ego
tn no obliuiscar tui / que oia et
infinita huiusmoi sunt dicta ad liram
p sinagoga p tpe sue duracionis
Uni et phariseorum doctrinam domini
tamqm veram licet ipi essent mali
approbauit cum dixit Sup cathedram

moysi sederunt scribe et pharisei
ergo nec ecclesiam deus deseret aut
errare permittit in hiis que necessaria
sunt ad salutem pro toto tempore dura
cionis sue que quidem durabit usque ad
consummacionem seculi Porro omnis archi
tectus sapiens edificat domum suam
firmiter tamen quantum potest sive supra fir
mam petram sive aliter Sed xpistus
fuit et est sapientissimus architectus
ergo edificat domum suam que est ecclesia
firmiter et supra firmam petram
maior patet per apostolum qui ait ut sapi
ens architectus fundamentum posui
Etenim vii Dilus est sapienti qui
edificat domum suam supra firmam
petram / minor etiam patet quia xpistus
dei sapiencia et dei virtus dicente apostolo est
etiam architectus qui edificavit ecclesiam
iuxta illud tu es petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam meam
Si ergo ecclesia posset errare aut er
ravit aliquando ut dicunt adversarii se
quitur quod xpistus non edificavit ecclesiam
suam firmiter et supra firmam pe
tram et per consequens quod non fuit architectus
sapiens et quod falsum dixisset quod porte
inferi non prevalerent adversus
eam que omnia sunt a fide deo aliena
dicendo est igitur et concludendum firmiter quod
licet descendet pluvia / flent venti
veniant flumina hereticorum et malorum
hominum et irruant in domum hanc
ecclesie catholice non tamen cecidit neque
cadet quia firmata est super firmam
petram vnde et apostolus vocat eam colum
nam et firmamentum veritatis / i thimot
iii° ita scribens timotheo Sciat qui
optat se in domo dei conversari que
ecclesia est dei vivi columpna et fir
mamentum veritatis Super quo Ambrosius
in epistola ad thimotheum ita dicit Cum totus
mundus dei sit ecclesia tamen domus eius di

citur hodie rector est damasus huius
domus cum in prevaricacione et diverso
turbatus errore Ideo illic necesse est
dicas esse domum dei et veritatis
hec Ambrosius Ecce quomodo aperte hic
doctor declarat ubi sit ecclesia que
est domus dei Illa scilicet et ubi fuit
cui tempore suo damasus papa presidebat
scilicet ecclesia romana tenendum itaque est
fide inconcussa ecclesiam xpisti et petri
naviculam quamvis agitatur multis
interdum turbinibus in hoc tem
pestuoso mari et procelloso mundi
huius periculosa xpisto et gubernaculo
spiritus sancti qui eam non sinit errare
in hiis que fidei sunt et necessitatis ad
salutem Cetera que de ecclesia erant
dicenda hic in loco gracia brevitatis
dimissa sunt tamen nec in audie
ncia publica sunt recitata :–

Prosequendo responsionem
inchoatam die sabbati ad di
cta magistri proponentis in ma
teria articuli communionis sub utraque specie quia
coartor temporis brevitate non valeo
omnia dicta eius ut oportunum
esset perscrutari tamen ne clausis oculis
pertranseam illa que mihi videntur
in propone sua difficultatem habere re
feram particulares discussionem cor
sequentibus Reverendis magistris et do
ctoribus relinquendo curabo aut
perstringere ad ea solum respondere que faciunt
vel videntur facere contra intencionem
meam In articulo proposito Reverendum
In primis igitur preter ea que de in
sufficiencia protestacionis dicta sunt et
de accepcione ecclesie qua usus fuit
ponere ecclesiam consistere solum in
conversis et in generali gratum faciente
actualiter constitutis difficultatem affert
id quod dicit in secundo membro divisionis
quam facit de communione quod per suspectorum
dignam corporis et sanguinis xpisti
homo ingeritur ad communionem

primo acceptam et sit de societate
sanctorum et quod ad hunc sensum intelligatur
auctoritas Augustini in omelia. Corde creditur ad
iustitiam etc. Item circa tertium me-
brum dicte divisionis dicit quod ex-
communicatio que maior proprie et vulgariter
accipitur sit excommunicatio hominis a
[illegible] ecclesie et quod huiusmodi excommunicatio in-
fertur quandoque pluribus non pro peccato mor-
tali solum de facto et non de iure
et solum provinciali. Item in resump-
tione predicte tertii membri divisionis
dicit. Boni propriam cum malis non
habent unitatem vite et spiritus in Christo
sicut vivum membrum cum mortuo.
Et ad hoc inducit apostolum i. ad Chor.
x. Non potestis calicem etc. Et 2a ad
Chor. vi. Que autem conventio Christi ad
Belial etc. Item in correlariis que
infert ex predictis notabili. In primo dicit
quod non omnis qui eiectus de 2a communione
puta per excommunicationem iudicis eiectus
est de 2a communione. Item in 2o corre-
lario dicit Et minus est per maximam
et incantum communicare cum scito
excommunicato a iudice quam cum scien-
to mortaliter peccante et ad hunc
sensum adducit apostolum Nolite communi-
care etc. Item in 3o correlario ponit
quod notorii peccatores sunt a communione
sanctorum expulsi et ad hunc sensum indu-
cit exemplum de Dathan et Abiron Numeri
xvi ubi dicitur Recedite a taberna-
culis hominum etc. Que autem ibi prescripta
contra maiora peccata predicta sunt
que michi videntur salvo iudi-
cio meliori contra materiam meam po-
sita non modicas in se continere
difficultates quas ut predixi do-
ctores et magistri subsequentes ut
spero plenissime aperient et de-
clarabunt. De interpretibus ad ea que me
contingunt oculos aperiam. Et primo

videlicet quod communio eukaristia grece dicitur panis
et calicis sacramentum. Secundo quod dicendum quod hec
non semper unum est quia quandoque accipitur
pro hostia tantum sicut patet ex concilio
Tolletano xvi sicut prius allegato et ex
pro talium presbiter de consecratione dis. ii. ubi ex
concilio Gwarmaciensi precipiebatur
sub hiis verbis presbiter eukaristiam semper
habeat paratam ut cum quis infirmatus
fuerit statim eum communicet ne sine
communione moriatur. Ubi etiam glosa
eukaristie nomine sola hostia designa-
tur nam dicit sanguinem non precipit ser-
vare quia opus esset nimia cautela
in eo servando nec est de intentione sanctorum
dicere in loco preallegato quod eukaristia facit
panem et calicem quamvis de suo princi-
pio primo dicat sit cuius panis et
calicis sacramentum grece eukaristia dicitur
latine bona gratia interpretatur. Et se-
Et quid melius sanguine et corpore
Christi. Ex quo ergo patet ubi quod nomine eukaristie
non competit speciebus sed ipsi rei scilicet car-
ni et sanguini domini nostri Ihesu Christi. Un-
de sanctus Thomas 3a parte summe sue loquens
de nominibus huius sacramenti. Et Petrus
de Palude in iiii dis. viii dicit in
summa quod licet istud sacramentum sit unum
perfectione et ordine est tamen diversis
nominibus nuncupatum. Nam inquantum
est rememorativum dominice passionis
dicitur sacrificium hostia et oblatio et
hoc modo sic eius refertur ad preteritum.
Inquantum vero significat rem re-
presentis temporis tunc cum duplex sit
res huius sacramenti una signata et contenta
scilicet vera caro Christi alia signata sed non con-
tenta scilicet ecclesiastica unitas. Ideo ra-
tione prime rei signate et contente ut dicit
dominus Petrus de Palude dicitur eukaristia
quasi bona gratia quia continet fontem gratie.
Eukaristia enim grece bona gratia latine
interpretatur. Ratione vero 2e rei signate scilicet

unitatis ecclesie nominatur. communio vel
sinaxis dicitur quod omnes per hoc sacramentum fiunt
aggregati in unum corpus Christi misticum
Unde dicit damascenus iiii libro quod dicitur
communio quia communicamus per ipsam Christo
et quia participamus eius carne et
deitate et quia communicamus et unimur
per ipsam ad invicem. dicitur eciam in greco
methalipsis i. assumpcio quia ut da-
mascenus dicit per hoc fidei deitatem
assumimus. Quarto suppono quod ... non est
vera immo ut in pluribus et quod sepe
eukaristia supponit pro hostia tantum.

Quantum ad 2m notabile quod est
de gratia timore scilicet sicut expedit
et necessarium et quod huiusmodi sacri sumpcio non
sit necessaria necessitate absoluta / sumus satis
concordes ut dictum fuit in prima con-
clusione mea. Quantum ad 3m notabile
de dicta preceptorum dei licet concordemus
de eo quod dicit quod quedam obligant semper
et pro semper quedam autem ad semper sed
non pro semper. Wichilonius in exposito po-
sito de diligere deum videat ipse si
bene dictum sit / tamen diligere dicat ac-
tum elicitum a diligente licet sit actio
immanens et non transiens in exte-
riorem materiam sicut et intelligere et
quod teneatur sub precepto omni tempore et
momento incessanter et sine inter-
pellacione intelligere et diligere deum
actuali elicito actu et si ipse faciat
dum dormit comedit et bibit et in
aliis rebus occupatur videat ipse et
videtur quia hic est proprium angelorum
et comprehensorum in patria. Tercio tamen quod
accipit diligere pro habitu dilectionis
et non pro actu et utique verum est
et hec dicta sunt contra presupposita
breviter:—

Sed iam venio ad primam partem
sue posicionis in qua dicit quod com-
munio divinissime eukaristie sub specie
utriusque panis scilicet et vini utilis multum
est et saluti expediens. Contra quam
in forma posui conclusionem meam terciam
in terminis contrariis in quibus conclusionibus
tam sua quam mea duo attenduntur.
Unum est quod communio divinissime eukaristie
sit multum utilis et saluti expe-
diens et in hoc sumus concordes quod
tanta est utilitas huius sacri et tot
effectus divinos in sumentibus digne
operatur ut nec ipse magister nec ego
immo nec omnes lingue mortalium
eciam si omnia membra converterentur in lin-
guas non sufficerent enarrare immo
nec eciam ipsi angeli et sancti in patria
comprehensores possunt nec valent com-
prehendere. Secundum quod attenditur
in dictis conclusionibus est in quo
consistat contrarietas inter ipsum
et me videlicet quod sub duplici specie vel sub
una impertitur quo ad ipsum laycalem
clerum ... Igitur quamvis probat utilitatem
sumpcionis huius sacri concedo quia
methsikalius intendunt quam utilitatem
sumpcionis huius sacri que uti-
litas sequitur plene et perfecte in
digne sumentibus sub una sicut sub
duabus speciebus sumitur cum sacramentaliter
plene et integre caro Christi et san-
guis eius immo et totus Christus su-
matur. Racione cuius sumpcionis se-
quitur omnes predicti effectus. Quarto propter
simile infertur et male eciam ex pre-
dictis auctoribus sic concluditur quare
sequitur quam utile est et quam ex-
pediens saluti fidelium divinissime
eukaristie sub specie utriusque communio si fuit
digne celebrata nisi forte propter id
quod dicit digne celebrata vellet re-
ferre ad celebracionem sacerdotum
quia ipse celebrare et offerre sacri-
ficium in rebus sensibilibus deo
pertinet ad sacerdotes licet eciam
ex predictis auctoribus nec hoc sequatur
cum pure loquatur de manducacione
et sumpcione corporis Christi nisi forte

auctas allexandri pape qui dicit
nichil in sacrificiis maius esse potest quam
ut dictum est solum sacerdotum
est offerre sacrificia domino Sed iam
p declaracionem auctorum Ambrosii sancti
thome Alberti magni Innocencii
et multorum aliorum qui sequuntur
est diligenter notanda distinctio que
sequitur Ex qua spero per graciam
ihesu xpisti satisfacere omnibus audi
entibus non habentibus animum passione
aliqua obumbratum que distinc
tio presupposita catholice veritate
est ualde clara et ita distincta quod non
poterit contra eam aliquid con
tradicere nisi propria voluntate :–

Sciendum igitur quod triplex est
huius sacri perfectio vz rei signi
et effectus perfectio huius sacri quantum
ad rem consistit in integritate et to
talitate prime rei contente et signate
in hoc sacramento vz ipsius xpisti et sub
utraque specie huius sacri simul totus
xpistus vere et totaliter continetur et
sub altera similiter Unde ibi per omnia
continetur sub utraque specie simul et sub
altera tantum et secundum eundem modum
existendi unde sicut sub speciebus panis
et vini simul totus et unus xpistus
et integer continetur scilicet cum corpore
et anima sanguine et deitate sic
per omnia sub speciebus panis per se sump
tis et similiter sub speciebus vini in minima
et sub qualibet particula panis et sub
qualibet gutta vini et eundem modum
essendi existendi quia sicut sub speciebus
est unita deitas humanitati sic et
sub speciebus vini et sicut hic anima
informat corpus ita ibi Et sicut
hic sanguis est inclusus intra ve
nas corporis ita sub speciebus vini et
ita quoad rem et in modo existen
di rei in hoc sacro nulla est diuersi
tas siue consideretur sub ambabus siue
sub altera tantum speciebus Sed in conversione

est diuersitas quia conversione sacri panis
tantum in corpus xpisti conuertitur vz quod con
carne ossibus neruis et aliis huiusmodi
integratur Cetera vero sunt ibi concomi
tancie naturalis et realis concomitancie scilicet anima
sanguis et deitas que corpori xpisti
realiter et naturaliter inseparabiliter sunt
unita quia ut dicitur ad romanos
vi Xpistus resurgens a mortuis iam
non moritur mors illi ultra non domi
nabitur quod enim viuit viuit deo Unde
cum corpus non viuat nisi per animam
et anima animalis in sanguine est
ut habetur Gen ix necesse est ut naturali
concomitancia sit ibi sanguis et anima
Et cum deitas nunquam corpus quod assump
sit deposuit aut dereliquit necesse
est ut eciam sit ibi deitas non solum absolute
considerata racione sue immensitatis
sed eciam ypostatice et reali concomitancia
Similiter sub speciebus vini est tantum san
guis xpisti conversione sacri directe tamquam
terminus per se conuersionis Corpus vero anima
et deitas sunt ibi ut dictum est concomitanciali
et reali concomitancia Si quis vero
in triduo confecisset hoc sacramentum predicta
realiter fuissent separata in ipso scilicet
corpus sanguis et anima ab utroque
quia sub specie panis fuisset corpus
et diuinitas sed non anima neque sanguis
quia erant in re per mortem separata
Et similiter sub specie vini Hic igitur in
hoc sacro ubicunque est aliqua pars
sacri siue sub specie panis siue sub
specie vini sine aliqua parte corporis
aut sanguinis xpisti ibi est totus et
integer xpistus Unde beatus hylarius
loquens de hoc sacro et habetur de
consecratione dist ii ubi pars / ubi pars est corporis
ibi et totum Jeronimus eciam et habetur eadem
dist sanguis singuli accipiunt xpistum
dominum et in singulis porcionibus totus
nec per singulos minuitur sed integrum

se prebet singulis hug' qo smario
libro iiii dis ii ita dicit Sub utraque
specie totus sumitur christus nec plus
sub utraque nec minus sub altera quia
eius racio est ut ait hylarius in cor
pore christi que in manna precessit
de quo dicitur exo xvi qui plus col
legerat non habuit amplius nec qui
minus paraverat habuit minus Et infra
nec debent dici duo sacramenta sed unum quia
sub utraque specie idem sumitur et habetur
de con dis ii Ubi pars Item hugo
in libro sentenciarum prosperi quia semel im
molatus est christus hoc autem sacri
ficium cottidie est illius id ipsum et id
ipsum offertur. proinde hoc est
ipsum sacrificium solum alioquin
cum in multis locis offertur / multi
sunt christi sed unus ubique est christus
et hic plenus et illic plenus et
habetur de con dis ii de christo In his
auctoribus ostenditur manifeste quod in hoc
sacramento sub qualibet specie est totus integr
aliter plenus christus et sub utraque sil
nimo et in qualibet particula scilicet cum
corpore sanguine anima et deitate
et cum omnibus que ad perfectionem et
integritatem ipsius pertinent Verum
hic debet aliquis fidelium dubitare quia
hec est fidei catholice et omnium sanctorum
doctorum sententia Tercia perfectio huius
sacramenti consistit in signo sive in signi
ficacione quod concurrunt omnia illa
et integre que requiruntur ad to
talem et completam illius sacramenti
significacionem et hec ambe species
sunt et quelibet earum est de integri
tate et perfeccione sacramenti eo quod per ambas
et per nullam earum scorsum suffici
enter exprimitur huius sacramenti significacio quod
patet primo quia hoc sacramentum fecit christus

primo

et indigencium perfecte reficiens
se digne manducantibus / Sed cum per
fecta refectio corporalis non in solo
pane aut in solo vino consistit sed
in utroque simul utique una sola
specierum non potest significare christum
ut perfecte reficientem sed una species
eius per modum cibi reficientis
et famem tollentis racione sui cor
poris et alia per modum potus sitim
extinguentis racione sanguinis verum
nulla scorsum sed ambe simul hec
complete significant / quare ambe
species ad integritatem formis huius
sacramenti requiruntur Secundo quia
hoc sacramentum institutum est in me
moriam dominice passionis verum ut dicitur
hoc facite in meam commemoracionem
et apostolus i chor xi quocienscumque
manducabitis panem hunc
et calicem bibetis mortem domini
annunciabitis donec veniat patet
videlicet christus in sua passione fuit
in corpore suo subiectus multiplici
afflictioni et verum quod eius sanguis
fuit a corpore separatus sed hec non potest
signari nec representari per alteram speciem
tantum sed per utramque simul Igitur
ad completam et perfectam signacionem
passionis christi et representacionis
utraque species requiritur scilicet species pa
nis que post consecracionem in altari
frangitur per quam corpus christi sub
iectum multiplici fraccioni seu
penalitati significatur et species
vini per quam scorsum sanguis
christi effusus ostenditur Ad huius
igitur passionis completam signacionem
requiruntur ambe species Unde augustinus
in libro sentenciarum prosperi Dum fran
gitur hostia dum sanguis de ca
lice in ora fidelium funditur
quid aliud quam dominici corporis

in cruce ymolacio eius quod sanguis de latere effusio designat. Tercio quia sacramentum hoc fit assumpcionis totalis humanitatis assumpte a Christo tam quo ad animam quam quo ad corpus et eciam facit perfectam nostram redempcionem scilicet in anima et corpore. Unde dicit inter similiter in iiii dis. xi quod in duabus speciebus celebratur ut anime et corporis in Christo susceptio et utriusque in nobis liberacio significetur. Hec autem racio non potest fieri per alteram speciem tantum sed per ambas simul ut per speciem panis fiat corpus, per speciem vini fiat anima cuius sedes est in sanguine secundum modum scripture dicentis quod sedes anime est in sanguine. Quarta racio perfecto huius sacramenti est effectus ipsius qui est augmentum gracie, delecio peccatorum venialium, preservacio a futuris peccatis, quedam refeccio spiritualis anime et tandem in perseverantibus et digne sumentibus adepcio eterne glorie. Hic autem effectus ut maximum est non dependet a speciebus sacramentalibus nec eo quod quia representantur per dictas species passio dominica perfectum spirituale nutrimentum perfecta a Christo nostre humanitatis assumpcio et tocius hominis per passionem suam perfecta et integra redempcio. Sed quod perfeccionem et totalitatem rei secundum quod supius dictum est. Unde albertus magnus in tractatu de officio misse sic dicit respondendo ad questiones obiecta etc. Hec autem et similia non est difficile respondere ei qui apud se bene scit sciaz sacramentalem dici etc. Dicendum quod sicut in omni sacramento ita et in isto est aliquid sacramentum tantum sicut forme sacramentales et aliquid res et sacramentum sicut corpus Christi verum et aliquid res tantum sicut gracia interius ad incorporacionem Christo faciendam. Forme enim sacramentales sunt tantum et nichil causant. Corpus autem Christi verum fit et causat et signatur et causatur. Gracia autem interius spiritualiter signatur et causatur et nichil ulterius signat sed causat in mistico corpore incorporacionem que fit fidelium ad Christum et hac de causa ista tria sunt in sacramento. Ista scilicet quod primum est signum et non signatum, tercium autem signatum et non signum, medium autem est significabile et signatum. Quod quidem autem constitucione divina fit gracie sacramenti nomen habet et racionem quia sacramentum est invisibilis gracie visibilis forma cuius speciem gerat et causam exprimat sicut dicit Hugo. Hec albertus. Quintum i. sub utraque specie totus et integer Christus continetur et seorsum sub qualibet; maximum est quod sive sumatur sub ambabus speciebus sive sub altera tantum tamen totus et integer sumatur utroque modo quod indigne sumentibus totus et integer effectus consequitur.

Ista igitur distinctione presupposita venio particulariter primo ad auctores que inducuntur. Et primo ad auctoritatem beati Ambrosii dicendum igitur quod verum est quia in morte Christi liberati sumus et quod hoc sacramentum in memoriam illius et quod ad divini beneficium celebratur et quod ad tuicionem utriusque anime scilicet et corporis utrumque scilicet caro et sanguis sumitur sive sub duplici specie sive sub una accipiatur, unum tamen ad factum hec tuicio utriusque completus et perfectius sub duplici specie quam sub una designatur licet non magis sub duplici quam sub una quo quo ad in sui sumpcione ad peccatorem tuicionem operetur.

quia fractionem faciendam sit et passio-
nis xpi quam ad species visibiles coniunctas
sacerdotes quibus solis ipse dominus dixit
hoc facite in meam commemorationem
Vnde magister sentenciarum dis. ix. in iiii libri post
predicta verba beati Ambrosii subdit sed
tamen sub utraque specie sumitur quod ad utrumque
valet quia sub utraque specie sumitur
totus xpus Sed si in altera tantum su-
meretur ad alterius tantum scilicet corporis et
a[a] anime non utriusque pariter tuicionem
valere significaretur Ecce quod
magister loquitur de significacione non
enim dicit ad alterius tuicionem tantum va-
lere sed ad alterius tantum tuicionem sumeretur
valere ymmo dicit quod sub utraque specie
sumitur quod ad utrumque valet / ad idem est Hugo
in iiii° de sacramentis ubi ita dicit
Inde videtur dicendum quod licet in
duabus speciebus sumatur tamen in utraque
integer xpus sumitur / non enim pars
corporis sine sanguine nec sanguinis
sine corpore ex parte Sed ideo in duabus
speciebus sumitur ut fieretur huius sa-
cramenti duplex effectus valet enim ut
ait Ambrosius ad tuicionem corporis
et anime Et quod sumitur in pane
valet ad utrumque Et similiter quod in vino
sumitur quia in pane totum et inte-
grum sumitur sed si in pane tantum sumeretur
alterum tantum significaretur scilicet corporis tui-
cionem corporis valeret Iterum si in
vino tantum sumeretur licet hoc sufficeret
ad corporis et anime tuicionem tamen hic solum
fieretur quod pro salute anime susciperetur
hec ille Post hec adducit sanctum Thomam
parte iii q. lxxx articulo dicente de
distinctione duplicis specei et similiter est parte
q. lxxvi articulo ii ad quem dicendum
quod sanctus doctor ex proposito et opinione
cione tam in tercia parte quam in 4to sententiarum
et pene in omnibus scriptis suis in
quibus tractat hanc materiam determinat
pro parte consuetudinis romane ecclesie

et eandem consuetudinem multum laudat
et approbat racionem quod in predictis conclusionibus
suis satis sunt diffuse declaratum
Sunt autem doctores allegandi ad
eum sensum quem ipsi intendunt in di-
ctis ipsorum et non ad sensum repugnantem
sicut et sacra scriptura / Sed videtur michi
quod magister apponens obmissa doctorum
clara et manifesta intencionem nititur
et laborat eosdem doctores trahere
in sermonem quemadmodum et medici ob-
seruabant xpum verbis ne credat
se doctores catholicos in hac materia
in contradictione deprehendisse Respondendum
est et primo ad dicta huius doctoris
qui in predictis locis intendit assigna-
re causas quare in consecracione huius sacramenti
utraque species requiratur cum tamen idem
contineatur utrobique et quod una species
nullo supplerit Et ad hoc ostendendum
triplicem causam assignat prima est
expressior significacio dominice passionis
Secunda est expressior significacio
complete refectionis spiritualis Tercia ex-
pressior significacio salvacionis utriusque
hominis quorum omnium representacionem facere
pertinet ad sacerdotes quibus dictum est
et preceptum hoc facite in meam com-
memoracionem Quod autem dicit conveniens
est ut seorsum exhibeatur fidelibus
tam racione usus quam racione effectus
dicendum quod doctor loquitur de institutione
huius sacramenti causas assignando quod non
frustra sub duplici specie institutum
sit etc Id quod dicit quod seorsum exhi-
beatur fidelibus refertur indifferenter
ad ecclesiam et verificantur verba sua
tam in sacerdotibus quam non in sacer-
dotibus quibus sic ex consuetudine mi-
nistrabatur ut dictum est de ministris
quarundam ecclesiarum prout in ordine ci-
sterciensium Id vero quod dicit quod corpus
xpi exhibeatur pro salute corporis et
sanguis pro salute anime sub diversis

Ar

speciebus intelligendum est signanter ut su
pra dictum est et cum quod dictum
est ad auctoritatem ambrosii Et quo in quibus
patet utilitas maior capere sub utraque
specie quam sub una ymmo stantibus
consuetudine vel et statuto ecclesie moderno
cui fideles tenentur conformari
et obedire capere sub utraque est damp
nabile et perniciosum:

Ulterius quod in communione sub utraque
specie augeatur gratia in sumente
sed ratione adiuncte secunde speciei
negatur simpliciter et ad auctoritatem
Augustini dicendum quod dicta Augustini au
ctoritas ponitur in glosa ordinaria
super psalmo xxii In quo psalmo David
enumerat decem dona dei que pre
dicta glosa vocat decem gratias
et pro nona gratiam ponit auctoritatem
iam allegatam que sic incipit
Nota quod calicem id est sanguinem Christi
psalmista per se ponit quasi aliam gratiam
a mensa id est a corpore Christi cum sit
caro sine sanguine etc In qua au
ctoritate glosa implicite solvit
istam questionem cur psalmista enumerando decem
dona dei seu gratias mensam id est corpus
Christi et calicem id est sanguinem distin
guit velud duas gratias id est duo do
na dei Et cum species panis et vini
sint unum sacramentum totale et non duo
et caro Christi non possit de lege communi
esse aut sumi sine sanguine et
econverso eo quod totus Christus est sub utraque
specie Et respondendo reddit istius
distinctionis tres causas Prima est
distinctio essencialis corporis Christi et
sanguinis eius et hanc tangit
cum dicit sed quia caro non est
sanguis et sanguis non est caro
Secunda est diversitas conversionum
et illam innuit cum subiungit
et panis in carnem convertitur
et vinum in sanguinem et non econverso

Tercia est distinctio specierum panis et
vini et istam dat intelligere cum ad
dit et sub diversis speciebus utrumque
sumitur et hec est totalis intencio
auctoritatis illius in qua nulla mencio
fit de communione laycorum sub utraque specie
Et illud quod in fine ipsius ponitur
et sub diversis speciebus utrumque sumitur
refertur ad sacerdotes ad quos per
tinet sub utraque specie conficere et sumere
propter perfectionem sacramenti etc Et ex hoc
patet quod false infertur et male cum
dicitur quod sit alia et alia gratia sub
illis diversis speciebus et racionibus sumentes
sub una non sint utramque quia
illa distinctio tantum ponitur propter tres
predictas que nullam inferunt ali
quam distinctionem in re aut in effectu
Unde et caute Augustinus et glosa inquit
Ideo mensam et calicem hic distin
guit velud diversas gratias ut supra
in principio auctoritatis dixerunt quia calicem
et sanguinem Christi per se ponit quasi
aliam gratiam etc Non enim ait quod
sint diverse gratie sed propter predictas
diversitatis causas dicunt velut et quasi
diversas gratias Ex quo nullum potest
inferri preiudicium eo sub una specie
cum minus contingat in se aut rei aut
gratie etc Illud igitur quod ex predictis auctoritatibus
videlicet Ambrosii Thome et Augustini con
cludit videlicet quod sint diverse gratie sive
efficacie et diversi fructus sub duabus
speciebus negatur ut expositum est
quia ex dictis illorum nichil sequitur
quare fideles intelligere debent quod nichil
utilitatis nichil virtutis nichil gratie aut
cuiuscunque spiritualis effectus sunt per su
mentes hoc sacramentum sub duplici specie
magis quam per sumentes sub altera
tantum ceteris paribus et ex opere operato et
quod eis per hoc nichil aufertur spiritualis
effectus nisi occasio erroris periculi
effusionis et irreverencie que in
multitudine populi magis deserviri et

nus cauti posset accidere in hoc
venerabili sacramento et ministra
tione sub specie vini :-

Ulterius ad auctem alberti magni
dicendum primo quod tempore alberti
magni non dubium est quin mos
et consuetudo unius speciei iam erat in
ecclesia introducta Nec reperitur quod iste
hic doctor profundissimus in loco ali
quo redarguerit aut reprehenderit
quod utique audacter fecisset si ipsam quo
modo credidisset aut putasset illicitam
ymmo predictus doctor putavit et cre
didit non solum ecclesiam posse ministrare
laycis hoc sacramentum sub una specie sed
et credidit quod ecclesia posset etiam
sacerdotibus dispensare ut in illis
partibus in quibus non potest vinum de fa
cili reperiri conficerent sub una specie
panis in tractatu suo de missa circa fi
nem dicit propter intollerabile dam
num animarum quod incurrunt habitan
tes in terris ubi non habetur vinum
expediret ut dispensaretur ut corpus
christi sine calice conficere posset Et
subdit racionem illius dicti dicens quod corpus
enim non est sine sanguine et anima
et deitate quamvis ibi non sit sanguis
vi consecratum Non est igitur dicendum
nec presumendum quod tantus doctor
sibi ipsi in allegatis contrarius fuerit
Ad auctem igitur eius allegatam di
cendum est quod loquitur de sacerdoti
bus celebrantibus et conficientibus hoc
sacramentum quod manifestissime patet et solo cla
rius ex ipsius responsione quam immediate
ad dictum dubium motum subiungit
Circa responsionem magistri Johannes
et ex causa dimisit quia totaliter
facit contra eum magister Gilbertus
rudens ita dicit Sed ad hoc dicimus
quod christus prius quam exhibuit corpus suum
sub specie panis tunc ex quo prius ea exhibuit

primus

sanguinem suum sub specie vini et utrumque
sacramentaliter esse celebrandum precepit
in ecclesia per statuta apostolica et ideo ec
clesia instructa actione christi utrumque
celebrat divisim conficiendo corpus
sub specie panis et divisim conficiendo
sanguinem sub specie vini Sed autem
sic divisim hec duo exhibuit et ce
lebranda instituit christus precepit
propter hoc quod credere et caritate diligere
idem est quod manducare et bibere
immo ecce quod manducare et bibere
idem sunt et spiritualiter quod adcredere
et manducare tamquam ad vinum
et idem sequitur vita eterna per que omnia
luce clarius ostenditur quod predictus
textus Joh. Nisi manducaveritis et
totum illud capitulum intelligitur de spirituali
manducatione et nullo modo de
sacramentali :–

Item xpus removens carnalem
intelligentiam iudeorum et discipu-
lorum exposuit qualiter hec
manducacio intelligenda sit cum
dixit spiritus est qui vivificat caro
non prodest quicquam verba que locu-
tus sum spiritus et vita sunt. Vnde
aug. omelia xxvi. Quid est
spiritus et vita sunt spiritualiter intelli-
genda sunt. Intellexisti spiritualiter
spiritus et vita sunt intellexisti carnaliter
etiam si illa spiritus et vita sunt sed tibi
non sunt. De illa igitur manduca-
tione xpi loquebatur que in se vi-
tam prestat et hec est sola mandu-
catio spiritualis. Sacramentalis autem mandu-
catio non semper dat vitam immo sepe
mortem ut patet per apostolum dicentem. Qui
manducat et bibit indigne iudicium
sibi manducat et bibit. Vnde hec differentia
est inter spiritualem manducationem et
sacramentalem ut in prima parte dictum est
quia spiritualis manducacio semper dat
vitam, sacramentalis vero sepe dat mortem
ut dictum est. Et quod de spirituali man-
ducatione xpus hic loquitur patet quia
vbicumque hic de hac manducatione
loquitur semper adiungit vitam
que utique ad sacramentalem semper non sequitur
immo potius mors. Vnde et in ipso pre-
cepto dicitur Nisi manducaveritis dicitur
non habebitis vitam que est qui mandu-
cat hunc panem vivet in eternum
Et qui manducat me et ipse vivet
propter me. Que nisi de sacramentali intelligerentur
utique semper qui sacramentaliter sumeret semper
viveret spiritualiter quod falsum est quia multi
comedunt ad mortem. Vnde aug. omelia
xxvi super Joh. Quoniam multi de altari ac-
cipiunt et moriuntur et accipiendo
moriuntur. Vnde dicit apostolus Iudicium
sibi manducat et bibit. Non enim bucel-
la dominica venenum fuit iude et tamen accepit
et cum accepit inimicus in eum intra-
vit non quia malum accepit sed quia
bonum malus accepit. Ecce quam ex-
presse aug. quod aut sumptio sacramentalis
est indifferens et ad bonos et ad malos
et ad vitam et ad mortem sed non sic est
de sumptione et manducatione de qua
hoc in loco dominus loquitur, quod aperte
idem aug. eadem omelia loquens
de hoc precepto Nisi declarat ita dicens
quo quidem dicitur et quibus nam modus
sit manducandi ipsum panem ignorat,
vnicuique nisi manducaveritis etc. Hec non
utique cadaveribus sed viventibus loquebatur

Unde nec istam vitam intelligentes de hac re litigarent secundum quod admisit qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam et nam habent quod non habet qui istum panem non manducat nec istum sanguinem bibit nam temporalem vitam sine illo habere homines possunt eternam vero omnino non possunt. Item quod non manducat eius carnem nec bibit eius sanguinem non habet vitam in se et qui manducat eius carnem et bibit eius sanguinem habet vitam eternam. Ad utrumque autem rendit quod dixit eternam non ita est in alia esca quam sustentande huius temporalis vite causa sumimus. Nam qui eam non sumpsit non vivet nec tamen qui eam sumpsit vivet. Si enim potest ut senio vel morbo vel alio casu plurimi et qui sumpserint moriantur. In hoc autem cibo et potu id est corpore et sanguine domini non ita est nam et qui eam non sumit non habet vitam et qui eam sumit habet vitam.

Spiritualis igitur manducatio de qua hic agitur pertinet ad bonos tantum Sacramentalis vero indifferenter ad utrosque. Unde ecclesia cantat in prosa festi corporis christi Sumunt boni sumunt mali sorte tamen inequali vite vel interitus. Mors est malis vita bonis vide pari sumptionis sit dispar exitus. Hic enim petrus et iudas sacramentaliter comederunt sed alter ad salutem alter vero ad dampnationem. Quare patet manifeste quod si predicta doctrina christi de sacramentali manducatione intelligeretur quod omnes sacramentaliter manducantes dampnantur ut de iuda et multi sacramentaliter non comedentes ut pueri et multi martires salvati sunt et salvantur. Nec valet si dicat adversarius quod inter de manducatione sacramentali simul tamen spirituali quia spiritualis manducatio et sacramentalis sunt manducationes oppositis operationibus condistincte et spiritualis quamvis manducatio operatur eam nectio consequens est semper manducanti conferre vitam formalem. Sacramentalis vero manducatio est indifferens ad vitam vel ad mortem licet enim ipse semper sit ad vitam quia ipsum sacrum in se continet fontem vite tamen racionem suscipientis id est quod cum se vita est sit mors male sumenti. Sicut enim bucella domini venenum fuit iude et tamen accepit et cum tamen accepit inimicus in eum intravit non quia malum accepit sed quia bonum malus accepit. Hec Augustinus super Johannem. Cum igitur oppositis effectibus deveniamus in cognitionem oppositarum causarum utique si quis vult christi volumus sine errore venire in notitiam de qua manducatione christus in hoc intelligat necesse est ut conferamus effectus harum manducationum ad ipsas manducationes tamquam ad ipsas causas quia quod in toto isto processu huius capituli manducationi christus attribuit vitam que est opus effectus spiritualis manducationis utique sequitur quod ipso effectu oppositate concludit quod christus loquitur hic de spirituali manducatione. Et sicut quod sensibili numquam possumus venire ad cognitionem hominis inquantum homo nisi aliquod additum ad sensibilem licet etiam ipsum sensibile conveniat homini ita quod eternam vita separatur a manducatione sacramentalem quod non est sibi necessaria nec tamen ipsum annexa quod ipsa vita non potest attribui vel inferri manducatio sacramentalis. Oportet igitur quod sicut quod sensibili infertur animalis sit quod vita in loco predicti inferatur manducatio spiritualis. Precipue cum christus in illa parte te spiritus caro nec prodest nec parti deus faciat quo quod mentionem de sacramentali manducatione. Satis enim mirabile esset quod christus divina sapientia dei virtus et immensa bonitas voluisset sua precepta et salute

humanaz tali in voluto vermi
ob umbrare et tam periculose in
stantibus tpibus velem ecciam
errare et tam longo tpe nimis
inicium aut origo nec memo-
rys homi nec in annalibus scri-
bencium reperitur vn pter pre
dicta manifestissimu signu q no
de sacrali manducacoe loquatur
e quia in pdicto pcepto si sic pre
cepcine teneatur nullaz facit me
coem de spebus panis sz aut vini
ymo q e quociensuncqz loqua
Jn vi de corpe et sanguine nulla
vnq facit mencoem de speciebus
ad ondend q no de specifica seu sa
crali sumpcoe intenda fore va
xpius sz spuali ut dictum e Jtez
si illa va xpi si manducantes et
intelligant precepcine de sacrali
sumpcoe pari rone et illa Qui
manducat meam carnez et bibit
meum sanguinem in me manet
et ego in illo quia no vr raco
quare xpius tam in modico spacio
mutasset modum et fmam dicedi
ut nunc de sacrali et immediate
pq de spuali sumpcoe loqueretur
sine aliqua nota diu'sitatis Sz q
za auctas no intelligatur de sacrali
pz quia cet sensus Qui man-
ducat meaz carnem et bibit meu
sanguinem in me manet i in sa
cto panis et vini manet et ego
i sacrm panis et vini in illo
q nullus sane mentis diceret cteru
q spuali' intelligenda sunt va xpi
et doctrina de manducacoe et bi
bicoe ondit aplus ad Chor x
Nolo vos inquit ignorare fres
qm pres nri omnes sub nube
fuit et omnes mare transierut
et omnes in moyse baptisati sunt in
in nube et in mari et omnes eand
escam spualem manducauerut
et omnes eundem potum biberunt
biberunt autem de spuali sequte

petra petra autem erat xpus sup
quo ait glosa Et colligitur ex dictis au
gustini omnes xxvi omnes eandem escam
manducauerunt spualem quam et nos
corpalem vero alteram i manna q
signat xpm et id credentibus efficit
quare quia visibilem cibum spuali'
intellexerunt spuali' esurierunt spuali'
gustauerunt ut spuali' sacientur Nam
et nos hodie accipimus visibilem ci
bum Sz aliud e sacrm aliud est
virtus sacri sacra illa sunt sacra
sunt et nra et vtiqz eiusdem rei
Manna enim xpm significauit Sicut
panem et altare dei xpus enim e
panis qui de celo descendit si quis
manducat ex hoc pane no morietur
in eternum sz q ptinet ad veritatem
sacri no ad visibile sacramentum
qui manducat intus no foris qui
manducat corde no qui premit dente
Jdeo aplus vigilanter no simpliciter
ait manducauerunt eandem escam
sz addit spualem quia spualez eand
manducauerunt quam et nos corpalez
vero alteram quia illi manna nos
aliud et vigilanter ait pres nri et
no illorum per hoc tm bonos fres quibus
nos similes sumus Nam illi sunt
qui eandem escam spualez man
ducauerunt quam et nos et tm aliud
illi et aliud nos sz spe visibili aliud
q tm id sunaret virtute spuali Hec ibi
Ex quibus vis pz tam apli quam glose
q eand escam spiritalez pres nri
manducauerunt et nos manducamus
et eundem potum spiritalem biberunt
et nos bibimus q nequaq intelligi
pt de sacrali quia ut dicit glosa
aliud ipi aliud nos Qui e cigitur
illa esca spiritalis et quis potus
none caro xpi et sanguinis eius
vtiqz ipe enim mediator dei et homi
xpus ihus qui e caput sup omnez
ecciam ad Ephes j qui edat cibus

et sacietas eius diuinitatem angelorum
eius humanitatem fidelis est tibi et
esca viatorum non solum eorum
qui post aduentum suum in carnem
in ipsum crediderunt sed et preteritorum
Sed quo manducauerunt fide utique et
dilectione tunc eum manducauerunt car
nem qui crediderunt implicite uel ex
plicite filium dei carnem huma
nam de uirgine mortalitatis sibi assump
turum Et simul biberunt eius
sanguinem qui modo simili se cre
diderunt et sperauerunt liberari per
supplicium sue amarissime passio
nis propter summo desiderio clama
bant sancti patres veteris testamenti
per oracula prophetarum utinam disrumperes
celos et descenderes Et rursus
Emitte domine agnum dominatorem terre
de petra deserti ad montem Syon filie
ua ysta sunt ysaie v° ca° Sic itaque
modo manducare carnem suam et bi
bere sanguinem suum turbis iudeorum
et discipulis suis dominus precepit ut
videlicet in eum crederent sicut ipse ait
Qui credit in me habet vitam eternam
Ego sum panis vite et hic est panis
de celo descendens ut si quis man
ducauerit corpore non moriatur et hoc est
in Christo manere et ipsum in se ha
bentem habere Hoc est quod longo sermone
cenantibus discipulorum inculcare volebat
non speciebus panis aut vini dicens ma
nete in dilectione ~~dei~~ mea sicut et ego
patris Et sicut Johannes testatur maxima
caritate feruentissimo ne desiderio
profusis precibus suum dilectissimum
patrem pro hac spirituali manducatione
ut eam sui discipuli haberent roga
bat dicens / non pro mundo rogo sed pro
hiis qui credituri sunt in nomine
meo Rogo pater ut sint unum nobiscum
sicut ego et tu unum sumus pater sancte
serua eos in nomine tuo quos dedi
sti michi Et multo plura inuenta sunt

loca Augustini in quibus dictam auctoritatem
Johannis Nisi manducaueritis et de spirituali ma
ducatione exponit et declarat et ne
omnia preteream omelia ii super Joh decla
rans in festo innocentum illud quod dicit
euangelista videlicet quod multi crediderunt
in nomine eius et ipse Jhesus non se
credebat eis similiter et de plano hic
septimum capitulum Joh inducens et
declarat et exponit de spirituali ma
ducatione Item idem libro iii° de doctri
na christiana qui locus non est parui
pendendus quia in eo tradit mo
dos et regulas ad intelligendum
sacras scripturas et ad accipiendum
verum sensum litteralem sacrarum
scripturarum ubi inducens sepedictam
auctoritatem nisi manducaueritis ita
dicit Si autem flagicium aut fa
cinus videtur iubere aut utilitatem
et beneficientiam vetare figurata
est Nisi manducaueritis inquit car
nem filii hominis et eius biberitis
sanguinem non habebitis vitam in vobis
facinus uel flagicium videtur iubere
figura ergo est precipiens passioni do
minice esse communicandum et suauiter
atque utiliter esse recondendum in me
moria quod pro nobis caro eius cru
cifixa et vulnerata sit Hec Augustinus
Ad idem est glossa ordinaria super eodem
textu Nisi manducaueritis que ita
dicit Sed quilibet quo in vitam eternam
cum quidam ad mortem ut dicit
apostolus Et rudet si quis comedit
in altari cum hac comestione
de qua hic agitur scilicet cum fide o
perante per dilectionem hic comedit
in vitam eternam Si quis vero
aliter in mortem Hec glossa Ecce
quam aperte hec glossa demonstrat
de qua comestione hic agatur
quia de illa que cum fide per di
lectionem operatur Ad idem est Innocentius
in libro de officio misse parte iiii
ca° x super illo verbo accipite et man
ducate ubi ita dicit accipite et manducate

ac si diceret comedite utrumque huius sacri comestionis. Insinuans dupliciter enim corpus christi comeditur quia dupliciter intravit in mundum scilicet quod de virgine traxit et in cruce pependit. Et misticum quod est ecclesia christi spiritu vegetata. De vero corpore dominus ait Hoc est corpus meum quod pro nobis tradetur. De mistico dicit apostolus unus panis et unum corpus multi sumus. Verum corpus christi comeditur sacramentaliter id est sub specie. Misticum autem comeditur spiritualiter id est in fide. De comestione sacramentali dominus ait Accipite et comedite hoc est corpus meum quod pro nobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Hoc modo tam mali quam boni corpus christi manducant sed boni comedunt ad salutem mali vero comedunt ad iudicium. Nisi enim et mali corpus christi manducarent non dixisset apostolus Qui manducat indigne iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans corpus domini. Nam et iudas cum aliis eucharistiam traditam accepisse. De spirituali vero comestione dominus ait Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. Hoc modo corpus christi comedunt soli boni unde qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum etc. in me manet et ego in eo. Ut quid paras dentem aut ventrem, crede et manducasti. Qui manducat id est credit in christum, comedit ipsum qui incorporatur christo per fidem id est membrum eius efficitur vel in unitate corporis eius firmius solidatur. Hec pro maiori longum esset singulos doctores inducere qui hanc auctoritatem et totum processum de spirituali manducatione pure et directe exposuerunt. Sed hec tamen sufficiant pro presenti :-

His itaque presuppositis luce clarius accedo ad respondendum obiectis que videntur facere contra hanc intentionem et declarationem christi et sanctorum. Et primo ad auctoritatem Nicolai de lira et forte aliorum qui videntur dictam auctoritatem Nisi manducaveritis exponere de sacramentali manducatione. Ubi primo reducenda est ad memoriam quedam suppositio generalis quam posui in principio presentis actus. Unde quod inter doctores exponentes sacram scripturam facienda est comparatio in ingenii acuitate, in studii assiduitate, in humilitate iudicii, in immunitate vitii et passionis, in sanctitate vite, in divinis inspirationibus et aliis huiusmodi que prestant auctoritatem doctoribus et ille doctor sequendus est circa expositionem unius passus scripture in quo reperiuntur plures conditiones de predictis et dicta bu ultimus quod doctores antiqui qui in predictis conditionibus excelluisse reperiuntur preferendi sunt modernis doctoribus. Precipue quatuor doctores quos tamquam quatuor columpnas sustentantes ecclesiam catholicam in veritate fidei et doctrine catholice ecclesia recipit et veneratur ut Augustinum Jeronimum Ambrosium et Gregorium inter quos Augustinus precellit ingenio et excellentissimus fuit. Preferenda est igitur auctoritas sua in expositione catholice veritatis omnibus doctoribus modernis quantecumque auctoritatis vel ingenii sint. Et ita magister Nicolaus de lira vel quicumque doctorum modernorum eidem Augustino in aliquo passu contradicere videntur omnino sunt postponendi maxime cum expositio Augustini propinquior est sensui quem auctor scripture intendit vel dicendum et melius quod principalis intellectus literalis illius auctoritatis tamen sit figurativus ut patet supra per Augustinum in libro de doctrina christiana. Et spiritualis quomodo eo modo quo expositum est. Sed ad sacramentalem sepe per quandam adaptationem

a doctoribus adduci consuevit Solent enim doctores sicut et ecclesia multas auctoritates adaptare racionsilitus vel aliam correspondencie vel cum literam vel cum sensum. Namque eciam quod ecclesia in festo assumpcionis decantat quoniam ad literam et sensum eius non est de beata virgine sed ei adaptatur. Sic et doctores loquentes de hoc ineffabili sacramento sepe ad confirmacionem dictorum adducunt auctoritates sonantes vel sonantes similiter vel cum literam vel cum sensum ad intencionem ipsorum sicut cum doctores loquuntur de veritate huius sacramenti probant verum corpus christi in eo contineri per illa verba christi cum dixit hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur et verum sanguinem ipsius per illa hic est calix sanguinis mei qui pro vobis effundetur que verba non possunt intelligi figurative sicut ut illa Ego sum vitis vera / et petra autem erat christus vel alioquovis modo ut quidam hereticorum intellexerunt sed vere et realiter et cum literam / sicut vere et realiter corpus suum pro nobis tradidit et verum suum sanguinem pro nobis fudit et nichilominus ad id probandum inducunt alios eiusmodi sicut in dicto capitulo Johannis vi Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus Et iterum panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita Que quidem auctoritates sunt quadam similitudine quoniam ad literam cum primis sed non quoniam ad sensum cum primum et non immediate quia sine vere et realiter intelligende sunt Sed de autem spiritualiter et secundum eiusdem sensum cum que exposita est illa Nisi manducaveritis Et Similiter in clementinis de reliquiis et veneracione sanctorum si dominum in sanctis per adoptacionem adducitur illa auctoritas Ecce ego vobiscum sum Et ad declarandum

veritatem et realem presenciam christi in hoc sacramento cum tamen de primo suo intellectu non intelligatur nisi de assistencia sua per graciam Sic enim ibidem dicitur In hoc vero sacramento christi commemoracionem Ihesus christus presens sub alia quidem forma In propria vero substancia est nobiscum / ascensurus enim in celum dixit apostolis et ceteris sequacibus Ecce ego vobiscum sum usque ad consummacionem seculi / benigna ipsos promissione confortans quod remaneret et esset cum eis eciam presencia corporali Nec potest dici in hoc loco quod uterque sensus tam spiritualis videlicet quam sacramentalis sint ex equo sensus literales et quod obligat ad utrumque quia illi duplices sensus literales reperiuntur solum in hiis scripturis in quibus aliquid competit figure et aliquid cum excellenciorem modum figurato prout ipse Nicolaus de Lira declarat in illis verbis xvii paralipomenon Ego ero illi in patrem et ipse erit michi in filium Ducetur igitur Nicolaus de Lira vel quod auctoritas sua cedat auctoritati Augustini vel quod ipse exponit predictum textum per quandam applicacionem ad sacramentalem manducacionem Nec dici potest quod christus precipiat / sed dicit quod hic convenienter conceditur huius sacramenti necessitas / dictum est autem quod necessarium accipitur multipliciter et inter alias accepciones accipitur pro utili et sic et ego concedo quod sumpcio huius sacramenti est valde et multum utilis et valde necessaria Eodem modo intelligendum Augustinus quod dicit panem cottidianum huius temporis necessarium id est utilem quod ex ipsius dictis apparet cum dicat dormiunt enim fideles quod accipiunt et bonum est eos accipere non ergo bene infert ex predictis cum dicit ex quo patet quod eucharistia est panis huius temporis necessarius etc Ex

nccitate et precepto xpi excepten-
dus et accipiendo quia non sequitur iste
panis est necessarius .i. utilis et valde
utilis ergo est ex precepto et ultimus
non sequitur hoc sacramentum est ex precepto
xpi ergo sub utraque specie Et quasi pene
in singulis auctoritatibus quas addu-
cit pro necessitate huius sacramenti dictum
modum arguendi tenet et infe-
rendi in quo paralogisatur / mutans
quid in quale et secundum quid in modum
Secundo venio ad tercium modum
dicendi pro expedicione faciliori
videlicet dato quod dicta auctoritas Iohannis
intelligeretur de sumpcione sacramentali et
quod hoc sacramentum sit de precepto vel quo
ad singulos fideles adhuc tamen ad
usum non habent intentum demonstrare
specie namque de necessitate et precepto
huius sacramenti inter doctores multa
videtur varietas Etenim quidam vi-
dentur dicere quod hoc sacramentum namque quo
ad celebracionem seu quo ad confectionem
ipsius per manus sacerdotum in sacra-
ficio est de precepto xpi immediato
et multo magis quo ad sumpcionem
vulgarium dicentes quod verbum im-
perativi in sacra scriptura multipliciter
accipitur et non semper preceptive
Sumitur enim quandoque preceptive quandoque
exhortatorie quandoque optative sive
deprecatorie / quandoque invitatorie quandoque
iuxta vulgarem modum yronice
et fortasse pluribus aliis modis
quos diligens scrutator scripture
posset reperire sed quod ad presens spe-
ctat de predictis modis exempla in
medium adducantur Et pro primo
facit illud Osee prophete cui dominus
precipiens dixit per verbum imperativi
Accipe mulierem fornicariam et fac
tibi filios fornicarios quia terra
fornicans fornicabitur a domino
Et rursus Sapiencie / Diligite iusti-
ciam qui iudicatis terram Pro secundo
scilicet exhortatio facit illud apostoli Sur-
ge qui dormis et exurge a mortuis
et illuminabit te xpistus Et Mathei vi Nolite
soliciti esse quid manducabitis et quid
bibetis etc. Cui est simile quod dixit
Mathei v Nolite iurare omnino neque per
celum neque per terram etc. / prout tradit
Augustinus in libello de sermone domini in mon-
te et in sermone quem de periurio scri-
psit ubi dicit quod non prohibuit dominus
licitam iuracionem De tercio modo videlicet ex
tatorio sive deprecatorio pleni sunt
libri prophetales qui expectantes ad-
ventum xpi verbis imperativis loque-
bantur quorum unus dicebat Veni
ad liberandum nos domine deus virtutum
Et item ostende faciem tuam et sal-
vi erimus Et Ysaie xvi capitulo Emitte
inquit domine agnum dominatorem
terre de petra deserti Et in alio
loco Veni domine et noli tardare
Pro quarto scilicet invitatorio dicitur
Mathei xix Si vis perfectus esse vade et
vende omnia que habes et da paupe-
ribus et sequere me et multa huiusmodi
similia possent adduci ad ostendendum
non semper modum imperativum precep-
tive poni Et de yronico modo mo-
dernis sepe sed quemadmodum si magister
dicat discipulo pigritanti dormi
puer dormi volens eum a dessi-
dio et gravi torpore ad vigilanciam
excitare Dicunt igitur considerata
huius accepcione imperativi modi quod
hoc accipite et hoc facite licet sint
verba imperativi modi non tamen preceptum
importanti et ita similiter ponuntur ibi
ut dicunt exhortatorie et invitatorie
cum dicit hoc facite in meam commemo-
racionem quia nobis proderit ad ma-
gnum augmentum gracie magis po-
tius per modum consilii quam precepti
dictum est sicut et illud vade et ven-
de omnia que habes et ita eciam
se exponunt de glosa interlineali que
dicitur et aliis ministrate qui modo

dicendi satis dicitur qvemens qui
vellet sequi textum Joh. Nisi man-
ducaveritis spiritualem manducationem tunc hac
similem videtur secutus fuisse Alber-
tus magnus qui ut alias fuit alle-
gatus hic per me et lectus dicit quod xpus
utrumque sacramentaliter celebrandum
precepit in ecclesia per statuta apostolica
attribuens preceptum ecclesie xpo tam-
quam principali agenti et imperanti
propter indefectibilem sui assistenciam
qua ipse ecclesie assistit usque ad con-
summacionem seculi Nam ecclesia nichil
potest facere sine xpo ipso dicente Sine
me nichil potestis facere Alii vero
dixerunt et dicunt quod hoc sacramentum quo
ad celebracionem in ecclesia per sacerdo-
tes et ministros in specie utraque est de pre-
cepto xpi immediato Et fundant hoc
preceptum in illis verbis imperative
prolatis hoc facite in meam commemo-
racionem Sed quo ad sumpcionem non sacri-
ficancium aut non celebrancium
non est de precepto xpi sed solum de
precepto ecclesie Et hic sunt in summis
fratribus Allexander de halis et Bonaventura
quorum dicta sequuntur in hunc modum
Nam Allexander de halis in parte summe
sue querens de necessitate actus mandu-
candi querit utrum necesse sit manducare
corpus xpi Et arguit auctoribus
primo Joh. vi Nisi man. etc. Et prima
ad Chor. xi Item ex statuta ecclesie
omnibus utriusque sexus Item quia baptismus
est sacramentum necessitatis Jo. iii. Nisi quis
renatus fuerit etc. Et similiter videtur quod hoc
sacramentum sit necessitatis propter eundem modum
loquendi Nisi manducaveritis etc. In
contrarium arguit quia illud sacramentum
est solum illud necessitatis est quo non suscep-
to non vivit quis vita gratie sicut
patet de baptismo ante susceptionem eius
ergo si hoc sacramentum est necessitatis, utique ante
ipsius susceptionem nullus viveret vita
gratie quod manifeste falsum est quia tunc nullus

salvaretur si moreretur ante ipsius
susceptionem Respondet iste doctor quod
hoc sacramentum non est de necessitate salutis
quantum est ex sua institucione sed si hoc est
hoc est de mandato super addito vi-
gore ecclesia constituit ut fideles qui-
cunt semel in anno et in morte Unde
si quis negligit non est sine contemptu
et peccat mortaliter et hec constitucio
ecclesie est sub precepto [...] unde de-
cretali predicta scilicet omnis utriusque
sexus per predicta rendit predictus do-
ctor ad argumenta Et primo ad
illud Joh. vi Nisi man. dicit quod intelligitur
de manducacione spirituali que est
per fidem sine qua nullus adultus
salvatur nec etiam parvulus Et
iterum etiam quod adducitur de similitudine
baptismi Dicendum aliud de institucione
ecclesie dicit quod eo modo quo insti-
tuta est ab ecclesia debet observari
nec potest intelligi sine offensa sup-
petente facultate hec iste doctor
in summa Item dominus Bonaven-
tura in iiii dis. xii movens questionem
utrum necesse sit ad hoc sacramentum accedere
et arguit eisdem auctoribus hominibus
super Joh. vi In contrarium vero arg-
uit per Augustinum Ad quid paras den-
tem et ventrem crede et man-
ducasti sufficit ergo ad manducandum
credere nec tenemur sumere sa-
cramentum Item effectus huius sacramenti est
delecio venialium peccatorum et au-
gmentum virtutum sed neutrum
est de necessitate salutis ergo etc. Item
si necesse esset accedere parvuli qui
non accedunt nec manducant
omnes condempnarentur etc. Respondeo
dicit iste doctor quod hoc sacramentum non
est de necessitate salutis quantum est de sua
institucione sed si est hoc est ex assumpto
officio vel mandato superaddito
ex assumpto officio quod necesse est
sacerdoti ut cum sacerdos vivit

de altari Sed si in libertate sua remanent non tenetur magis quam homo ex debito sed magis de bono et ex quo Ex materia sup additō quia ecclesia instituit ut fideles communicent semel in anno et in morte [illegible] si quis negligit non est sine contemptu et peccat mortaliter Ratio autem quare ecclesia instituit est quia hoc sacramentum est salubre et multi erant negligentes de sua salute Institucio autem ecclesie sunt sub precepto omnis utriusque sexus cum ad annos discretionis pervenit ut ad minus in pascha recipiat eukaristie sacramentum nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam duxerit abstinendum Alioquin vivens ab ingressu ecclesie arceatur et moriens christiana careat sepultura Constat autem quod hec est pena excommunicatorum Ex hijs patet responsio ad obiecta Item verbum domini Joh vj [illegible] de manducacione spirituali que est per fidem et caritatem sine qua nemo adultus salvatur Hec iste doctor In ista de hac [illegible] opinione fuisse videtur sanctus Thomas dum legeret sententias scilicet in iiij^o sententiarum dis ix q j articulo v ubi sic querit utrum videtur quod manducacio corporis christi sit de necessitate salutis et in fine positis argumentis pro et contra sic determinat dicens quod gracia est sufficiens ad glorie [illegible] omne illud sine quo potest haberi gracia non est de necessitate salutis Sed ante sacramentum presupponit gratiam quia presupponit baptismum in quo gracia datur nec de peccato prevenire [illegible] gracia provenit Et ideo [illegible] est de se non est de necessitate salutis sed de ordinacione ecclesie homines obligantur

vn ecclesie statutum corpus christi semel in anno sumere Hec doctor prefatus qui eandem sententiam in multis alijs locis replicat Alij vero videntur sentire quod tam celebratio huius sacri per modum sacrificij quod fit per sacerdotes quam ex ipsius usus quo ad singulos fideles est de precepto christi et hanc opinionem sequentes adhuc videntur variari quia alij dicunt hoc esse de precepto christi expresso et explicito quantum ad substanciam et ea que sunt essencialia sacri Alij vero ex precepto implicito [illegible] modum videtur sequi Nicolaus de lira cum modum [illegible] thomas in tercia parte summe ubi allegat eundem [illegible] etiam dicit Et spiritualis manducacio includit votum seu desiderium percipiendi hoc sacramentum et cum ipsum in predicta loco spiritualis manducacio expresse cadit et explicite sub precepto christi quod patet quia dictus doctor [illegible] nisi [illegible] declarat et exponit spirituali manducacioni et in ipsa spirituali includit votum percipiendi hoc sacramentum Et ita cum eius intelligenda est auctoritas quia inducit ibidem Luc xxij^o Hoc facite in meam commemoracionem quia sicut in illa nisi manducaverit cum ipsum includit implicite sacramentalis sumpcio sic et in ista cum enim predicta verba communiter cum omnibus doctoribus hoc facite in meam commemoracionem apostolos in sacerdotes ordinavit Si illa verba expresse et explicite quo ad substanciam et quo ad modum obligative ad omnes indifferenter fideles extenderentur manifeste sequitur quod omnibus fuisset collata potestas conficiendi hoc sacramentum viris et mulieribus parvis et magnis et quilibet esset hic sacerdos quod nullo est dubium nec est cogitandum ergo cum

cum intencione predicti doctoris quod preceptum de sumpcione sacramenti in predictis verbis includatur implicite et in medulla. Cum autem in predicto precepto hoc facite in meam commemoracionem duo includantur videlicet species sacramenti que sumitur per hoc pronomen demonstratiuum scilicet hoc et commemoracio dominice passionis oportet quod alterum videlicet id quod est species et pertineat ad omnes. Id autem quod sequitur scilicet quod est consequens et quasi finis quem debet scilicet modus tamen ad sacerdotes pertineat. Ipsa videlicet sub diuersis signis et speciebus dominice passionis representacio. Et quod hec sunt dicti doctoris intencio patet quod articulo inmediate sequenti in quo contra intencionem quorundam videlicet liceat sumere corpus Christi sine sanguine et determinat sicut alias hic lectum est et declaratum. Non est autem primum credere nec est verisimile quod talis ac tantus ac sanctissimus vir et doctor in tam modico spacio sibi ipsi contradiceret ibi ponendo necessitatem sacramenti et hic non necessitatem alterius speciei. In precedenti igitur articulo declarat eadem sub precepto speciem et rem huius sacramenti quo ad omnes. In isto autem articulo declarat et speciem et modum eadem sub precepto solum sacerdotibus non autem vniuersis Christifidelibus. In hac igitur tali ac tanta varietate doctorum nichilominus dicta sua et summas ecclesie iudicio submittencium ipsa sancta mater ecclesia sub initio semper in rebus dubiis recepit et tenuit partem superiorem et tuciorem. Racionem quo ad celebracionem et consecracionem huius sacramenti ecclesia instituit et precepit quod hoc sacramentum frequentaretur in ecclesiis Christifidelium siue corpus precepit siue non precepit similiter quo ad vsum fidelium huius sacramenti ecclesia elegit partem tuciorem

percipiens vniuersis Christifidelibus capacibus et dispositis varie cum varietatem temporum et condicionum personarum sumpcionem eiusdem sacramenti ecclesia varie in modo ministrandi hoc sacramentum non conficientibus. Nulla vnquam fuit varietas opinionum an sub vna vel sub duplici specie possit ministrari quia ut alias dixi ante nouitatem cuiusdam Jacobelli in regno Bohemie non reperitur doctor ab institucione huius sacramenti fidelis et catholicus qui in forma vel in sua mota dubio determinauit quod sicud sit sub duplici vel sub vna specie Christus precepit hoc sacramentum ministrari fidelibus et quod ecclesia non posset sic vel sic in ministracione eius facere et statuere. Ideo et ipsa ecclesia propter multas causas superius allegatas statuit sub vna specie ministrari. Respondendo igitur ad propositum nostrum nichil in predictis difficultatibus temere diffiniendo dico quod si certa ministracio quo ad non conficientes dicti sacramenti cadet sub precepto non tamen vsus eius sub duplici aut sub vna specie cadit sub precepto Christi.

Prosequamur igitur ordinem allegacionum suarum respondendo ad singulas et ostendendo ad oculum et tamquam digito quod per nullam earum concludit intentum. Adducit igitur Ambrosius in glossa Cor. super vos cetera, cum venero disponam etc. Ex quibus infert tamen apostoli quam glose verbis quod apostolus percipit de sacramento dicens tenete quod dixi scilicet accipite manducate et calicem bibite, tenete inquit et non infirmitate nec nouitate. Hec est illacio dicta proponentis que est aliena et abusa

sit tamen a mente apostoli quam a glosa
intellectus huius intellectum sic accipi dicat
enim apostolus cetera autem cum venero di-
sponam glosa autem dicat tenete
quod dixi / cetera autem de eodem id est que
ad huiusmodi sacramenti ordinem pertinet cum
venero disponam. In quibus verbis
nullo datur intelligi ea que
infert dictus componens quoniam
distrahit textum glose ambrosi-
contra intellectum apostoli verum apostolus
in predicto loco non instruit chori-
nthios neque docet qualiter debeat
communicare / sed qualiter pacifice mode-
ste cum discretione cum probatione
conscientie debeant accedere ad sumptionem
huius sacramenti. Unde non refert. Ambros-
tenete quod dixi id est accipite mandu-
cate et calicem bibite et non inter-
mittite nec mutate sed potius te-
nete quod dixi quantum ad devotionem
pietatem conscientie pacem concordiam
et pietatem. Similiter dicendum
ad id quod dicat huius calicis non potest
vel virtutibus predictis ad digne
sumendum hoc sacramentum. Unde huius
calicis non potestis non refert ad digne
sub utraque specie sed ad virtutes de
quibus dictum est. Et licet similitudo
quam adducit de vita corporali
que vel sine cibo et potu non possit
consummari valet transcendendo ad
vitam spiritualem respectu huius sacramenti
non tamen sequitur quod utraque species co-
igatur quia vita anime non con-
sistit in speciebus sed in ipsa vera car-
ne christi et vero sanguine eius un-
tamen sumendo sub una specie
quisque fidelis sumat carnem et
sanguinem manifestum est quod sumit
perfectum alimentum et nutrimentum
quo vivit anima quia vere come-
dit carnem christi et vere bibit san-
guinem eius. Propterea ipse dominus dicat

Caro mea vere est cibus et cetera. Sed tamen simplici-
ter est quod sine sumptione cottidiana
aut frequenti anima non posset stare
vegetari augmentari aut consummari
in vita perfecta et spirituali ut in multis
sanctis patribus et specialiter in sancto paulo primo
heremita qui per xl annos mansit
in heremo absque huius sacramenti sumptione.
Similiter de sancta maria egipciaca que
fere per totidem annos sine communione
mansit / Et ad Nicol. de lira dicto
quod ipse loquitur persuasive et communiter
inducens populum ad frequentem sumptionem
huius sacramenti quod utique valde est. Non
autem intendit ibi necessitatem precepti
nam inducere ad cottidianam sum-
ptionem vel frequentem et multo minus ad
frequentem sumptionem sub utraque specie.

Ad autem paschasii dicendum
quod ipse loquitur de carne et sanguine
que duo prestant vitam anime non
aut de speciebus panis et vini que
cum se nichil causant in anima
immo nec gustat eas cum corpo-
raliter sumat et corporaliter in stomachum
trahunt. Unde dicat quod intimum et pre-
cium est et cetera. Quod autem dicat quod ideo
bene simul in calice redimitur quia
de uno calice passionis christi hec duo
nobis manaverunt. Intelligendum est quod
caro christi et sanguis in calice accipiuntur
id est traduntur quia etiam in calice totus
et integer christus continetur sicut et
sub specie panis et qui hoc non credit
infelix est quia si cibo et potu materiali
vita humana sustentatur multo
magis carne et sanguine domini in
vita spiritualis / potius autem in hoc
loco hic doctor calicem nominavit
quam panem / quia comparat effectum
huius sacramenti ad passionem christi sanguis
ad tantum que passio magis in specie
et in similitudine vini exprimitur. Et etiam
quia passio in scriptura calix appellatur
ut illud potestis bibere calicem quem

prima

ego bibiturus sum. Et iterum dominus in orto in monte dicit pater transfer a me calicem istum etc. Et quia de vino tali et passionis Christi et quarte sunt in dicta auctoritate pascasii nulla mencio sit de pane et vino sed solum de cibo et potu que domino carni et sanguini Christi attribuit utique non bene refert propones dicti doctoris intencionem ad sacramentum panis et vini:

Ad auctoritatem sancti Thome et doctoris subtilis Scoti sed dicendum quod nulla earum probat aliquid de duplici specie sed solum volunt quod sumpcio sacramenti huius sit de precepto Christi et non aliud intendunt dicti doctores eo modo quo superius declaratum est. Et illud autem quod infert ex dicto Scoti quod sumpcio seu modo sacramenti est maioris necessitatis quam consecracio tamen sumus melior et nobilior ipsa consecracione et dicit quod hic est contra omnes adversarios huius veritatis dicentes consecracionem esse de precepto non communionem sed salva gracia sua adversarii quos sub utraque specie non dicunt hic sed dicunt oppositum quia dicunt quod simul consecracio et sumpcio que fit per sacerdotem in altari perficiunt simul unum sacrificium quod prodest non solum ipsi consecranti sed toti ecclesie militanti et etiam dormientium in purgatorio et in hoc tali sacrificio utique consecracio ordinatur ad sumpcionem in qua et ipsum sacrificium perficitur Sed videlicet aliqui Et quod non conficientium non est necessitatis neque precepti nisi ecclesie. Iterum quod infert ex dictis Scoti quod omnibus loquitur Christus ut ipse dicit et omnes obligat ad manducandum et bibendum sacramentaliter dicendum quod salva gracia infertur ex dictis Scoti non potest elici quod illa auctoritas Christi obliget ad manducandum et bibendum sacramentum sub duabus speciebus sacramentaliter cum expresse teneat Scotus oppositum ut alias ostendit cum digito et ad oculum ex verbis suis declaratum.

Post predictas auctoritates inducit auctoritates conciliorum generalium et canonum que similiter probant nisi necessitatem precepti ad sumendum carnem Christi et sanguinem in sacramento nec tamen probant preceptum Christi sed tamen ecclesie que habet auctoritatem ligandi et solvendi statuendi et precipiendi et tale preceptum obligat ad penam eternam quemadmodum et precepta divina etc. sicut contemptores legum divinarum sic contemptores legum ecclesiasticarum et hic in futuro si sine penitencia decesserint debent puniendi etc. Ideo ecclesia sancta ita necessitatem imponit subditis eisdem sicut et lex divina quia ipsa lege divina precipiendi et statuendi auctoritas ecclesie data est iuxta illud Luce x Qui vos audit me audit et qui ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus Et iuxta illud Super kathedram moysi sederunt etc. quecumque dixerint vobis facite etc. Item quecumque sit nulla predictarum auctoritatum desunt sibi quocumque modo intelligat aliquid ad propositum duplicis speciei:

Ulterius magister ponens inducit auctoritates ad probandum quod ille textus Joh. vi Nisi manducaveritis etc. intelligitur de manducacione sacramentali et bibicione et non de sola spirituali Et primo per glosam duplicem ordinariam dicendum quod dato quod illa auctoritas intelligatur de manducacione sacramentali non sequitur ex dicto textu habetur necessitas duplicis speciei nec ex ipsis glosis immo ex dictis glosis habetur videtur sufficiencia unius speciei et comestionis, Nam in nulla fit mencio de bibicione vini sed de sola comestione Et ultimus utique

glosa exponit de comestione altaris
et per quas glosa trahit hunc textum
ad sacerdotes qui soli conficiunt et
comedunt in altari etc. intelligendo
siue spiritualiter ut Augustinus et alii doc
tores antiqui siue de sacramentali co
mestione altaris bene dicunt quo
ad textum a contrario sensu omnes
aduersarii dicendo illam literam
non exponendam esse de spirituali uel
sacramentali manducatione altaris sed
eam debere trahi ad communionem lai
cam utriusque speciei perperam et
male dicunt. Deinde adducat
auctoritatem Remigii multum et satis
longam super eodem uerbo Nisi man
ducaueritis etc. In qua tota auctoritate
et in omnibus proponentes ex ea clarius
non reperio nec uideo aliquid in quo
possit uel ualeat suum fundare
intentum quo ad preceptum com(munionis)
sub utraque specie. Deinde quo ad au
ctoritatem communionis plus facit contra
eum dicta auctoritas quam contra
tenentes oppositum nam cum dicat
ad hanc spiritualem alimoniam
ad hoc misticum epulum et diui
num nos dominus inuitat manife
ste declarat se loqui de spirituali mandu
catione quod manifestius declaratur eo
quod inter dicit in paragrapho Iam
uero subsequenter exponit quid id
sit et quid sit manducare car
nem eius et sanguinem bibere.
Qui manducat inquit meam
carnem et sanguinem meum bibit in
me manet et ego in eo. Hoc pro
fecto est hanc escam manducare
et hunc potum bibere manere
in Christo et Christum in se habere ma
nentem etc. Ubi hic doctor sanctus
Remigius conformiter ad Augustinum
exponit quiditatiue et essentialiter
quid sit manducare carnem eius
et sanguinem bibere. Et respondet
Qui manducat inquit carnem meam etc.
Ubi expresse declarat quod manducare
et bibere in hoc loco sumitur pro manere
in Christo et Christum in se manentem
habere. Ad eundem sensum totum residuum
illius auctoritatis tendit scilicet de spirituali man
ducatione nec obstat de exemplis
que inducit de comestione sacramentali
ut expositum est in dictis Augustini
loquens enim Augustinus et Remigius a
breuiator eiusdem de uero sensu quem
Christus intendit in hiis uerbis scilicet de
spirituali manducatione adducunt ser
mones de sacramentali manducatione
sicut cum adducitur figura ad fig
uratum et sacramentum ad id quod est et figurat
sicut si loqueremur de passione Christi
et adduceremus figuras ueteris testa
menti que Christi passionem designabant
utique non omnia que dicuntur de ipsa
passione Christi in se et que dicuntur
de figuris illis ad idem refererentur
quia semper aliud est figura et aliud
figuratum. Similiter si loqueremur de
corpore Christi uero in hoc sacramento contento
et adduceremus materiam sacramenti ut puta
panis et uini utique non quicquid
dicitur de uero corpore Christi hoc intelligeretur
de speciebus nec econtra. Ita esse in proposito
Cum enim hoc sacramentum altaris contentum
ad species suas et contentum ad primam
rem contentam que est uera caro Christi
et uerus sanguis eius. Sic sacramentum
corporis Christi mistici uidelicet omnibus mate
rialiter sacri intelligentibus. Si doctores
loquentes de corpore Christi mistico et
spirituali et carne eius mistica addu
cant materiam huius sacramenti siue quo
ad species siue quo ad ipsam primam
rem eiusdem sicut signi ad signa
tum et sacri ad id cuius est sacramentum
non est dicendum quod idem sit et quod ad
idem referantur omnia que dicuntur
tanquam idem esset signum et si
gnatum res et sacramentum. Et hec est
perfecto saluo iudicio meliori vera

Prima

intencio Augustini et Remigii et mul-
torum aliorum doctorum dictum
talium. Johannis exponencium qui ex-
ponentes de spirituali corpore Christi mi-
stico et de manducacione adducunt
maiorem sacramentum altaris tamquam signum ad
signatum et sacrum ad id quod sacrat
et signat. Ulterius dato quod Remigius
loquitur in illa parte ad hanc spi-
ritualem alimoniam de sacramento altaris
ad hunc ulterius ex ipsis verbis suis de-
claratur quod non necessitatem sumpcionis
huius sacramenti asserere voluit cum dicat
tamquam necessitatem assumende alimo-
nie nobis indicat. Per hoc enim non dicit
tamquam tamen sit ad verum similitudinis
utique similitudinariam non perfectam necessita-
tem expressit per quod dat intelligi quandam
magnam et vehementem utilitatem
non precepti innuit necessitatem. Ulterius
patet aliud per illud scilicet quod sequitur quod dictus
sanctus Remigius non accepit in verbis
predictis stricte necessitatem, nam infra
dicit quod ipse dominus misterium sui cor-
poris et sanguinis cottidie a fidelibus
per sacerdotum ministerium fieri mandat
racionabili sacramento quod utique ipse accipiendo
mandatum et preceptum nullo modo stare
potest in veritate quia omnino catholice ve-
ritati secundum quod patrum tradicionibus
et simul est contrarium et adversum quod
nullos dimittit obligare universam
fidelium congregacionem ad huius ve-
nerabilis sacramenti cottidianam sumpcio-
nem. Augustinus et habetur de consecratione distinctione ii. Cot-
tidie eukaristiam sumere nec laudo nec
vitupero etc. Dicendum igitur quod Remi-
gius in dicta auctoritate verbum mandati
large accepit non pro precepto ipse sed
pro exhortative, quia cum qui taliter posset
disponere vitam suam ut omnino
caveret a peccatis mortalibus et ex
sumpcione cottidiana sentiret se in
devocione ac fervore proficere valde
necessarium esset et utile si sic disposite
frequenter et cottidie ad hoc sacramentum
accederet. Sicut igitur hoc verbum manda-
mus ipse non potest determinare illud quod
dicitur cottidie, sic nec determinat
illam necessitatem. Ex omnibus hiis pre-
dictis hoc indubie habetur et manifeste
quod dicta auctoritas Remigii in nullo
deservit sibi ad quorum laycam sub
utraque specie. Item auctoritates Augustini quas
quodammodo induxit que videntur eidem
doctori contrariari qui ut dictum
est sole clarius et luce meridiana
in multis locis declaravit eucharistiam
Johannis debere intelligi de spirituali man-
ducacione non esset difficile respon-
dere eiusdem doctorem ad concordiam
revocando ex libris eiusdem ex
quibus dicte auctoritates assumuntur.
Nichilominus quia ipse cohortator dicto
quod nulla predictarum auctoritatum dato
quod omnes intelligerentur de sacramentali sump-
cione probat propositum de duplici specie
in communione laycali. Et sunt auctoritates
Augustini. Prima in libro primo de
meritis et remissione peccatorum. Secunda
contra Cresconium gramaticum.
Tercia in sermonibus dicte prime in
adventu domini. Quarta libro primo de
baptismo parvulorum ut ipse allegat
eam que incipit Aufferatur ergo
dubitacio etc. que tamen ponitur in libro
de meritis et remissione peccatorum
nisi velit unum et eundem librum
pro dicto duplici titulo insignire.
Quinta psalmo lx super illo verbo
adorate scabellum pedum eius.
Unde ut detur occasio volenti
dictas auctoritates Augustini intelligere
in quo sensu ab eo prolate sint
subiungo auctoritatem sanam que
habetur transsumptive de consecratione distinctione
ii ca. Nulli. Ambigendum est ubi
ita dicit: Nulli ambigendum est
tunc corporis et sanguinis domini unum-
quemque fidelium participem fieri

qui membrum christi in baptismo
efficitur nec alienari ab illius
panis calicisque consortio etsi ante-
quam panem illum edat et ca-
licem bibat de hoc seculo in uni-
tate corporis constitutus abscedat quia
illius sacramenti beneficio non privatur cum
ille hoc quod illud sacramentum significat
invenitur in illo enim sacro corpore
et sanguinem suum nobis commen-
davit quod et fecit nos ipsos nam
et nos corpus christi facti sumus
Hec Augustinus Et idem idem ad Boni-
facium ita scribit et habetur eadem
dis. iiii c. In ecclesia ubi ita dicit
Non cogitetis ullatenus hic non posse
parvulos qui sunt expertes cor-
poris domini ihesu christi dicente domino
Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. [illegible]
est enim tunc unicuique corporis
et sanguinis domini participem fieri
cum in baptismo membrum christi
efficitur Hec Augustinus Ex hiis an-
tedictis et ultima resolucione quam
facit idem doctor dictorum suorum
libro primo de meritis et remissione
peccatorum sive de baptismo par-
vulorum studiosus lector et
prius dictum excellentissimi
doctorem non contrarium nec
sibi ipsi dissonum sed maxime con-
formem et concordem in suis
dictis et scriptis clare percipiet et
intelliget:

Similiter dicendum est ad auc-
toritates Origenis et Crisostomi
quia ex ipsis nichil concluditur
ad necessitatem communionis sub utraque
specie cum nullam mentionem faciant
de specie vini sed solum de carne et
sanguine que ita integre plene
et perfecte sumuntur a fidelibus sub
una specie sicut si sumuntur sub
duplici Similiter dicendum est ad auc-
toritatem Ambrosii quia nichil facit ad pro-
positum de precepto aut necessitate communionis
sub utraque specie Eodem modo ad dictum [illegible]
machanum dicendum est quod nichil confert
sua auctoritas ad communionem utriusque spe-
ciei immo quantum potest concipi ex verbis eius
dictus textus Johannis Nisi manducaveritis non intelligitur
de manducatione sacramentali quo ad inten-
cionem suam dicit enim Si quis vero
dictum salvatoris omnino velit accipere
de manducatione et bibitione sacramentali
tunc intelligendum est cum modificatione
etc. ubi expresse et manifeste declarat
se sequi non ex sua intencione tamen
dicit si quis vero Ad auctoritatem vero
Eusebii dicendum quod Eusebius loquitur
de consecratione qua christus in cena
vinum in sanguinem commutavit et
cottidie commutat in altari quod ma-
nifeste ostenditur ex verbis eius cum
dicit Videte quam evidenter constat
vini creaturam christi sanguinem nun-
cupandam quod utique non fit nisi in
altari ubi prius est vini creatura
Et deinde christi sanguis post consecrationem
est et nuncupatur post quam consecrationem
nullus sanguis christi est vini crea-
tura Et adhuc semper per quandam ad-
aptationem ad sacramentum altaris inducit
auctoritatem Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc.
Et preterea dictus doctor nullam mentionem
facit in predictis verbis de communione layca-
li aut de precepto sive de necessitate illa
de qua hic loquimur nec etiam de qua-
cumque alia Et hec dicta sunt ad
secundam partem sue posicionis ad
laudem et gloriam omnipotentis dei
amen:

Ulterius prosequendo terciam partem
sue posicionis exponens ita
dicit Cum autem plurimum ad di-
saniorum divinissime communionem sub
utraque specie quo ad laycos sunt tot
testimonia et scripturarum auctoritates resistere

non valentes ipam comunionem benedicte eukaristie sub vtraque spe ad laycos fideles concedunt quam ipse esse et de se ee licitam et catholicam quia a xpo institutam et ab aplis et ecclia primitiua practisatam et hec eorum confessio pz per eorum plurima scripta sz in hec latibulum omnes confugiunt dicentes quod ipa comunio vtriusque speciei non sit de precepto Hec respondens dico non propter auctes et racones quas aduersarii adducunt quia nulle sunt sz propter veritatem in ipse quod comunio huius sacri rationaliter se consita est licita et catholica et digne sumentibus ac devote multum vtilis ac necessaria sz quod fiat sub vna vel sub duplici spe e indifferens ad initio vel deinceps nisi per quod ecclie consuetudo aut statutum determinat ad vnam vel ad duplicem speciem Quam xpus instituit sacramentum sz modo eciam dispensandi reliquid ecclie ut tenent omnes doctores concorditer Cum igitur consuetudo ecclie habebat duplicem speciem tunc nulli licebat comunicare sub i spe in locis in quibus huiusmodi consuetudo servabatur Et sic opposita consuetudine in ecclia ex racionabilibus causis invalescente et maxime statuto et precepto vniuersalis ecclie confirmata nulli licet non conficienti comunicare sub vtraque spe Ideo nullo concedimus ipam comunionem sub vtraque specie ee licitam et catholicam quo ad laycos licet sic xpus fecit et aplis tradidit Et aplus in primitiua ecclia corinthiis sic facere permiserit stante statuto ecclie in oppositum confugimus in latibulum quam e locus hereticorum dicentes quod ipa comunio sub vtraque spe non sit de precepto ymmo manemus in ipa veritate catholica

primo sicut in ciuitate super montem posita que omnibus sole clarius elucescit Ad auctes igitur ewangelistarum Matth xxvi Mar. xiiii et Luce xxii dico quod sunt narratiue qualiter ewangeliste narrant modum quem xpus tenuit in confectione huius sacri Et vnde hoc facite quod innuit preceptum si preceptiue teneatur refertur ad aplos quos per illa verba in sacerdotes ordinauit et ad eorum successores tm Alioquin omnes viri et mulieres essent sacerdotes et possent hoc conficere sacramentum quod nullus sane mentis dicit Ad glosam autem que dicit et aliis date dicimus quod glo. non dicit quod xpus precepit aplis aliis sic dare Date enim quod non creditur pro primi quod xpus precepisset discipulis dare aliis hoc sacramentum non tamen precepit sic dare quapropter notanter glosa non expressit sicut taliter vel hoc modo aliis date eis tanticum ecclie dedit fragilibus etc Similiter dicimus quod xpus sacrificium istud instituit et commisit ipsum celebrandum solum presbiteris in quo sic sit conficit sumere non sufficit dare ceteris quapropter notanter dicit quamquam sic conficit vel sumat et dat ceteris de sacerdotibus enim loquens dixit quamquam sic conficit ut sumat de laycis vero non dixit ut sic sz sub duplici spe det ceteris sz plane dixit et dabit ceteris Et quod ipa sit mento illius cantici pz tam ex summo pontifice et compositore officii cum comparat ecclia cantante dictum canticum Nam tempore vrbani iiii doctor sancti cum officium corporis xpi et predictum canticum composuit per totam eccliam vniuersaliter erat vnius speciei consuetudo vt ex doctrina eiusdem doctoris

Ad nicolaum de lira dicendum est contra opinionem suam et comunem

vnde dicit quod per illa verba hoc facite innuitur
ecclesie huius sacri vsus Sed non habetur
ex hoc quod iniungatur laycali populo
vsus communionis sub vtraque specie Item
ad auctoritatem damasceni cum dicit di
xit dominus ihesus hoc est corpus meum
et hic est sanguis meus et hoc faci
te omnipotenti eius precepto donec veniat
Dicendum est quod ibi preceptum dama
scenus non intendit referre ad a
postolos quasi ipsis sit preceptum ut
sic instruerent alios sed refert ad naturam
panis scilicet et vini consecrandorum ut obe
diat precepto omnipotentis dei siue christi
domini videlicet ad verba prolata sacerdotibus
panis et vini substantia in corpus et sa
nguinem christi diuina et omnipotenti vir
tute conuertitur Est igitur sensus et
hoc facite id est conficite et consecrate si
gnificando nature substantiam in corpus
christi et sanguinem non vtique virtu
te vestra sed omnipotenti eius precepto quo
scilicet non solum ea que sunt possunt
conuerti in alia sed etiam ea que sunt
possunt in nihilum redigi et ea que
non sunt ad esse produci vnde quod dicitur
in psalmo ipse dixit et facta sunt ipse
mandauit et creata sunt Si enim
damascenus voluisset referre
illud preceptum ad apostolos ut sic
deberent facere donec veniat suf
fecisset sibi simpliciter dicere hoc fa
cite precepto eius sine addicione omni
potenti quia ad mandatum ob
ligatorium faciendum non exi
gitur omnipotencia cum et prelati et
principes homines possunt obligatorie pre
cipere Cumque non est omnipotencia que
vtique ad naturam transsubstanciacionem
subitam et instantaneam de ne
cessitate requiritur et ad hunc eun
dem sensum ipse loquitur pastasius
in sequenti allegacione cum dicit
Crede o fili quia ita est quomodo ipse
dixit et dubitare fas non est

ipse mandauit et creatum est preceptum
posuit in meam commemoracionem facite
Nam tota intencio pastasii in hoc
loco est inducere fidem transsubstanciacionis
panis et vini in veram carnem
christi et in verum sanguinem eiusdem
ad quam transsubstanciacionem credendam ipse
hortatur quemlibet fidelem quod ex verbis
eius patet et ex persuasionibus cum dicit
Crede o fili etc. et ibi premittit faciendi
est preceptum posuit et per modum
est in meam commemoracionem facite quod
quidem tamen sit siue pastasius siue da
mascenus siue Nicolaus de lyra
et quicumque alii dicant quod illa verba
hoc facite in meam commemoracionem
dicta sunt a christo apostolis preceptiue
et in persona ipsorum ceteris sacerdo
tibus et pro quibus ecclesie in cuius tenet
hoc sacrum celebrare conficere et passionem
christi sub vtraque specie representare
in conspectu et presencia fidelium quando
nec tamen aliquid sequitur pro communione
sub vtraque specie Ad illud igitur quod in
fert opponens quod per illa verba hoc facite
intelligit non solum confectionem sed et ma
nducacionem et bibicionem sacramentalem et quod
per illa verba dixit preceptiue dicendum
quod preceptum illud si tamen preceptiue te
neatur extendit se simul ad confectionem
et ad manducacionem et ad bibicionem
quo ad ipsum conficientem quia sacer
dos conficiens tenetur sicut conficere
sic et vtrumque videlicet sumere seorsum
et separatim sumere Vnde non sequitur
quod per illa verba dominus preciperat so
lum manducacionem et bibicionem
sacramentalem cum quod respicit vtrosque omnes
sed non possunt manducacio et bibicio
sunt coniuncta confectioni sed in ipso
sacrificante :

Hoc autem sancti thome dictum est
in precedentibus quod in dictis verbis
dictus doctor intendit fundare pre
ceptum vnplicate sacri cum se considerati

sed non sub utraque specie quam in sequenti
articulo dicit non esse de necessitate neque de
precepto. Item 2um quod sicut in prece-
dentibus aliqualiter aptum in hoc
sacramento duo sunt attendenda vel ea que
sunt essencialia vel ea que sunt ac-
cidentalia. Quantum quoad essencia-
lia que sunt forma materia intencio
et ordo, Christus dedit preceptum quod
utraque invariabile ac immutabile est
sed non quantum ad accidentalia cuius-
modi sunt tempus condicio vite modus
sumendi / ritus conficiendi et huiusmodi
que Christus dimisit in potestate ecclesie ut
circa ipsa ordinaret prout est spiritus sanctus re-
ctor eius inspiraret. Unde sicut in potestate
ecclesie fuit statuere ut non nisi ieiu-
nis hoc sacramentum conficeretur et quod nisi
necessitatis casibus sumeretur cum tamen
Christus post cenam ipsum confecit et discipu-
lis dedit ad sumendum. Et sicut in potestate
fuit ecclesie pro aliquo tempore in fermentato
conficere licet Christus in azimo confecit
sicut eodem et pari modo fuit et est
in potestate ecclesie propter aliquas necessita-
tes et rationes mutare modum commu-
nicandi laycos ut videlicet sub una et non
sub duabus speciebus quemadmodum Christus
tradidit communionem. Nec videtur ra-
cio quare potius illa que huiusmodi
mutare potuit tamen iste modus ita se
habeat per accidens sicut et illa et dis-
tinctio hec expresse innuitur in pre-
cepto Christi cum ait hoc facite non autem
dixit sic vel hoc modo facite hoc enim
ad substantiam refertur non ad modum. Sed quod
arguit proponens quia ipse Christus ad
utrumque addit preceptum hoc facite
ut ait apostolus dicendum quod materia in hoc sacramento
potest duobus modis considerari. Quoddam res
rei contente cuiusmodi est verum corpus
Christi et verus sanguis eius aliud
res rei signate cuiusmodi est passio Christi
resurrectio spiritualis unio corporalis et aeterne

primum

Si qua sunt que in hoc sacramento requiruntur
racione primi panis et vini cadunt
sub precepto disiunctive quia vel utrumque
vel alterum ipsorum sufficiat tamen sub
utraque et sub altera ipsarum verus
et integer Christus continetur ut fuit
declaratum in superioribus satis diffuse.
Racione vero secundi cadit utrumque
copulative sub precepto quia passio
Christi non potest perfecte representari sub al-
tera ipsarum et hoc exprimens Christus
verbis expresse comprehendit. Non
enim ait simpliciter hoc facite / sed addit
in meam commemoracionem. Si enim
dixisset tantum hoc facite planum
esset quod altera species sufficeret quia
vero addit in meam commemoracionem
utraque necessaria est. Unde et Paulus utrumque
complexus est copulative in huiusmodi
commemoracione facienda dicens: Quo-
tiens enim cumque manducabitis panem
hunc et calicem bibetis mortem
domini annunciabitis donec veniat.
Ideo quod ad utrumque apposuit
preceptum ut utrumque simul
ostenderet fore necessarium ad huiusmodi domini
mortis representacionem. Si enim solum
ad unum apposuisset videretur quod
sola species sufficeret ad representacionem.
Unde apostolus est declarativus littere evangeli-
ste in hac parte sicut et Lucas
aliorum evangelistarum qui non fecerunt
mencionem de huiusmodi precepto quia
vero huiusmodi commemoracio dominice passio-
nis conficientibus sive sacerdotibus
precepta est ut ex superioribus patet cum
ait facite quod idem est quod conficere vel
sacrificare. Idcirco sufficit quod soli
sacerdotes in ecclesia coram populo
conficientes et sacrificantes huiusmodi
representent passionis signum exteri-
oribus speciebus scilicet panis et vini
non autem quod sic ceteri instruerent et
licet non sacrificantes sumerent sub
utraque specie sicut antiquitus Corinthii

faciebant et modo faciunt greci
similiter et reputarent mortem
domini sicut et sacrificantes non tamen
eodem modo quia sacrificantes
ex precepto hii vero sine precepto et
utique expressius sacrificatis quia
non solum in sumpcione sub utraque
specie sed principalius in consecratione et in
elevatione et ceteris signis et ritibus
Christi passio reputatur quam in sola
sumpcione :

Ad autem cipriani que hic
ponitur Et ad ceteras que
infra ponuntur Primo dicendum est
quod non omnia opuscula neque dicta eiusdem
martiris ab ecclesia acceptantur
Ipse enim cum octuaginta episcopis in
quadam sinodo provinciali sub eodem
Cipriano in civitate Carthaginensi
celebrata dixit hereticos et scismaticos
non posse baptizare Et quod baptismus
ab hereticis collatus est lavacrum
diabolicum In quo tamen ipse non tenetur eo
quod ecclesia oppositum diffiniat ut habetur
in decretis distinctione Sed secundum et in multis similiter
distinctione in contra quem in hac materia
egregius doctor Augustinus edidit li-
brum quem de unico baptismo no-
minavit de quo martire idem Augustinus
dicit Ego vis sanctitate Cipriani
eidem adhesissem nisi me romani
sinodus retraxisset Et subdit ergo
dicta cipriani non approbo cuius mar-
tirium veneror / cuius ingenium
laudo quia nec ecclesia approbavit
ubi male sensit hic purgatum
est igne passionis hec Augustinus
Ubi bene attendendum est excellentis-
simi doctoris Augustini eorum et do-
cumentis et perpetue memorie re-
tinendum libenter si quidem cum super-
stitatem cum propter excellenciam
ingenii sciencia fuisset opinionem
cuius sancti et gloriosissimi martiris
Cipriani quod tamen non fecit propter
romanam sinodum que oppositum illius
determinaverat nec ausus fuit dicta
Cipriani approbare que non approbaverat
ecclesia Si tantus doctor et tam ex-
cellentissimi ingenii ac sanctissime
vite scilicet Augustinus sed non fuit ausus sequi
tam sanctissimum et profundissimum
martirem stante in oppositum determina-
tione ecclesia quid faciemus nos
miseri homunculi qui vix scimus
alphabetum componendo balbutiendo
non dico profunda scripture indagari
in quibus prudentie mee innitendo
ecclesia tenere unius hominis quantumcumque
sancti et excellentis ingenii sinat
aut sensum nostrum preponentes et an-
teferentes sine et determinacioni ecclesie
catholice absit hoc a nobis et a
cordibus cunctorum Christi fidelium
predicta Pro certo premissi de dicto mar-
tire non est volumus in hac ma-
teria negare sed ut appareat quod non
in omnibus eius doctrina est sequenda
dicendum igitur quod nec in ista auctoritate
nec in omnibus aliis sequentibus
quocumque predictus martir nec implicite
nec explicite ponit aut dicit quod non
utriusque speciei quo ad laycos est de
precepto Christi aut de mandato eius
de tamen in hac auctoritate loquitur de sa-
cerdotibus et celebrantibus quibus
dominus precepit facere in commemo-
racionem sue mortis quod patet quia
loquitur in prima persona qui erat
episcopus et eis loquebatur et scribebat
episcopis quibus utique preceptum fuit
ut facerent in commemoracionem mortis
domini Unde dicit quod si a domino pre-
cipitur ut quocienscumque biberimus
in commemoracionem domini hoc faciemus
Hanc autem reprehensionem faciebat
predictus martir aliis episcopis non
dicendo unius vel duarum speciei quo
ad ipsum laycalem sed quia in pri-
mitiva ecclesia multi sacerdotes

De quomodo laica utriusque speciei nec in tota illa auctoritate facit mencionem de vino

multitur aberrabat tam circa celebracionem ewkaristie sacramenti/ quam circa dispensacionem eiusdem ad populum. Nam aliqui hostiam sanguine intinctam populo porrigebant/ alii vas vino apponebant et vinum presbiteri sumebant vas vero dabant communicantibus laycis et pro infirmis in sacrario reponebant. Alii vero pannum lineum musto tinctum per totum annum servabant/ et in tempore sacrificii aqua partem eius lavantes loturam illam ministrabant. Alii lac dabant pro sanguine ut habetur de conse. dis. ii. Didicimus/ et ca. Cum omne crimen. Aliud igitur advertens et multa alia hic sanctus martir fieri preter modum a Christo traditum in ministracione et oblacione ewkaristie sacramenti misterii zelo accensus presertim Quibus respondit tamquam eos ad quos pertinebat alios corrigere et ad viam ducere veritatis. Et hec est totalis et vera intencio predicti martiris tam in prima auctoritate quam in omnibus sequentibus prout declarabitur loco suo et predicta patet quod ea que infert opponens omnino falsa sunt quia non sequuntur ex intencione dicti doctoris :—

Ultimus ad auctoritatem Joh. vi. Nisi manducaveritis. Primo Nico. de lira dicimus dato quod esset preceptum de sacramentali sumpcione nullo tamen modo est preceptum de utraque specie ut dictum est et clare ostensum est. Secundo intencionem Nico. de lira qui ponit ibidem ut alias allegatum est. Tercio in similem modum Christo est intelligendum quod salus hic sacramenti sub utraque specie fidelibus sit exhibendum sed tamen hoc modo sacerdotibus est sumendum licet enim in primitiva ecclesia populus sub utraque specie communicaret tamen postea ex prudenti ordinacione est ut non communicent sub specie vini propter periculum effusionis :—

Prima

Item ad sanctum Thomam quem inducit in quodam sermone super quarto similiter dicimus quod nichil concludit de utraque specie/ similiter glosa interlinealis nullam mencionem facit de specie vini. Item inducit sanctum Thomam sermone xx et eius auctoritatem recitat per longum spacium. In qua auctoritate sanctus doctor nec in verbis nec in sensu nec in quocumque signo explicite vel implicite facit mencionem de vino aut de secunda specie. Et quintum ad auctoritatem Joh. Nisi manducaveritis sepius repetitum est quod si intelligatur de sacramentali solummodo cadit preceptum ad carnem et sanguinem et non ad species sacramentales. Quia propter correlaria que infert per quintum aliquid refert pro utraque specie falso et male infert quia in toto processu ille doctor non facit mencionem de utraque specie sed solum de corpore et sanguine Christi alicubi/ Alicubi vero sine determinacione de sacramento. Et nunc ex predicta auctoritate nichil concludit quo ad utramque speciem :—

Ultimus inducit eundem doctorem in eodem sermone quod spiritualis simul et sacramentalis manducacio corporis et sanguinis Christi est utilior et salubrior sola manducacione spirituali quod utique concedo ceteris paribus tamen hoc nichil facit ad utramque speciem :—

Item ad Pascasium quem inducit in tractatu suo de corpore Christi dicimus primo quod dictus doctor nullam facit mencionem de precepto aut necessitate. Deinde ipse loquitur in persona laycorum de sola manducacione tamen dicit et comedimus et de modo quo sacerdotes conficiunt dicit sacramentum scilicet in pane corporis Christi et potu sanguinis que de agno corporis

nobis cottidie per officium sacer-
dotum ministrentur Et ad hoc
inducit figuram benedictionis
ysaac et benedictionis frumenti
et vini Contra nichil dicta auc-
toritas valet ad propositum in scriptu-
ra particula solum loquitur de carne
christi et eius sanguine et nullam
facit mencionem de speciebus et sic
nichil concludit ad intentum utri-
usque speciei / Ad albertum magnum
dictum est supra qui loquitur
solum de conficientibus et sacerdo-
tibus et tamen hic de significatione

Item ad beatum Bernardum
quem inducit in sermone ad
Lugdunum de corpore christi sermo-
nem in quo iste doctor sensit de
illa auctoritate Nisi manducaveritis et quod
super textu versu psalmi lxxxxvii
Dicendum est autem manducare eius
carnem et bibere eius sanguinem
nisi communicare passionibus eius et con-
versacionem quam gessit in car-
ne imitari et in hoc designat id
illibatum altaris sacramentum ubi
dominicum corpus accipimus ut
sicut videtur illa panis forma
in nos intrare sic noverimus per
esse quam in terris habuit con-
versacionem ipsum intrare in nos
et habitare per fidem in cordibus
nostris hec ille :—

Item idem bernardus in epistola
ad fratres de monte dei dicit
Sit enim quociens licet sensum
christi quod christiane pietati compe-
diat quod filius dei filius redemp-
tionis christi delectat et utile ei
sit una saltem aliqua diei
hora passionis ipsius ac redemp-
tionis attencius recolligere be-
neficia ad fruendum suaviter
in consciencia et recolendum fideliter
in memoria quod est spiritualiter man-
ducare corpus christi et bibere eius

sanguinem in memoriam eius qui omnibus
in se credentibus precepit dicens hoc facite
in meam commemoracionem In quo etiam
propter peccatum inobedientie quia ipsum
sit homines tante pietatis dei esse
in memoriam palam omnibus est
tamen amici hominis abeuntis sub
quocumque signo commendatam memoriam
nephas sit oblivisci Ex quibus
verbis manifeste patet quod predictus doctor
senciat de illa duplici auctoritate videlicet nisi
manducaveritis et hoc facite quia ambas inter-
pretatur per propheme et spiritualiter Secundum
ad auctoritatem suam scilicet quod dominus in-
ihesus christus ecclesie sponse sue et columbe
dulcissime hoc dotalicium scilicet corpus
et sanguinem suum indulsit sub sacramento
in sue passionis et mortis memo-
riam et quod cottidie frequentaretur et
in ecclesia per operacionem et ministerium
sacerdotum pro omnibus fidelibus tam
vivis quam defunctis Ideo enim omnia
que christus dimisit ecclesie eodem con-
venit singulis de ecclesia Alioquin
cum christus dimisit ecclesie sacerdotium
sequeretur quod omnes essent sacerdotes
omnes prophete omnes apostoli pastores et
doctores quod patet falsum et /manifeste quia
nec omnes sacerdotes nec omnes prophe-
te et tamen omnia christus indulsit ecclesie
sue sponse tamen quod dicit apostolus quosdam
quidem dedit apostolos etc. in consummacionem
sanctorum in opus ministerii in edificacionem
corporis christi Similiter in corpore naturali
oculus datus est non sibi soli sed corpori
nec tamen omnia membra sunt oculus
Similiter christus hoc dotalicium in
quantum est memoriale sue mortis
indulsit ecclesie in persona sacerdotum
non solum sibi sed toti ecclesie deservi-
rent :—

Ad istud autem quod dicit bernardus
idem fuit preceptum refundendum quod illud
preceptum quod christus precepit apostolis

domini eos in sacerdotes ordinavit
dicens hoc facite in meam commemoracionem
ubi precepit confeccionem utriusque sacri in
pane et vino quod ad solos pertinet sa
cerdotes quod quidem preceptum si universos
fideles obligaret sequitur quod
laici mares et femine deberent et pos
sent hoc sacrum conficere quod omnino fieri
est absurdum et erroneum :

Item ad dominum dominum quod nullam
mencionem facit de duplici specie sed tantum
dicit quod sacrum hoc est de necessitate salu
tis racione precepti domini et ecclesie ex
quo non sequitur quod utraque species sit
de precepto :

Item ad Ardmachanum primatem
hybernie dominum / quod iste expresse ap
probat ritum romane ecclesie
et consuetudinem unius et speciem vel
saltem eam non reprobat quod utique fe
cisset si credidisset eam fore illicitam
alioquin assimilaretur cani mu
to non valenti latrare / et cum duo
sint officia sapientis scilicet meditari
et defendere veritatem et falsitatem atque
impium detestari dicente illud veritatem meditabitur guttur meum
et labia mea detestabuntur impium
utique non fuisset doctor veritatis si de
sua impietate non eam fuisset dete
status / Approbat igitur consuetudinem
ecclesie romane quam non narrat eam
et fulsit racionibus nec eam repre
hendit ut decuisset doctorem catho
licum in fine ancus eius / Nam ita dicit
ecclesia tamen romana in usu hoc solum
unum talibus conferre per quod corporis
Christi refert narracio ne forte per neglige
nciam que leviter posset contingere
in ministrando in multitudine populi sa
crum corporis Christi fidelibus quibuscumque
aliquid effunderetur de ipso sacro
quale periculum non est in ministracione
corporis Christi fidelibus in dispensacione et ideo

prima

populo sacrum sanguinis non ministrat
quamvis fieri posset licite iuxta scrip
turam canonicam / Hec Ardmachanus

Ulterius ipse idem in precedentibus non
dicit quod utraque species sit de necessitate et
de precepto Christi sed quod iuxta legem sive
scripturam canonicam licite posset
sub utraque specie ministrari simpli
citer observata consuetudine et statu
to ecclesie in oppositum / Ultimo inge pro
nens inducat quod ministrum accomodans
esset in via fidei et aliis conformari
ecclesie primitive et ad hoc inducat
auctoritatem bede in omelia infra octavas
ascensionis domini dicentis perfectum
vite magisterium est ecclesie primi
tive actus imitari ad idem inducit
apostolum qui dicebat fideles debere
imitari eos / et debere stare et te
nere tradiciones quas didicerant
sive per sermonem sive per epistolam . Ad hoc
dicitur quod si praxis Christi et apostolorum non
obligat sub precepto multo minus pra
xis apostolorum aut primitive ecclesie
nam praxis et opera Christi non ob
ligat de necessitate salutis ad ipsum
imitandum in omnibus suis accionibus
et operacionibus quas patet inductive
in singulis quibus ~~operum~~ operum
Christi / Nam non tenemur de necessitate
Christum imitari in operibus supernaturalibus
ut puta in faciendis miraculis
Similiter nec in omnibus operibus
moralibus ut puta in hiis que per
tinent ad perfeccionem nisi quis se
sponte voto ipso astringat ut est
paupertas . castitas . obediencia et huiusmodi
que si racione exempli obligaret
utique omnes Christianos ad predicta ob
ligarentur et omnes divites et in
matrimonio constituti essent in statu dampna
cionis quod est omnino hereticum .
Similiter Christus ieiunavit xl diebus
et noctibus non tamen quantum domini
sponte permisit se crucifigi et multa
alia pati in quibus imitari non

tenentur de necessitate. Alioquin ob
heretici sicut sunt eo quod heretici es
sent in statu dampnacionis qui
in predictis xpm non sequuntur. Similiter
in sacralibus et cerimonialibus
xpus quod permisit se circumcidi octaua
die in templo putari pascha
vetus celebrat et ut ad nostrum
veniamus hoc ineffabile sacramentum
de quo est sermo in presenti ipse dominus
in cena confecit et per alios cibos
ipsum tradidit credendum discipulis
In quibus omnibus ecclesia nec
imitatur xpm nec tenetur imi
tari ymmo tenetur non imitari
Et pari racione non tenetur nec
obligatur ex racione praxis vel
exempli imitari xpm in communione
sub utraque specie. Si igitur praxis
xpi et exemplum non obligat sub pre
cepto multominus praxis apostolorum
aut primitive ecclesie. Si nec igitur
in primitiua ecclesia fuit hic modus
communicandi laicos sub utraque specie
vel in tota ecclesia sine parcialis
in aliquibus ecclesiis ut communiter
tenent omnes quia non potest suffi
cienter probari hunc modum fuisse vel
nec aliquem apostolorum dedisse
communionem sub utraque specie ex precepto apostoli
hoc in i corintheis primitive non
tamen sequitur quod est nunc ita debeat
fieri aut observari cum xpus nil
sibi ut declaratum est sic vel sic
fieri mandaverit aut preceperit
Ad auctoritatem vero Bede dicitur primo quod
nullam facit mencionem de hoc sacra
mento quod ipse loquitur de imitacione
vite in moribus nec necessitatem
imponit sed invitat ad perfeccionem
dicit perfectum vite magisterium
est ecclesie primitive actus imitari
non autem dicit necessarium vite magi
sterium. Et multa enim in primitiva
ecclesia fiebant ad que tamen moderna
non obligatur ex precepto. Et ut ex

exemplariter dicitur legitur quidem in acti
bus apostolorum iiii° capitulo quod multitudinis
credencium erat cor unum et anima
una nec quisquam eorum que possede
bat aliquid suum esse dicebat sed erant
illis omnia communia. Et quod offerebat precia
eorum que vendebant et ponebant
ante pedes apostolorum dividebatur
et singulis prout cuique opus fuit hoc
quidem tunc fiebat / sed tamen non ex precepto
nec de necessitate salutis / nec tenentur
omnes fideles ad hunc modum imitatem pau
lus enim commisit thymotheum act
xvi capitulo. Ipsi preceperunt quod gentiles co
versi ad fidem abstinerent a sanguine
et suffocato actuum xv que tamen sine
periculo obmittuntur cum nullum ipsorum
sit de necessitate salutis. Similiter sacer
dotes tunc licite ducebant uxores
non autem presenti tempore et multa alia fie
bant in primitiua ecclesia non licite
non fiunt / et sic dictum est de communione
utriusque speciei :-

Item in primitiua ecclesia quibus omnibus
indifferenter licitum erat baptisare
predicare et hunc modum. Unde Ambrosius in
epistola ad ephesios. Et ipse dedit quosdam a
postolos. Ita dicit ut cresceret plebs
et multiplicaretur omnibus inter ini
cia concessum est et ewangelizare et baptizare
et scripturas in ecclesia explanare at
ubi omnia loca circumplexa fuerunt
ecclesia conventicula constituta sunt et ra
ciones ac cetera officia in ecclesiis or
dinata sunt scilicet quia si omnes eadem possent
irracionabile esset et vulgaris res ut
vilissima videretur. Hec ille. Pro quo predicta
magister proponens praxim dicte ecclesie
primitive volens diligenter confirmare
et pertractare inducit multa exempla et
primo exemplum corinthiorum apud quos
vigint quinto. Probari talia prout exempla
apostoli pauli colligitur. Ad quod dicitur
quod sicut praxis xpi qui sub utraque
confecit et tradidit discipulis non obligat
ex necessitate aut ex precepto sic multominus

eorum Corinthiorum et precipue eorundem
obligabit ecclesiam ad sic vel sic faciendum
Ulterius inducit practicam et auctoritatem
Dyonisij scribentis de ecclesiastica ie-
rarchia capitulo de eukaristia. Ad quod dicendum
quod predictus sanctus philosophus et summus
theologus fuit discipulus Pauli et
grecus et attenta nacione Greci
in primitiua ecclesia greca ab apostolo
susceperunt consuetudinem vtriusque spe-
ciei quam servaverunt usque ad presentem
diem. Et Dyonisius consuetudinem Grecorum
sequens loquitur in predicta sua auctoritate
et glosa eiusdem de predicta communione vt-
riusque speciei. In nulla tamen parte illius au-
ctoritatis nec in toto illo capitulo ymmo nec in
tota sua doctrina beatus Dyonisius dicit
illam communionem esse necessariam vel de pre-
cepto Christi et propterea per ipsam nichil
contra veritatem catholicam et ecclesie con-
suetudinem concluditur. Vel dicendum
ad dictam auctoritatem Dyonisij sicut dicit
sanctus Thomas in tercia parte quod sicut
sacerdos offert vnum calicem pro omni
populo et ideo calix populo non datur sicut
et sacerdos sacrificans unionem calicis
quo ad meritum et remissionem peccatorum
omnibus qui assunt de populo fide et de-
vocione dividit et distribuit / sicut enim
pro omnibus orat et pro omnibus offert ymmo
et ipsi cum ipso offerunt / sicut enim
sacerdos ait pro omnibus orans et omnium
circumstancium quorum tibi fides cogni-
ta est et nota devocio pro quibus tibi
offerimus vel qui tibi offerunt hoc
sacrificium laudis etc. Sic et ipse
sumens in persona omnium omnes sumunt
cum ipso quia ipsius oblacionibus omnes
fideles efficiuntur participes pro remis-
sione peccatorum et augmento
gracie et in hijs sacerdos sacra assi-
nat accionem:

Ulterius ad Origenem quem indu-
cit in omelia xvi super librum nu-
merorum dicendum quod ipse intelligit pre-
dictum textum Johannis vi. Nisi mandu-
caveritis de duplici manducacione
sacramentali scilicet et spirituali. Unde eodem modo inter-
dictum sunt sicut et predicta auctoritas
Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. Exposi-
tum est autem supra quod predicta auctoritas
sive intelligatur de sacramentali man-
ducacione sive spirituali non tamen adver-
satur nostro intento quod vtraque species
cadat sub precepto. In cuius signum
nulla mencio fit de speciebus panis
et vini. Unde si predictus doctor vel
eo predicta auctoritate vel eo aliis dictis
eiusdem traheretur ad communionem vtriusque
speciei tunc dicendum esset quod ipse loque-
retur consuetudinem Grecorum cuius ipse
grecus fuit nacione apud quos
ut dictum est fuit et est consuetudo
vtriusque speciei. Nec tamen aliquo dicit
eam esse de veritate aut pre-
cepto Christi. Deinde inducit pra-
cticam beati Donati allegans
beatum Gregorium et passionale etc.
Dicendum quod beatus Gregorius nullam
mencionem in loco preallegato fa-
cit de sanguine sed solum de repa-
racione calicis / et ad historiam legende
de sue est dicendum quod beatus Donatus
ministrabat populis sanguinem iuxta
consuetudinem que tunc in ecclesia
sua tenebatur. Et cum quod quidam
dicunt propter predictum scandalum
quod sibi contigerit in predicta fraccione
licet per miraculum reparavit de-
inceps dictus martir cepit popu-
lo ministrare hoc sacramentum sub una
specie eius exemplo alii propter
similia scandala et alia que
enumerata sunt ceperunt similiter
facere / et quia predictus martir
non affirmabat neque docebat
duplicem speciem esse de salutis
necessitate aut de precepto Christi
Ideo non plus concludunt ad usum
eorum suo quam faciunt eorum Christi
et aliorum sanctorum qui sub vtraque

specie hec sacrum ministrarunt. Item ad id quod inducit de sancto thoma quod scilicet dyaconi habent dispensare sanguinem christi fidelibus dicendum quod doctor sanctus ibidem describit actus quos in sacris constituti ex officiis suorum ordinum possunt circa propter si esset consuetudo vel si ecclesia non statuisset oppositum quod sanguis christi sub specie vini populo ministraretur utique dyaconi ex officio possent ministrare sicut quod de beato laurentio legitur et allegatur per beatum augustinum. Sed hoc nichil facit ad propositum de necessitate et precepto utriusque speciei.

Ulterius ad leonem papam dicendum quod predictus leo papa scripsit contra manicheos qui negabant christum resurrexisse a mortuis et per consequens nec diem dominicum volebant celebrare Sed in contemptum dominice resurrectionis et ecclesie dei illo die ieiunabant et de huiusmodi hereticis loquitur quod ad tegendam suam infidelitatem immiscebat se conventibus christianorum et interdum ut latere amplius non poterat indignus ore silando se esse catholicum corpus christi recipiebat sanguinem autem christi haurire de calice omnino declinabant manichei enim non dominum christum resurrexisse sed ipsum adhuc mortuum esse. Ideoque ex consequenti credebant corpus eius sine sanguine existere et propter illam infidelitatem christi sanguinem omnino cavebant recipere ab altari. Non quod est similis racio in illis et in nostris fidelibus catholicis quia illi propter dictam infidelitatem sanguinem nolebant capere nostri autem propter consuetudinem et preceptum ecclesie laudabiliter et ex causis necessariis et racionabilibus introductam. Et ulterius patet quod in dicta auctoritate leo papa nullam mencionem facit de necessitate aut de precepto [illegible] quare nichil facit ad propositum ad quod probandum eam adversarii introducunt et per consequens non sequitur quod communicantes sub prima specie et calicem haurire declinantes dicantur sacrilegii crimen committere nec etiam a societate sanctorum sunt expellendi et excommunicandi nec ab ipsis tamquam ab excommunicatis est declinandum ut ingerit proponens ex dicta auctoritate leonis infert quia nec omnino calicis est preceptum et per consequens nec grande scelus contra legem dei committunt communicantes sub una specie nec subest nec eadem causa in nobis sicut suberat in illis hereticis de quibus leo papa loquebatur potuisset dominus magister proponens honestius inferre quod intendebat vel saltem honestate meam tunc maiori pacientia supportare. Deinde ad auctoritatem gregorii loquitur in dicta auctoritate de sanguine domini et non de specie vini qui sanguis vere et complete sumitur sub prima specie et bibitur et super utraque [illegible] quia et ore corporis sumitur et vere sub specie panis et etiam ore cordis hauritur. Similiter ad eam quod dicitur dicendum est quod etiam sub prima specie sanguis christi per ora fidelium funditur. Ulterius ad auctoritates augustini et primo ad illam que habetur de consecratione distinctione ii quia pluries dicendum quod augustinus loquitur fidelibus et populis invitans eos ad huiusmodi sacri percepcionem magis sub nomine calicis non racione sacramentalis sumpcionis sed racione significacionis seu racione contenti et effectus qui sanguini appropriatur scilicet racione refrigerii et leticie spiritualis quod manifeste innuitur cum dicit et nos post ieiunia post labores post humilitatem et contricionem iam in nomine

prima

xpi tamquam ad calicem venistis quod
post anxietatem et labores presentis
seculi tamquam ad refrigerium et tamquam
ad consolacionem spiritualem ad calicem
venistis Et notanter ait tamquam ad
calicem et non simpliciter ad calicem
venistis ad innuendum quod non de sacrata-
li calice sed de eo quod per calicem continetur
intelligit quod eciam sequencia verba decla-
rat cum dicit et vos ibi estis in
mensa et in calice nobiscum vos
estis Est enim populus in calice simul
cum sacerdotibus in quantum populus
xpo coniungitur qui per aquam significatur
Ideo enim aqua in calice mittitur
ut populus xpo suo capiti uniri si-
gnificetur Et cum iniunxit sed scilicet
enim hic sumimus / simul bibimus non
ibi specificat sed quod populus simul bibat
nobiscum declarans adiunxit / quia
simul bi vivimus dicit igitur layci bi-
bere nobiscum quia simul vivunt
nobiscum caritate coniuncti Ex quibus
patet manifeste quod augustinus non dicit ibi
quod populus bibat de calice sacramentali quod
ostendit per illud quod dicit tamquam ad cali-
cem venistis et per illud cum de-
clarat simul bibimus per simul
vivimus quare secundario posset dici
quod augustinus ibi loquitur de bibicione et su-
mpcione mistica ut per illud simul
bibimus quia simul vivimus scilicet uniti
in caritate dei / quia fideles efficiuntur
una vita in xpo et cum xpo et
quod sic debeat intelligi dicta auctoritas
quia passus ostenditur per subsequentem
auctoritatem nulli ambigendum est unum-
quemque fidelem corporis et sanguinis
domini percepcionis participem fieri ut
fuit supra allegatum Item ad
secundam auctoritatem eiusdem doctoris
que ponitur in de conse. dis. ii dum
frangitur hostia etc. dicendum quod hec
auctoritas omnino intelligitur de sacrificantibus

sacerdotibus ad quos pertinet
xpi passionem suis misteriis
et actibus representare Nam dominus
est quod apostolis et eorum successoribus
sacerdotibus dicta sunt illa verba
Hoc facite in meam commemoracionem
quod igitur illa auctoritas sic intelligatur
patet ex verbis in eadem positis et
debite ponderatis Nam dicit dum
frangitur hostia patet autem quod ho-
stia frangitur a sacerdotibus et non
a laycis que fraccio nichil aliud
est quam corporis domini in cruce
immolacio et frangitur autem in
tres partes cum designet triplicem cor-
pus xpi misticum ut patet per magistrum dis-
tinctione quarti libri sententiarum Sicut
igitur per predictam fraccionem que fit
per sacerdotem vulneracio veri
corporis xpi designatur Sic
et per species vini et carnium de ca-
lice in os sacerdotis fidelis fu-
sionem corporis effusio sanguinis
xpi in cruce facta pro nostra re-
conciliacione ad deum figuratur
Et in sic predicta dominus coniun-
xit ut dum frangitur hostia
dum sanguis de calice in ora
fidelium funditur ut ad eundem
utrumque pertinere designaret scilicet
fraccionem et sanguinis sumpcionem
scilicet ad sacerdotes pro sano tamen
intellectu eius quod dicit augustinus
et multi alii sancti doctores
nonne est 18 questio dicit Gwilhelmus
parisiensis de sacramentis parte tercia si a scis
aliquis dicitur quod sanguis ille sanctis-
simus in ora fidelium funditur
intellige quod non funditur sed mittitur
et hoc cum ipso et in ipso sacrato
corpore tamquam in vase contra hec
Tercia ut supra declaratum
est sanguis xpi eiusdem modo
sed ostendi continuum ad unitatem

sub speciebus vini quam hic sub
speciebus panis quia sub utrisque
sanguis est in corpore in venis
et non extra unde esse nec corpus
manducatur nec sanguis bibitur
sed hii actus esse ad species terminantur
sub quibus vere et esse utrumque
sumitur caro scilicet et sanguis licet
ex vi conversionis aliter et aliter
Vel dicendum quod etsi indirecte
intelligatur de omnibus fidelibus
verum est in communione unius speciei
quod sanguis Christi in ora fidelium
funditur sub speciebus panis quantum
tamen non alium modum san-
guis Christi habeat effundi sub speciebus
vini quam sub speciebus panis
tamen nec hic nec ibi sit effusus
sed intra venas corporis inclusus
ita bene sub speciebus panis in
ora fidelium funditur sicut
sub speciebus vini. Unde sicut pre-
dicta fractio hostie in altari
non est nisi specierum tantum et non
corporis Christi cum sit infrangibile
impassibile et incorruptibile
Sic etiam licet illa effusio est san-
guinis Christi eadem ratione sed
tamen specierum vini erit sub
quibuscumque speciebus tradatur fide-
libus semper sanguis Christi in
ora ipsorum funditur eo modo sane
intelligendo quo dictum est. Ultimo
dicendum est ad auctoritates que indu-
cuntur ex dictis sancti martiris
Cypriani et exemplis eiusdem
et primo ad primam quod dictus mar-
tir non reprehendit episcopos quia
sub una specie populo ministrarent
ymo in tota doctrina predicti
martiris et in omnibus epistolis suis
nunquam reperitur nec in verbis
nec in sensu quod ipse tractaverit
materiam unius vel duplicis speciei

an videlicet cadat sub precepto Christi vel
quod ipse dicat duplicem speciem esse
de precepto Christi. Sed quia in calice do-
minico sanctificando et plebi mini-
strando non sic faciebant quod ipse
Christus fecerat scilicet vinum cum aqua
sibi mixtum offerendo, sed vel lac
pro vino vel uvas ad mistendo
vel aliquid aliud offerendo consecrando
scilicet et ministrando populo contra
ritum et modum a Christo tradi-
tum, et ideo reprehendendi erant
quia graviter errabant vel for-
te quia calicem non consecrabant
aut forte aquam vino non misce-
bant. Offerre autem populo sub una
specie ex consuetudine et statuto
ecclesie non est errare et ita non re-
prehensibile ymo laudabile
et meritorium cum nichil agatur
in calice dominico sanctificando quod
Christus non fecit in quo totus error
predictorum consistebat. Si enim
in sanctificando et consecrando ca-
licem domini consecrassent vinum et
aquam sicut Christus fecit, et sicut
nunc ecclesia facit, licet aliter populo
post consecratam hostiam ministrarent
non consecratum vinum vel aquam
sicut nunc facimus non fuissent
reprehensibiles nisi inquantum contra
venissent consuetudini ecclesie. Ad
secundam auctoritatem eiusdem dicendum quod loquitur
martir contra consuetudinem quam
habebat in ecclesia cui presidebat
Et sicut tunc necessarium erat id est utile
in cottidiana pugna existentibus
sumere eukaristie sacramentum iuxta mo-
rem ecclesie sub utraque specie sic
et nunc valde utile esset et est
fidelibus sepius accipere hoc divi-
nissimum sacramentum sub una specie
quia armant contra instantias
quas miserabiles iudei pericula

et temptaciones quas iam antixpus
per suos ministros parare incepit et gravis
sime producere nec minus erunt
armati fideles sub una specie sumen
tes quam essent illi qui idem et ta
men eidem sumebant sub utraque et
utique optime facit ad propositum auc
toritas eiusdem martiris loquentis
de pressura et de temporibus antixpi
quia xpi milites hiis gravissimis
temporibus fide incorrupta et veritate
robusta debent se parare ad resistendum
fortiter et ut armentur et fortifi
centur debent cottidie spiritualiter fide
et devotione calicem domini bibere
et sepe ad sacramentalem communionem unius
speciei sub qua vera caro xpi et
verus sanguis xpi cum ceteris
concomitantibus continetur accedere
quemadmodum et ad communionem sub du
plici specie de qua idem martir lo
quebatur propter consuetudinem que
tunc in ecclesia sua habebatur fideles
devotissime accedebant ¶ Ad tertiam
eiusdem dicendum quod dictus martir loquitur
de communione simpliciter nec est sensus
quod tunc aliqui sacerdotes ministra
sent militantibus pro xpo hostiam
tantum sine vino et quod propter hoc ipsos
reprehenderet sed quia denegabant
eis simpliciter sacramentum utitur autem magis
terminis sanguinis et poculi propter simili
tudinem effundendi sanguinis in
martirio ¶ Ad quartam eiusdem martiris
dicendum quod calix domini letificat tur
bam non ratione speciei sed racione
rerum ut sepe dictum est Et ideo
sive sub una specie sive sub duplici
sumatur fideliter et devote semper
letificat turbam ¶ Prima vero tempore
predicti martiris consuetudo erat duplex
prima ¶ Secunda quod calix dabatur populo
debebat dari cum vino quo xpus

usus est vinum cum aqua mixtum
propter significationem ¶ Nam aqua po
pulum significat que mixta in calice
commixtionem populi ad xpum significat
quod utique non faciebant illi quos
dictus martir reprehendebat et ob
hoc errabant unde multo erat
reprehendendi ¶ Cum autem dicatur
veritas dominica et dominum quod verum
est quod xpus seorsum panem et
seorsum vinum tradidit non tamen
sic precepit laicis tradendum nec
de hac veritate loquitur hic mar
tir sed de veritate sanguinis sive vini
et aque que in calice debet offer
ri et pro tunc populo tradi quam
veritatem non sequebantur illi qui
hic reprehenduntur quia vel lac
offerebant vel aquam non admi
scebant vel aliquem aliud erro
rem ex predictis in consecrando et
ministrando committebant ¶ Ad aliud
quod qui ex contemptu dimittebant
tunc bibere sanguinem xpi quasi
erubescentes errabant et graviter
peccabant tum ex contemptu tum
quia contra consuetudinem ecclesie fa
ciebant ¶ Et ex hoc signum erat
modice devocionis et modici fer
voris qui ad sustinendum martirium
maxime requiritur ¶ Similiter
et nunc dicere possumus quod sangui
nem pro xpo effundere non
poterunt qui sanguinem xpi
sub duplici specie sicut sumunt sacer
dotes vel sub una ut laici san
guinem xpi bibere erubescunt
sacramentum communionis contempnentes
¶ Ad auctorem que sub nomine fulgen
cii allegatur dicendum primo quod nulla
facit mencionem de necessitate aut de
precepto xpi nec facit mencionem
de communione laica quare in nullo
adversariis suffragatur ¶ Sed advertendum
quod predicta auctoritas sub
nomine fulgencii allegata non

est illius antiquissimi doctoris
cuius auctoritas in magna venera-
cione habetur apud ecclesiasticos
doctores quod patet tamen ex diversa
allegacione dicte auctoritatis quarum
etc. ex suspecta doctrina que in
dicta auctoritate videtur contineri
ut refert magister Thoma An-
glicus qui doctrinam Wicleff ple-
nissime legit optime intellexit
et fortissime atque acerrime ut
verus ecclesie catholice filius et
doctor katholicus impugnavit
hunc Fulgencium Wicleff voca-
bat magnum Ambrosium vel
saltem magni Ambrosii di-
scipulum. Alii vero subsequentes
wicleviste et hunc eundem
vocaverunt et vocant Ysidorum
alii vero Valerianum. Alii autem
vocant et nuncupant Fulgencium
habent autem falsam denominacionem
dicte auctoritati et aliis fortasse dede-
runt wiclefiste ut propter auctoritatem
dictorum doctorum quorum falsa
nomina assumunt facilius va-
leant simplices et incautas
mentes decipere. Puto vero dictam
auctoritatem esse Berengarii qui ali-
quando male sensit de veritate huius
sacramenti cuius revocacio habetur de
conse. dis. ii. Ego Berengarius
qui ut refert magister Thomas
in hoc a dampnate memorie
Wicleff differebat quia dicebat
in hoc sacramento post consecracionem panis
et vini substanciam remanere simul cum
vero corpore et sanguine domini
nostri Ihesu Christi. Wicleff vero totaliter
amovit substanciam et veritatem corporis
Christi ab hoc sacramento ita dicens in ca°
de azimo et fermentato significati
inquit pane illo dixi ecclesiam
nostram in eo quod offertur et consecratur

sed in eo quod de multis ut dictum est
conficitur granis. Nam in eo quod con-
secratur nec ipsum individuum corpus
domini fit sed est transfusio in se verbi dei
per fidem passionis domini enim
in hoc sit. Ecce Wicleff cuius memo-
ria in dampnacione est videtur ad
fuisse predictus. Berengarius tempore
Anselmi ut patet perpendi ex hiis que in
prohemio ponuntur libri eiusdem
Anselmi de corpore et sanguine domini
in qua eundem redarguit de errore
suo quem tenebat in ca° de eukaristia
et fraterne rogat ut errorem suum
corrigat. Patet secundo quod dicta auctoritas
non sit magni Fulgencii propter suspectam
ecclesie doctrinam in ea contentam.
Nam manifeste sapit errorem
Berengarii qui posuit substanciam pa-
nis et vini simul cum vero corpore
Christi in hoc sacramento remanere. Unde
dicit verum Christi carni et sanguini
quem de utero virginis assumpserat
et pani ac vino quod in altari sunt
medium interveniens unum effi-
cit sacramentum. Ecce quam aperte hic patet
venenum eius dicit quod verum Christi medium
interveniens ex carne et sanguine
et pane ac vino unum efficiat sacramentum
quod est omnino contra fidem catholicam.
Item cernitur error per verba sequencia
cum dicit quod cum in ore fidelium
sacerdos distribuit panis et vinum
absumitur et transit partus ante
virginis cum unito sibi verbo patris
et in celo et in hominibus integer
permanet et in consumptis. Ecce
tum dicat quod in ora fidelium sacer-
dos distribuit panem et vinum
quod omnino est a fide ecclesie alienum.
Ex quibus manifeste colligitur quod dictus
auctor cuius est dicta auctoritas et
multe alie similes nec auctor
Ambrosius magnus fuit nec eius
discipulus / nec fide Isidorus / nec

etate magnus fulgencius / sed potius
berengarius quasi in fide devius
et contemporaneus Anselmi vel for-
te aliquis eiusdem berengarii disci-
pulus in errore quapropter simpliciter
neganda est huiusmodi auctoritas et certe
similes cum carmine auctore labo-
randum sit esset ut huiusmodi originalia ha-
berentur magni fulgencii et doctor-
is manifestior fieret sacrilega ma-
licia wickefistarum qui non desistunt
sacrarum scripturarum et catholicorum do-
ctorum sanum pervertere sensum
legi siquidem eiusdem fulgencii tractatum
de fide incarnacionis filii dei. Item
libellum eiusdem de quinque questionibus
ad ferrandum carthaginiensem diaco-
num et nichil de huiusmodi suspecta do-
ctrina valui deprehendere in di-
ctis eiusdem preclarissimi et glorio-
sissimi doctoris:

Ad antiqua missalia dicitur quod missa-
lia antiqua continent rubricas
et notulam iuxta consuetudinem primi-
tive ecclesie in qua in aliquibus locis
consuetudo erat communionis utriusque
speciei quo ad populum nec tamen in illa
notula dicitur quod sic fieri debebat ex ne-
cessitate aut ex precepto / et ut clavus
clavo retundatur adducunt anti-
qua missalia / adducamus et nos an-
tiquissima in quibus rubrica et no-
tula de officio diei parasceves signat
et ponit quod illo die corpus et sanguis
non dicit consecrari sed quod hostia a precedenti
die servata sola sub specie panis debeat
sumi a sacerdote quod si tali ac tanto
die sufficit toti ecclesie sub sola specie
panis corpus christi et sanguinem sumere
multo magis sufficeret sic sumere
laycis et simul diebus si fuisset pre-
ceptum christi semper sumere sub utraque
specie nequaquam ecclesia tali die in
qua maxime christo passo compatitur
et conformatur in penitentia in ieiu-
niis in vigiliis in peregrinacionibus
et in aliis piis sanctis et devo-
tis operibus pretermitteret preceptum
christi adimplere. Nec permisisset
deus a tantis temporibus tam pericu-
lose errare ecclesiam et in tali die
in qua maxime fideles et po-
pulus christianus humiliari compun-
gitur et christo domino contritis
cordibus afficitur et compatitur.

Ad relacionem Nicolai de lira quod fideles
antiquitus in utraque specie commu-
nicabant et quod sic dabatur fidelibus
in primitiva ecclesia sepe concessum
est et conceditur. Nec tamen Nicolaus de lira
dicit aut refert quod hoc fecerunt
ex precepto christi. Similiter ad wil-
helmum de monte laudino di-
cendum est quod ipse refert quod tempore suo
in multis locis communicabatur cum
pane et vino id est cum toto sa-
cro sane intelligendo per panem scilicet
et vinum ipsas species sacramentales. Non
tamen dicit doctor quod in illis multis
locis fieret huiusmodi communio sub utraque
specie ex precepto christi. Similiter ad id
quod nicolaus de lira dicit quod per
apostolos suos fecit et facit dominus
hec communionem ministrari omnibus
christianis per orbem diffusis videlicet
dicit sive sub una specie sive sub
duplici ministretur quia et sub
una specie unitur et perficitur commu-
nio carnis christi et sanguinis mini-
stratur nec dicit quod sub utraque
specie christus precepit omnibus christia-
nis ministrare. Et idem dicendum
est ad auctoritatem eiusdem de multi-
plicacione vel geminacione. Ad auctoritatem
sancti Iheronimi / in qua facit
mencionem de dispensacione sangui-
nis per dyaconos / et de facto sancti lau-
rencii et auctoritatem augustini qui inducit
dictum sanctum martirem in romana
ecclesia christi sanguinem dispensasse
dictum est supius in responsione

ad quandam auctem dicti san-
cti Thome
Sed iam ad auctes duorum
conciliorum quas iam addu-
cit dicendum est. Et primo ad de-
cretum concilii Cartaginensis quarto
dicendum quod eukaristia ut dictum est
supra in quas decreto illo
decimi concilii toletani ipse acci-
pit hostia. Tamen quamquam accipitur pro
toto sacramento hostia, scilicet et sangui-
ne. Nunquam vero quantum invenio
reperitur eukaristia accipi pro solo
sanguine. Tota ergo difficultas huius
decreti remanet in hoc verbo
infundatur quia infundi per-
tinet ad liquidam materiam. Sed ad hoc
dicendum quod illud verbum infundi re-
ducatur ad eukaristiam ut sit sensus
infundatur id est immittatur non
sub specie vini quia non dicit hic
canon, sed sub specie panis vel
ergo eukaristie nomine trahatur ad
verbum infundi ut scilicet sit sensus
Tingens infundatur eukaristia sed
sub specie vini vel quod utrumque sit
in propria significatione et per
sincopam de toto sacramento intel-
ligatur ut sit sensus quod detur
sacramentum sub specie panis ratione
nominis eukaristie et sub specie vini
ratione verbi infundi. Et quotiens-
cumque intelligatur nullum inconveni-
ens sequitur nec adversarius
habet intentum quia concilium dis-
ponebat ad ministracionem sacramento-
rum consuetudinem que tunc in ecclesia
affricana et Cartaginensi servabatur
ut dicit ille canon, quod ideo sic
statuit concilium institutum quia
esset preceptum Christi aut tra-
ditione apostolorum quod statutum et
preceptum concilii ex quo non
emanabat originaliter de pre-
cepto et obligacione Christi potuit ra-
tionabilibus et iustis de causis pro con-
suetudinem vel per decreta summorum
pontificum aut etiam conciliorum generalium quia
huius sequentium abrogari. Tunc ad illud
autem quod adducitur de concilio quarto
toletano dicendum quod nulla mencio sit ibi
de speciebus sed tantummodo de corpore et sanguine
domini nostri que duo plene et perfecte
sumuntur sub specie panis. Postremo
et finaliter adducit dominus propones
tres rationes quarum racionum omnes
maiores propones concedo sed propter decla-
racionem minorum propositionum reducenda
est ad memoriam distinctio posita a
principio responsionis ad auctes
inductas. Premissis dicebatur enim
ibi quod in questionibus suis et meis
duo erant attendenda scilicet ipsa questio-
rum se considerata non habito respectu ad unam
vel ad duplicem speciem. Illud quod tunc
communio debeat dari sub una vel sub
duplici specie populo laycali vel non
conficientibus. Quantum ad primum concordia
est inter vos et me scilicet quod communio
divinissime eukaristie est multum utilis
et necessaria christifidelibus et quod in ipsos
effectus spirituales efficit in accipientibus
et sumentibus digne. Et quod etiam
multorum doctorum intencionem et opinionem
cadit sub precepto omnibus christifidelibus
usum racionis et discrecionis haben-
tibus et taliter dispositis prout decet et
congruit honori et reverencie tanti
sacramenti. Et ad hunc sensum concessi
sibi omnes auctes sectorum extollen-
tes utilitates et effectus huius divi-
nissimi sacramenti et eas etiam que ne-
cessitatem aut preceptum videntur
importare. Et similiter ad hunc sensum
concedo sibi omnes propones suas minores
et auctes quibus probat eas. Sed
quantum ad aliud scilicet quod sit utile vel ne-
cessarium aut de precepto Christi su-
mere dictum sacramentum magis sub

duplici specie quam sub una. Nisi inquantum
ecclesie consuetudo vel statutum ma-
gis ad unum modum vel ad alium
declinaret negaui et nunc finaliter
nego quia nulla auctoritas in tota sua
posicione posita sive sit auctoritas
scripturarum sacrarum sive canonum sancti
aut doctorum nec implicite nec ex-
plicite nec aliquo modo dicit innuit
aut pretendit preceptum Christi de sumende
magis duplicem speciem quam unam
vel ex opere in conmunione vel sumpcione lai-
corum vel non conficiencium. Unde patet
quod in omnibus huiusmodi argumentacionibus
sub palliatur arguendo a simili
ad causam quod ymo in istis ultimis
racionibus auctoritatibus quas adducit ad
probandum intencionem suam ut plurimum
pocius faciunt sub una specie quam
econtrario sicut est panem de celo de-
disti eis et panis candidissime etc.
Item de convivio sive de nupciis
quas rex fecit filio suo in quibus
nulla fit mencio de vino aut de po-
tu tamquam de impertinenti ad sacrum
quod ille nupcie prefigurabant. Ex quibus
nullos concluditur necessitas aut pre-
ceptum utriusque speciei. Et hec dicta
sunt de tercia parte et ultima et per
consequens de tota posicione quam dictus
dominus proponens posuit hic coram
sacro concilio Basiliensi in spiritu sancto
legittime congregato pro defensione com-
munionis laycalis seu non conficiencium
sub utraque specie. In qua responsione
et defensione consuetudinis ecclesie ca-
tholice si quid minus sufficienter positum
est primum et benivolam desiderio
correctionis et nichilominus predicta
subiacio correctioni et emendacioni
huius sacri sancte generalis synodi Ba-
siliensis et expleto corde ad heresis pro-
testacioni sicut in principio huius acti pre-
missi et ad laudem omnipotentis dei cui sit
laus et honor et gloria per infinita secula
seculorum Amen

Pro finali confirmacione veritatis
catholice et consuetudinis co-
munionis sub una specie quantum
certitudo temporis permittit presenti actui
videndum est primo et presertim
que est certitudo omnium magistra
quod quid possit ubique ecclesia catho-
lica circa ea que pertinent ad fidem
et regimen christifidelium et an-
onima presupponendum est quod ecclesia
christifidelium non est minoris auctoritatis
sub lege cristiana quam fuit synago-
ga iudeorum sub lege mosay-
ca. Reperimus autem quod non solum
in lege veteri synagoga vel in
ea consistentes pro tempore preter legem
dei nova statuta tradiciones et
cerimonias statuit sed eciam circa
precepta divina dispensavit quod pla-
ne inducitur et declaratur primo
et primo Hester ix capitulo ubi iudei
constituerunt quartumdecimum
diem marcii esse solempnem festi-
vum ibidem quod quia sententia que erat in
mortem omnium iudeorum sub rege
Asuero degencium mutata fuit
in suam salutem tunc statutum
fuit in quartadecima mensis die
duodecimi cum omni leticia inter
dies festos celebraretur ut in posterum
agnosceretur etc. Et paulo post omnibus
autem provincia et civitas que
noluit solempnitatem huius esse par-
ticeps gladio et igne periat ut
habetur ultimo capitulo ibidem. Preceptum
igitur diei huius festivitatis non
erat legis divine sed unanimi
consensu ipsi statutum est et tenetur
universaliter in lege veteri per
iudeos et tenetur omni anno usque
ad presentem diem. Item Iudas Ma-
chabeus et fratres eius et universa
ecclesia Israel constituunt ut agatur
dies dedicaciones altaris ab anno
in annum per dies octo. Primo Macha-
beorum iiii. David quoque constituit
cantores et summos sacerdotes primo

paralipo°n xxvo c. Multa huiusmodi sta
tuta cerimonias et ordinaciones
diligens lector in veteri lege per
cipiet sine cum consensu populi
factas et ordinatas sine eciam
particulariter in signum tam personaliter
gratas et acceptas deo quemadmodum
legitur de Jonadap patre recabbi
tarum de quo legitur Jere. xxxv
ubi dicitur quod deus precepit Jeremie
ut intraret in domum recabitarum
et inductis recabitis in domum
domini daret illis vinum ad bibendum
et eidem Jeremie iuxta verbum domini
facienti responderunt recabite In
domo domini non bibemus vinum nos
et domus nostra in eternum eos quos
Jeremias dixit Cur bibere non vultis
iuxta verbum domini vobis oblatum
vinum responderunt quia pater noster
Jonadap filius rechap nobis
constituit quod non edificemus domos
non colamus agros aut vineas
et non bibamus vinum in eternum
Et circa finem eiusdem capituli lauda
uit dominus obedienciam recabitarum
et premium addiciendo dixit pro
eo quod obedierunt recabite precepto
patris sui Jonadap non deficiet
homo de domo recabitarum in
sempiternum Ecce qua aperte de
claratur quod est preter legem dei
licet facere particularibus personis or
dinaciones vel statuta semper tamen
in bonum et in hiis que tendunt
ad perfeccionem quemadmodum fecit Jo
nadap filius Rachap cuius pre
ceptum ipse dominus approbauit
quod utique non fecisset si non placuisset
ei Certum vero ad imitacionem
huiusmodi preceptorum in veteri le
ge patet quia lex circumcisio stricti
sime precepta fuit ut Gen. xvii
cum dominus apparuit Abrahe nona
ginta novem annorum existenti
dicens ad eum Ego dominus omnipotens
ambula coram me et ego perfectus
ponam fedus meum inter me et
te Et infra statuam quod pactum meum
inter me et te et inter semen tuum
post te in generacionibus suis federe sempi
terno Et infra tu ergo custodies pa
ctum meum et semen tuum post te
in generacionibus suis hoc pactum
est quod servabitis Circumcidetur ex vobis
omne masculinum et circumcidetis car
nem preputii vestri ut sit signum federis
inter me et vos Infans octo dierum
circumcidatur in vobis omne mascu
linum in generacionibus vestris Eritque
pactum meum in carne vestra in
fedus eternum Masculus cuius preputii
caro circumcisa non fuerit delebitur ani
ma illa de populo suo quia pactum
meum irritum fecit Ecce fedus
eternum ecce pactum sempiternum
inter deum ex una parte et Abraham
et semen eius in generacionibus suis
post ipsum parte ex altera Nichilominus
moyses cum de egipto filios israel de
duceret tam stricte adeo preceptum
circumcisionis per annos quadraginta in
deserto ob causam laboris itineris pre
termisit vero cum filii israel legitur cir
cumcisi in deserto [illegible] quia eos Jo
sue cum duxerat in terram promissionis
transiordanem ibi in galgalis seu in
collis preputiorum iuxta preceptum
domini eos circumcidit Josue v°. Item
legitur primi machabeorum in ca° ii. ma
thatias cum sua societate non abstinuisse
quod diebus sabbati fuisset tam de lege nature
quam de lege scripto strictissime pre
cepta abstinuerunt scilicet in diebus quod non
licebat eis secundum legem ut pugnarent
contra gentes eorum diebus sabbatorum
Item leuitici octavo legitur quod panibus
proposicionis laycis non licebat com
edere ad manducandum et tamen dauid cum
pueris suis tempore necessitatis a pontifice abima
lech sacerdotem eis usus fuit ut
primi regum xxi° capitulo et Math. xii et luce vi

Sic denique serpentem eneum quem
dominus preceperat fieri per moysen dicens
Numeri xxi capitulo et fac serpentem eneum
et pone eum pro signo. Sed tamen eze
chias rex quarti regum xviii capitulo destr
uxit sicut enim refert scriptura de eo fecit
quod erat bonum coram domino iuxta omnia
que fecerat david pater eius. Ipse dissi
pavit excelsa et contrivit statuas
et succidit lucos confregitque serpentem
eneum quem fecerat moyses siquidem
usque ad illud tempus filii israel ado
lebant ei incensum. Ex quibus et
quampluribus aliis exemplis veteris
legis satis manifeste colligitur quod si
synagoge iudeorum vel eiusdem guber
natoribus vel aliis prelatis licuit
statuta cerimonias ordinaciones sta
tuere et ex certis et racionabilibus
causis eciam divinam legem interpretari
et ex hiis immutare aut tollere aut
suspendere pro tempore multo magis
hoc licet et licebit ecclesie catholice et
eius vli pontifici summo scilicet qui totius
ecclesie curam gerit qui non est minoris
auctoritatis in populo christiano quam fuit mo
yses in populo iudeorum maxime
cum ipse christus indefectibiliter assi
stenciam suam et spiritus sancti ecclesie ca
tholice promisit dicens et loquens
apostolis: Ecce ego vobiscum sum usque
ad consummacionem seculi. Et similiter lo
quens de assistencia spiritus sancti Johannis
xiiii dixit: Paraclitus autem spiritus sanctus
quem mittet pater in nomine meo ille
vos docebit omnia et suggeret vobis
omnia quecumque dixero vobis. Et ne
quis estimet quod solis apostolis et non
futuris ecclesie rectoribus sit hoc dictum
ideo Johannis xiiii dominus dicit: Ego ro
gabo patrem et alium paraclitum da
bit vobis ut maneat vobiscum
in eternum spiritum veritatis. Potest igitur in
ecclesia catholica statuta et ordinaciones
facere preter ea que in lege christi ex

presse continentur et eciam ipsam legem
christi interpretari et ex certis et ra
cionabilibus causis prelatorum et
temporum varietate precepta eius et
ordinaciones suspendere tollere
aut immutare pro tempore quod tamen necessa
rium est quia nunquam preceptum
in virtute aut in forma usquequaque
ab ecclesia sublatum est aut im
mutatum. Et ex hoc concluditur
quod si eciam commodo utriusque speciei
fuisset de precepto christi quod tamen nullo
conceditur quia nullo modo est ipsa
ecclesia catholica ex certis causis
potuisset immutare aut tollere
multo magis quam moyses cir
cumcisionem vel matathias sabbatum
que tam strictissime divina lege
observari mandabatur et ritum
unius speciei statuere et hec racio
in materia ista convincit adver
sarios si convenirent nobiscum
in accepcione quid sit ecclesia catholica
quia nullo auderent negare
preeminenciam legis christiane et
ecclesie catholice ad legem mosay
cam et synagogam iudeorum. Sed
iam ad ea que ecclesia catholica vel
in preteritum fecit statuit et ordina
vit oculos dirigamus preteritorum
memoria mentem moneat iuxta
de presentibus et futuris cogitare. Pri
mus quidem manifestum est bibliam
que est fundamentum totius fidei
nostre et ecclesie discipline robur et
auctoritatem accepisse et ex acceptacione
et approbacione ecclesie vel ab eius reparacione
et innovacione. Esdre scribe magni
sacerdotis eius innovacio per multa
tempora ante christi adventum fuerat
per synagogam iudeorum accepta
ta et approbata. Insuper manifestum
est multos in eodem volumine libros
contineri qui apud iudeos in auctoritate
non habentur sed inter apocriffos com
putantur qui tamen apud nos
in eadem veneracione et auctoritate

habetur sicut et ceteri et hec utique non nisi ex traditione et acceptacione universalis ecclesie catholice quibus contradicere nullos licet pertinaciter. Justinum multi ecclesiastici scripserunt ut habetur dis. xv in decretis ut pote Bartholomeus, Nicodemus et quam plures alii de quibus dictum est in superioribus tamen ecclesia catholica omnibus aliis spretis quatuor tantum acceptavit approbavit et in auctoritate ac in summa veneratione habere voluit. Et quod predicti libri divine legis tam veteris quam novi testamenti auctoritatem ab ecclesia habeant patet per gregorium doctorem Augustinum contra faustum hereticum ita dicentem: Veterum porro librorum auctoritatem a progenitorum consensio et per successiones apostolorum ... roborata nobis adversa est. Et item non crederem evangelio nisi me catholice ecclesie auctoritas commoveret. Item quatuordecim epistolas pauli in auctoritate habendas statuit et quandam residuam recusavit nam et unam laodicensibus scripsit de qua ipse meminit apostolus faciens mencionem eius colossensibus in capitulo iiii in fine ubi dicit et ea que laodicensium est vobis legatur. Similiter eciam apud plures dubium fuit quis earum que ad hebreos est epistolam scripserit quamvis eam scripsit paulo apostolo tamen plures etiam eiusdem epistole ad senecam leguntur quas ecclesia renuit et non cum ceteris in auctoritate habentur. Utraque hec omnia auctoritate solius ecclesie gesta sunt. Similiter etiam auctoritas apostolicas canonicas actus apostolorum et apokalipsim Johannis inter canonicas et divinos libros habere voluit statuit et ordinavit. Item cum plures bibliam in latinum transtulerit sive de hebreo sive de greco solius tamen nostri Jeronimi gloriosissimi translacio ecclesie auctoritate ante fertur. Cum igitur omnis nostra auctoritas in affirmanda veritate catholica et adversa falsitate confutanda ortum habeat a fonte sacrarum scripturarum utique multo fortius habebit ab ecclesia catholica que et ipsas scripturas sacras tradidit et statuit in auctoritate habendas. Preterea glosa ordinaria super totam bibliam libri sanctorum doctorum Ambrosii Augustini Jeronimi aliorum leges civiles decreta decretales et omnes alie scripture que inter christianos in auctoritate habentur sed aliunde habent auctoritatem nisi ab ecclesia et in tantum valent quantum ab ecclesia approbantur aut saltem sustinentur et permittuntur. Insuper auctoritate ecclesie universitates et studia fundata sunt gradus magistrales et doctorales in omni facultate ordinati et concessi sunt. In eisdem denique quanta circa fidem ecclesia catholica statuit ordinavit et pro infallibili veritate tenenda mandavit manifeste liquet. Verum licet ex scripturis sacris constat de trinitate in divinis tamen quod singuli in trinitate existentes persone nominantur hoc ecclesia catholica ordinavit et statuit. Insuper quod in christo non sint due persone ut quidam heretici posuerunt tamen ex scripture manifeste non habetur hoc per doctores suos ecclesia declaravit. Similiter quod mater christi mater dei dicatur. Item nusquam in canone sacre scripture reperitur quod parvulus recenter baptisatus qui nec corde credit ad iusticiam nec ore confitetur ad salutem inter fideles et credentes computetur. Nichilominus ecclesia ita diffinivit et statuit quod quisquis negare hoc ausus fuerit aperte utique iudicabitur hereticus. Unde Augustinus in libro de baptismo puerorum ubi ponit parvulos baptisatos perfecto in numero credencium nonnisi de consuetudine antiqua canonica et fundatissima parvuli baptisati fideles vocantur

et iniusta inter credentes igitur baptisatos
parvulos numerabis nec ullos iudicare
aliter audebis si non vis aptus esse
hereticus quia ideo sunt vitam eternam
Nolo eis sine ista fide et sine sacramento
huius fidei promittere vitam eternam
Et iniusta nam ratiocinatores eorum scilicet
pelagianorum ad hoc videntur compel-
lere sed auctoritate reprimunt ecclesie nec non
dictam sensibus hominum obruantur sic po-
rum infancium lacrimis tamquam fluvio
protrahantur Et patet quod ecclesia fundat
ibidem fidem que extra canone scripture
non habetur Item nullus canonis biblie
te docet quod si aliquis mortuus fuit
et non crediderit quod tunc salvetur immo
habetur oppositum Marci ultimo capitulo Qui cre-
diderit et baptisatus fuerit salvus erit
qui vero non crediderit condempnabitur
Et nichilominus fides ecclesie statuit ut
quilibet fidelis firmiter credat parvu-
lum baptismum et si ante usum ra-
tionis moriatur salvari firmiter
credat parvulum baptizatum Unde Au-
gustinus et ponitur in canone xv q. pa-
rvulus in unitate credere nec peccato primam
quod originaliter trahunt agere pueri
sacram fidei quod est scilicet baptisma cognoscere
rationis etas eorum capax esse non
potest sufficere ad salutem Item sola
auctoritas ecclesie constituit ut compatres
in baptismo parvuli fidem pro ipso res-
pondeant loco ecclesie et quod fides ecclesie
suppleat parvulo sic baptizato quam-
diu ad etatem non pervenit ad salutem
et auctoritas ecclesie nobis instituit ut
parvuli per aliorum pedes ad fidem
veniant per aliorum corda credant
per aliorum linguas in baptismo res-
pondeant et fidem confiteantur Augustinus
in libro iii de libero arbitrio et habetur
de consecratione dis. iiii Illud perscrutari homines
solent sacramentum baptismi Christi quod prosit
parvulis cum eo accepto plerumque
moriuntur priusquam quidquam
possint cognoscere Sana in re satis pie

recteque creditur prodesse parvu-
lis fidem eorum a quibus consecrandis
offeruntur et hoc ecclesie commendat
auctoritas ut per eo quisque senciat quid
sibi prodesset sua fides cum in aliorum
quoque beneficio qui propriam non dum
habent prestatur commendat Insuper
inscriptum legitur in sacris libris quod
apostoli simbolum unum quod in diversis
horis divinis sub silencio dicitur
composuerunt aut fecerunt vel in duo-
decim articulos distinxerint
et tamen fides tenent et credunt
immo et nominant ipsum simbo-
lum apostolorum et hoc nonnisi auctoritate
ecclesie et specialiter concilii Nicenum co-
ecclesie auctoritate et articulus de descensu
Christi ad inferos tenetur firmiter
et creditur ipsum etiam sacrum co-
ncilium Nicenum cum et nicenum
simbolum edidit in quo plura
fidem concernencia declarantur quod
et publice et apta voce ubique
in cunctis ecclesiis catholicis dicitur
et cantatur cum per modum articu-
lum de processione spiritus sancti
a filio ecclesia addidit Item auctoritate
ecclesie simbolum Athanasii in di-
vinis officiis canitur Item auctoritate
vero ecclesia catholica de hiis que
ad fidem pertinent interpretata
sunt declarantur quod posuerit et ma-
nifestat confutatio innumerabilium
heresum ad quas enumerandas
non sufficeret tempus nec manus
ad scribendum ligna ad narrandum
valeret in quorum confutacione
tamen veritates fidei elucidate ma-
nifestate et apte fuere que prius
latebant in operto quod fuit heresis
confutate Sed iam confutate descen-
damus ad ea que eadem ecclesia
catholica circa divina precepta et
sacra immutavit et cum licet
in lege veteri prohibite fuissent
lege divina ymagines visibiles

Ar

nedum ipsius dei sed quorumcumque
sanctorum eciam uel de quibus in
scripturis siue veteris siue no
ui testamenti gesta habentur et ab
faciendi aut fabricandi reperiatur
nichilominus ecclesia catholica edo
cta a spiritu sancto nedum permisit
immo statuit et ordinauit ut
vtiles ymagines xpi gloriosis
sime sue matris et ceterorum
sanctorum fierent quinimmo a manu dei
erexerunt homines ad memora
dum et recordandum gesta et fa
cta domini nostri ihesu xpi et aliorum sanctorum
ut sic excitarentur ad eorum imita
cionem et ut eorum sepius imp
lorarent per se suisque viuis et
defunctis suffragia et auxilia
Insuper licet dies sabbati fuerit
strictissime ad obseruandum et custo
diendum precepta et mandata ut
Gen. ii capitulo vbi legitur quod post
creacionem sex dierum cessauit
dominus die septimo ab omni opere
quod patrauerat et benedixit diei
septimo atque in lege scripta
per modum in eternum sempiternum
constituit sub diuersis penis diem
hunc septimum a cunctis gene
racionibus celebrandum obseruari
Num. et collectorem lignorum in die
sabbati mandauit dominus lapi
dibus obrui ut Num. xv Et pro
firmiori ratificacione seu constan
tissime voluntatis et perdiligen
tiori custodia specialiter imminue
assignauit hoc preceptum dicens
Memento ut diem sabbati san
ctifices nullum enim aliorum pre
ceptorum tante memorie signo
assignauit qui dies magna sub
custodia et religione obseruacionis
semper habitus fuit et custoditus
eciam tempore apostolorum ut longe post
obseruatus et nichilominus propter

reuerenciam et beneficium dominice resur
reccionis dictus dies sabbati ex sola
consuetudine ecclesie vtilis fuit in diem
dominicum commutatus preter auctoritatem cuius
cumque scripture sacre veteris et no
ui testamenti Item in domino precepit
Exodi xii in eternum sempiternum
cultus fidelis populus celebraret pas
cha domini ad vesperum die xiiii mensis
primi quod preceptum ecclesia catholica
per multa tempora post obseruauit tandem
spiritu sancto duce sine cuiuscumque scripture
auctoritate perducimus ritum illo ad tem
pora auctore permutauit taliter ut nunquam
pascha nostrum cum pascha iudeorum
coincidit et semper in die dominico ce
lebratur Item ut supra habitum est
in principio licet circumcisio in lege fuit
strictissime mandata obseruari fuit
quod ipse dominus noster ihesus xpus circumcisus
et omnes apostoli et ceteri post ascensionem
domini fuit obseruata nichilominus absque
alia auctoritate scripture apostoli eciam in mu
tauit auctoritate spiritus sancti ecclesiam dirige
tur et gubernauit et habetur Actuum xv
vbi dixit petrus quid temptatis
deum imponere iugum super ceruices
discipulorum quod neque patres nostri
neque nos portare potuimus sed per graciam
domini nostri ihesu xpi credimus saluari
quemadmodum et illi Vnde et iusta sa
nuerunt apostoli eciam omnino debere tolli
scribentes epistolam ad fideles qui erant
anthiochie per manus pauli et bar
nabe dicentes visum est spiritui sancto
et nobis nichil vltra nobis imponere
oneris quam hec necessaria etc Ex quibus
manifeste concluditur potestas ecclesie et ve
ritas indefectibilis in hiis que fi
dei sunt et necessitatis ad salutem
Et paulus ad Colloc. ii post decre
tum et statutum apostolorum dicit Si
circumcidimini xpus vobis in nullo
proderit vbi apparet totalis ablacio
immo anichilacio circumcisionis que

sub pena mortis lata ab ipso domino
eternaliter observari a domino Item in
nume cerimonie erant in lege veteri
precepte observari a domino quas apostoli
postmodum et ecclesia sustulerunt ex
certis racionabilibus causis Item videas
mutaciones factas circa precepta christi
et sacra nove legis Et primo circa sa
cramentum baptismi quod ipso christi circumcisioni in
nova lege successit Nam dominus
noster ihesus christus ascendens in celum
precepit apostolis suis ut dicit Ite docete
omnes gentes baptisantes eas in
nomine patris et filii et spiritus sancti
In quibus verbis dedit eis et limitavit
formam baptismi et in persona eorum
toti ecclesie et tamen non post longum tempus
ipsi apostoli et ecclesia dimittendo dictam
formam In nomine patris etc. traditam per
dominum baptisabant tamen In nomine christi
dicentes Ego te baptiso in nomine domini nostri
ihesu christi Cum autem hoc nomen ihesus
christus dicat unam personam tamen duarum
naturarum hec autem nomina pater et filius et
spiritus sanctus dicant tres personas in una
natura tamen patet maximam esse
differenciam inter has duas formas bap-
tismi scilicet in nomine p. et f. et s. s. et in nomine
christi et licet eundem rem et essenciam
idem sit baptismus qui fiebat primo et
nunc In nomine patris et filii et spiritus
sancti et in nomine christi tamen tanta
videtur differencia ut si quis nunc in nomine christi
baptisaretur non baptisaret ut dicit sanctus
thomas in tercia parte nec preterea intendimus
est de mutacionibus factis in
ecclesia circa hoc sacramentum baptismi tamen
quo ad tempus baptisandi quam quo ad eta-
tem baptisandorum quam eciam quo ad
personas que possunt hoc sacramentum mini-
strare In primis enim homines sancti bap-
tisabant tamen illi qui per se sciebant
fidem interrogati respondere Sed post-
modum nunc parvuli et alii usu ra-

primus

rentes racionis sub esse sunt periculo
dampnacionis ecclesia providit circa
eorum baptismum et eciam supra statu
etiam est Decrevit eciam ecclesia pro
statuto quod preter vigilias pasche
et penthecostes nullos solemp-
nis baptismus celebraretur omnesque
ad dictas vigilias exclusis naturaliter
articulo baptisandi servarentur nec ex
doctrina christi et eorum nec eciam
ex doctrina alicuius apostolorum habetur
expresse quod aliquis habeat potestatem
baptisandi exceptis ecclesiasticis
quorum statum prefigurabat apostoli
quibus solum dictum est Ite bap-
tisantes etc. Et nichilominus in necessitatis
articulo mares et femine pagani
iudei et heretici possunt baptisare dummodo
servant formam ecclesie et intencionem
ecclesie Cum hoc certe quia sic declaravit
ecclesia sic ordinavit et quia
sic ei placuit suam autem omnibus
communicare in necessitatis articulo Item
non modica mutacio eciam in sacro
matrimonii eciam successione temporum
ante ecclesie facta est Nam in primor-
dio sue institucionis erat illimitatum
ita quod masculus et femina uterini
et germani poterant simul matrimonialiter
copulari Et postquam ali-
quantulam multiplicacionem generis humani
quibus ordinatum fuit ut infra quarta
linea consanguinitatis contraheretur
Deinde post habundantem multi-
plicacionem generis humani arctando
sancti ordinatum extitit ut non
in propinquiori quam in quinta
linea consanguinitatis possit ma-
trimonium contrahi Ex quibus
patet quod tercia gradus sacrorum consanguinitatis
parentes habent cum multum
ex certis causis denegatur et po-
tuit esse immo ita fuit quod in primi-
tiva ecclesia cum adhuc pauci homines
erant christiani dabatur eucharistia sa-
crum fidelibus populis sub utraque specie

emundata piacula quos pecudis co
rrodebatur nunc multitudinum dene-
grabatur. Item quamvis deus in
lege nature cum hoc matrimonii sacramentum
instituebatur statuisset quod unius
viri tantum una esset uxor et econ-
verso ut Genesis ii cum spiritus sanctus dixit
per adam Relinquet homo patrem
suum et matrem suam et adherebit
uxori sue et sequitur et erunt duo
in carne una. Nichilominus hec
lex mutata fuit in sanctis patriar-
chis ut in lamech qui primus
simul duas uxores habuit. In
abraham simul et Jacob. In
aliis eciam sub lege constitutis in quibus
lex vetus uxorum pluralitatem
videtur approbasse. Sed adveniente
lege nova in qua perfecta cuncta
comperiuntur mutata est lex imper-
fecta atque matrimonii et reducta
ad priorem institucionem et honesta-
tem ut unus unice et econtra
coniungantur in figura christi et
ecclesie unice sponse sue de quo ma-
trimonio ait apostolus ad Ephesios v
sacramentum hoc scilicet matrimonii magnum
est. dico autem in christo et ecclesia. Hanc
autem reductionem ad pristinum sta-
tum nullo modo legimus reductu-
rum. Ex quibus videtur sacris litteris nisi ex
statuto et consuetudine ecclesie. Nec
audebit quis dicere quod tempore legis
nature et legis mosayce non fuerit
in hominibus verum matrimonium aut
quod uxor fuit aliud sacramentum ma-
trimonii a sacro legis ewangelice propter
dictum christi in ewangelio loquentis
de huiusmodi sacro. Quod deus coniunxit
homo non separet. Item sacramentum
matrimonii et sacramentum penitencie in omni
lege naturali scilicet mosayca et ewangelica
locum habuerunt quamvis in
usu fuerint multum immutata

Ar

Item precipitur xxv capitulo Deuteronomii quod ha-
bitantibus fratribus germanis simul
uno moriente absque liberis uxor
defuncti alteri non nubat sed accipiat
eam frater eius ut suscitet fratris sui
semen. Quod et in nova lege ad aliquod
tempus fertur perdurasse. Que tandem
lex nulla ad hoc scriptura promovente
et ecclesie consuetudinem et statutum
sublata est. Econtra statuitur et prohibetur
quod sponsus non possit contrahere matri-
monium cum aliqua consanguinea sponse
mortue usque ad quintum gradum
consanguinitatis exclusive. Item sal-
vator noster dominus ihesus christus Mathei xix
accedentibus ad eum phariseis ad
ipsum temptandum et ab eo querentibus
Si licet homini dimittere uxorem suam
ex quacumque causa ipse hanc com
respondit. Dico vobis quia quicumque
dimiserit uxorem suam ex quacumque
causa nisi ob causam fornicationis et
aliam duxerit mechatur. Et ni-
chilominus sancta ecclesia catholica non so-
lum hac causa sed ex pluribus aliis per-
mittit et facit rationabiliter divor-
cia fieri ut in frigidis et malefici-
atis de affinibus contractis hec et plu-
ribus aliis causis. Ecce quot et quante
mutationes circa tam magnum et
necessarium sacramentum auctoritate ecclesie contingerint
Item in sacro penitencie quod ab adam
in paradiso incepit et debet durare
usque ad consummacionem seculi similiter mutatio
magna facta est in successione temporum
nam cum confessio sit pars principalis
penitencie tempore legis nature ad eam tamen
deo faciendam merita tenebantur
succedente vero lege mosayca vel scripta
hic homines obligabantur ad confessionem
cerimonialem constitutam puta per
aliquod sacrificium homines manife-
stabant se hoc vel illo peccato deli-
quisse ut habetur leuitici iiii et v°
capitulis et ut habetur eodem libro

p'nig

xviij c° Sacerdotes positis manibus
sup caput hyrci hoines filior isrl
gfitebant iniquitates Pz adveniete
veritate ewngelice legis et gfessionem
vocalem de vniuersis cogitacoibus
locucoibus opibus et obmissionibus
clare distincte faciendum instituit ecclia
sacerdoti auctem et iurisdicoem habenti
in secreto no ut homo s3 ut deo simul
offensa quantuz honori gfitentis
sub formidalibus et spectabilibus
penis pcipiendo et mandando sa
cerdoti ne quo quo signo aut vo
prodat aut reuelet pcta gfitentis
de qua quidem gfession fiunt et spar
gtus solum sic secrete et auricula
riter fieri debeat sacerdoti nulla
in scripturis sacris habetur tradicio n
q3 ad sic agendum spus sctus monuit
et direxit eccliam que nichilominus
originar fundat se in auctte clauiu
que ipsi ecclie ab ipso dno tradite sut
dicente petro Tibi dabo claues regni
celorum et quodcumqz ligaueris etc Et
Joh xx quorum remiseritis pcta
remittunt eis et quorz retinueritis
retenta sunt Cu iqitur sacerdotes
hunt remittere pcta utiqz oz ut a
gnoscant ea et spu scto ducente sca
ecclia gfessionem ut pmittitur secreta
statuit et ordinauit Item circa sa
crm ordinis vr ecclia addisse na
in pimitiua ecclia erant tm duo
ordines dyaconatus s3 et sacerdociu
et xxiij dist Jccirco idem tunc erat
epus et sacerdos quo ad nomen
no autez quantum ad rem qd tn nunc
no e Item circa sacrm dignissime
eukaristie multa videntur addi
ta vel imutata nam forma qua
cristus gsecrat in nullo ewngeliorum in
propria forma vor reperitur s3 vr
ecclesiam qd omnibus dictis ewngelistis
gflata et in ea sunt aliqua addita

et in gsecracoem hostie ecclia ad
didit hanc dictionem enim Cetum
xpus instituit hc sacrm et mini
strauit pq cenam et tn ecclia
mutauit et ordinauit ut
no nisi ieiunis et de mane ce
lebraretur et ministraret nisi
in necessitatis articulo immi
nente et errore de abservacoem
legalium leo papa ordinauit
ut tpe in fermento gficeretur
licet xpus gsecrat in azimo
ad quem ritum pq modo cessan
te dicto errore ecclia reuersa
deinqz ecclia ordinauit ritum
et modum hc sacrm celebrandum
cum certis ordinibus eplis et
ewngelis secretis musicis signis
vestibus sacris in vasis gsecrat
in ecclia in altari cum lumina
ribus cum assistentibus et aliis q
pdeuocoem et solempnitate tanti
sacri sunt de quibus psingula dis
currere longum esset Item in
pluribus que apli statuit eccl
tpm successioem et tpm varieta
tem scta e mutacio Nam apli
in gcilio suo Jerosolimis celeb
rato de quo habetur Actuum xv
sublata circumcisione et omnibus
quoddamodo cerimoniis veteris
legis statuit ut fideles deberent
tunc abstinere ab ymolacoem simula
crorum sanguine suffocato et for
nicacoem et nichilominus statim pq
predictam sublacoem circumci
sionis paulus aplus circumcidit
thymotheum qui qd patre gen
tili natus fuerat pter vitare
scandalum iudeorum qui erat
in illis locis ut habetur actuum
xvi Insup pq dictum gcilium
de cessacione legalium apli
et seniores qui erant ierlis ad
venientem paulo pter scandalum
euitandum sustinuerunt ad huc

cerimonias legales et noluerunt ut paulus ascendens in templum purificaret se et sanctificaret tamquam ambulans et custodiens legem, et habetur actuum xxi. Et post predicta ex ipsis preceptis que per epistolas tradita erant servanda quedam consuetudo ecclesie immutavit. Ita ex predictis quatuor primo et quarto manentibus illesis de non comedendo de ymmolatis simulacrorum sinodolis et de custodiendo se a fornicatione, secundum et tercium mutata sunt que ad sanguinem comedendum et suffocatum. Item paulus apostolus dicit oportet episcopum unius uxoris virum esse. In quo verbo preceptum apostoli includitur et ex hoc et ex ratione significationis bigamie semper est annexa irregularitas. Et nichilominus papa et multo magis ecclesia potest ymmo et de facto dispensat in bigamis non obstante precepto predicti apostoli. Unde dicit sanctus doctor in iiii dist. xxvii in responsione ad dictam auctoritatem pauli et quantum ad ea que sunt de necessitate sacramenti et fidei nec ecclesia nec papa potest dispensare sed in aliis que sunt de institutionibus apostolorum cum ecclesia nunc habeat eandem potestatem statuendi et destituendi quam tunc habuit potest per eum qui primatum tenet in ecclesia dispensare. Unde propter et lucius papa dispensavit cum panormitano episcopo qui erat bigamus. Item sancta mater ecclesia docuit signum sacratissime crucis in fronte depingere. Ipsa docuit in eodem signo benedictiones sive sacramentorum consecrationes pro defensione et contra insidias malignorum spirituum sal et aquam benedicere et ea insimul miscere. Ipsa docuit fon-

tes baptismatis benedicere pro congregatione fidelium ad sacra percipienda ad doctrinam divinam audiendam ad divina misteria peragenda et ad laudandum deum speciales ecclesias fabricari cimiteria ubi fideles sepeliantur ordinare et exequias mortuorum facere et omnem talem ritum ecclesiasticum ipsa adinvenit que per singula explicare dies nobis potius deficeret quam materia dicendi. In quibus immutationibus faciendis sancta mater ecclesia pro locorum temporum et personarum varietate potestatem habuit a deo et a christo domino. Itaque licet fides confitetur deum esse omnipotentem omniscientem eternum invariabilem et omnimode incommutabilem, ipse tamen immutabilis et immobilis rerum exigentiam et diversitatem temporum varias leges dedit ut aliter homo in statu nature aliter in tempore legis et aliter in statu gratie salvaretur. Non quod tunc esset alia fides quam nunc sed una et eadem per quam omnes iusti ab abel usque ad ultimum iustum deo placuerunt quia secundum apostolum una fides unum baptisma unus deus omnipotens. Et ita licet semper eadem fides mansit cerimonias et professiones fidei ipse deus immobilis et invariabilis secundum varietatem temporum variavit. Ipse etiam dominus noster ihesus christus magister et opifex omnium actuum ecclesie in assumpta humanitate suas strictissimas constitutiones et sua precepta iuxta qualitatem temporum et informationem ecclesie immutavit. Nam ut habetur matthei x capitulo et luce ix dominus ihesus christus mittens suos discipulos ad predicandum precepit eis ut non haberent sacculum neque peram. Et similiter precepit eis in viam gentium ne abierint et in civitates samaritanorum ne intrarent

Nichilominus mutata condicione temporis et
ipse dominus mutavit sua precepta
etenim instante passionis tempore quo
eum oportebat sua presencia corporali su-
os relinquere discipulos plurima
precepta relaxavit. Nam Luce xxii
ait quando misi vos sine sacculo et si-
pera numquid aliquid defuit vobis
Responderunt nichil. Tunc Christus
dixit eis: Nunc autem dico vobis
qui habet sacculum tollat similiter et pe-
ram et post resurrectionem suam ascen-
surus in celum quos ante suam
passionem tantum ad iudeos misit mu-
tat in universum mundum dicens Marci
ult. Ite in mundum universum predica-
te evangelium omni creature. Et Matthei ult.
Ite docete omnes gentes baptizan-
tes eos etc. Hiis nimirum exemplis di-
vinis et scripturis sacra universalis ecclesia
edocta nichilominus a Christo et a spiritu
sancto directa cum sciat nichil velle
deum nec Christum dominum nisi salutem
nostram et omnia precepta statuta ec-
clesie et alia ad hunc unum et solum
finem ordinari predictas mutaciones
variaciones statuta cerimonias fecit
statuit et ordinavit. Si igitur ecclesia
catholica tot et tanta docta et di-
recta in spiritu sancto fecit in preteritum
statuit et ordinavit iuste sancte et ra-
tionabiliter et sine reprehensione ac
eciam in dictis Christi et apostolicis preceptis
mutaciones et interpretaciones fecerit
quis tam insanus et ebetis ingenii
audebit asserere ecclesiam ex racionabilibus
et urgentibus causis non potu-
isse communionem duplicis speciei mutare
in communionem unius speciei cum nec sit
de precepto Christi nec aliquod detrimentum
inferant non conficientibus sic sumendo.
Si enim mutaverunt apostoli formam bap-
tismi que dicit evangelium sacramentum ut sic quod
nunc in illa forma qua ipsi apostoli bap-
tizabant baptizaret non esset baptismus
quanto magis potest ecclesia mutare
vel tollere unam speciem que se
tenet ex parte materie et ex qua nichil
essenciale sacramenti deperditur nec con-
sumenti gracie si tot et tanta sancta
sunt tam circa hoc sacramentum quam
circa alia ante ecclesie. Christum
prefato videtur cur ex communione
et usum huius sacramenti ecclesia non
possit statuere ut sic vel sic su-
matur. Et si queratur cuius
aut ubi aut quo tempore ante co-
stanciensem concilium sunt dupplicis
speciei in unam autem ecclesie
facta mutacio Respondendum
est cum Augustino et habetur dist. xi c.
ecclesiasticarum ubi dicit quod ecclesiasticarum
institucionum quasdam scripturis
quasdam vero apostolica tradicione
per successores in ministerio confir-
matas accepimus quasdam
vero consuetudine roboratas ap-
probavit usus quarum par ritus
et idem utriusque pietatis debetur
effectus. Et infra eiusdem plu-
ribus de quibus auctor et loca et tempora
ignorantur subiungit. Hec et alia
in hunc modum non pauca in
tacita ac mistica tradicione a plu-
ribus ecclesiastico more ac re-
uerencia diligencia sunt in mi-
nisterii observata magis silen-
cio quam publicata scripto cuius-
modi sunt in mutacio Sabbati
et paschalis festivitatis crucis
signacio, aque et salis benedic-
tio multorum preceptorum et ceri-
moniarum veteris legis immu-
tacio. Consulta que quecumque in
sacrificiis fiunt ut est forma
consecracionibus talibus benediccionis
fontium baptismatis et multa
alia quibus sola consuetudo universalis
ecclesie auctoritatem tribuit etc. est eciam
communio unius speciei cuius immutacio

et auctor et tempus atque locus ignorantur et ista ad consuetudinem communionis sola et rationabilis consuetudo et sanctorum doctorum comprobatio auctoritatem prebuit quod per modum concludente adversariorum instantiam. Idem sacrosanctum concilium approbavit et ut per modum non ut consuetudo tantum sed ut statutum et ordinatio ecclesie ubique veneraretur. Ad laudem omnipotentis dei qui est benedictus in secula seculorum Amen

Finitus iste articulus de communione utriusque speciei feria quarta divisionis appostolorum que fuit xv Julii Millesimoquadringentesimo Tricesimotertio Basilien. tempore Concilii

Septem regule ad habendum verum sensum sacrarum scripturarum

Ultimo vero et finaliter pro faciliori et manuali solutione dictarum auctoritatum et aliorum quas prose adducunt adversarii notande sunt diligenter septem regule que sequuntur. Primo itaque sciendum quod quamvis plures auctoritates sacre scripture et etiam sanctorum loquantur indifferenter de communione sub utraque specie panis scilicet et vini non tamen pretendunt preceptum nec dicunt huiusmodi communionem sub utraque specie quo ad laycos esse de necessitate salutis vel de precepto Christi et omnes huiusmodi auctoritates adducuntur per eos frivole et impertinenter nichil quod contra catholicam veritatem concludentes cuiusmodi sunt auctoritates apostoli 1 Cor. xi que indifferenter loquuntur tam de sacerdotibus conficientibus quam laycis in quibus tamen nullum preceptum exprimitur ut plane patuit loco suo. Secundo de ipsis superius agebatur in speciali. Secundo sciendum quod auctoritates tam sacre scripture quam etiam doctorum mentionem facientes mentionem de communione sub utraque specie continentes in se preceptum vel vim continentes precepti ut in pluribus loquuntur et sunt intelligende de sacerdotibus sacrificantibus quorum est conficere hoc sacramentum et sub utraque specie sumere propter perfectam significationem et representationem dominice passionis et mortis spiritualis et effectionis complete et aliorum que in hoc sacro representantur. Non autem de communione laycorum quorum capere et sumere est solum inter efficaciam et non propter representationem cuius dominus auctoritas Christi qui solis apostolis quos in sacerdotes instituerat precepit ut facerent sub utraque specie in suam commemorationem. Et hoc modo est intelligitur canon pape Gelasii Comperimus de quo in locis sub dictum sunt superius. Tertio sciendum quod auctoritates scilicet si que forte sunt loquentes de huiusmodi communione sub utraque specie et continentes preceptum vel vim precepti quo ad laycos restringende sunt ad tempus illud in quo mos ille in ecclesia servabatur et consuetudo eius ecclesie que fuit ex causa rationabili originem sive fuit generalis sive in tota ecclesia sive in aliqua sui parte notabili

ut pote in una nacione vel regno sive
etiam in una provincia aut dyocesi unum
sed obligativam legis et precepti nec
alicui particulari scienter licet contra
eam agere aut ipsam sua sponte pre
terire in loco ubi communiter observatur
Unde dicit Aug. ad Casulanum presbiterum
quod mores populi dei et instituta maiorum
pro lege tenenda sunt Et sicut prevari
catores legum divinarum ita contemp
tores consuetudinum ecclesiarum coher
cendi sunt Contra propter si quis latinorum
in originali sine greca ecclesia contra
morem ipsorum in azimo conficeret
peccaret ut dicunt doctores communiter
et econverso Si greci apud nos ageret
in fermentato propter diversam consue
tudinem ecclesiarum Quia igitur ita christus
sub duplici specie discipulis in ultima
cena ministravit hoc factum mul
ti sequentium hunc ritum te
nuerunt et in multis ecclesiis indi
stincte quo ad sacrificantes et alios
est pro invariabili consuetudine et pro
lege tenenda tunc hec consuetudo mi
nistrandi laycis sub utraque specie fuit
in ecclesia ordinata quia etiam tempore a
postolorum legitur Actuum ii capitulo
quod erant perseverantes fideles in doctri
na apostolorum et communicacione fractionis
panis et oracionibus et in fine capituli
quod erant fideles frangentes panes
circa domos ecclesie quod utique de pane
sacramentali doctores intelligunt
et specialiter magister historiarum in historiis
scolasticis ubi nulla mencio fit de
vino aut de potu nec est verisimile
quod in tanta re ab hoc ritu ecclesia
tam generaliter recessisset nisi in ali
quibus casibus aliquo precedente dedu
cto ab apostolis et primitiva ecclesia ex
racionabilibus et necessariis causis con
currentibus Doctores igitur loquentes
sub precepto de laycis communicande sub
utraque
ad tempus et ad ecclesias in quibus
huiusmodi consuetudo pro lege habebatur
quia consuetudine cessante cessat
obligacio huiusmodi auctoritatum et veri
tas quia quelibet auctoritas vera contra
tum cessante causa veritatis eius
cessat veritas et allegacio eius
sicut ista christus est incarnatus quamvis
fuit vera quia causa veritatis
ipsius fuit futuri temporis quod non dum
advenerat Sed iam futuro contingente
tempore adveniente et christo na
to causa ipsius veritatis ablata est
et per quod ipsa propositio nunc remanet
falsa quia non est vera christus est
incarnatus Cum igitur auctoritates huiusmodi
doctorum non erant vere nisi
ex consuetudine vim legis et pre
cepta habentibus cessante consuetudine
earum veritas cessavit et alle
gacio et valde diligenter est adver
tendum quod nullus doctor catho
licorum per adversarios allegatorum
et ita credo de omnibus aliis loquentes
de huiusmodi communione sub utraque specie
dicunt eam indifferenter quo ad hoc
esse de precepto christi aut de necessitate
salutis ita quod una species non suffi
ciat sine alia nec aliqua an
tiquorum per adversarios adductorum
dictum preceptum christi intendit
quoquomodo aut pretendit contrario
At multi doctores catholici dicunt
communionem divinissime eukaristie
non conficientibus summe sufficere sub
una specie ut in superioribus diffuse
ostensum est Contra narrata notandum quod auc
toritates tam sacre scripture quam aliorum
doctorum que videntur facere
mencionem de sumpcione huius sacramenti
sub duplici specie quo ad laycos
vel indifferenter quo ad omnes dupplici
modo loquuntur vel nomine rei
assumentes vel nomine specierum
Primo modo primi Joh. vi Nisi man
ducaveritis carnem filii hominis

et biberitis eius sanguinem non
habebitis vitam in vobis. Caro enim
et sanguis sunt res huius sacri
et ea que corporali aut reali co
mestione consumuntur ad hoc exem
plum pa Chor xi quotienscumque
enim manducabitis panem hunc
et calicem bibetis mortem domini
et panis enim et calix qui vi
num continet et pro vino accipitur
sicut sepe continens pro contento sumitur
nomina specierum huius sacri. Inter
hanc autem locutiones diligens
lector hanc dumtaxat attendat que
in auctoritate que est corporalis specierum
inquam aut rerum invenitur
notam precepti ad suum unum p
cepti. Hanc autem prout possit depre
hendi quod huiusmodi sumptio specierum
cadat et obliget ad preceptum
onderem quod huiusmodi sumptio sub
utraque specie non est de necessitate
salutis et per quod de precepto do
minico quod si forte in aliqua au
ctoritate doctorum aliquod preceptum sunt
ad precedentem inuncte regulam
recurrendum uel saltem ad eam
que in loco ultimo adducetur
que est finalis resolutio omnium
auctoritatum vero que constat corporalis
rerum sepe immo sepissime
reperitur preceptum uel in ipsis
sumptis uel in equivalentibus sic
patet in primo corpus nisi manducaveritis
etc tamen de sacrali manducatione
dicta auctoritas intelligitur ad decla
randum quod corpus precepto dominico te
neatur quilibet fidelis christianus rem ut
tamen huius sacri sumere sive
spiritualiter sive etiam realiter cum quod in
sacro continetur et cum utraque
res vere et integre sub qualibet
specierum continentur perfecte adim
plet preceptum quicumque sub utraque

uel sub una accipit specie et preceptum
rem non speciem determinat et propter hanc
advertentiam multe auctoritates et ra
tiones adversariorum evacuantur
immo ipsorum totale principale funda
mentum scilicet nisi manducaveritis penitus
enervatur. Et multo sepius quod in auctoritatibus
scripture et sanctorum per manducationem
corporis et bibitionem sanguinis intelligitur
in generali sumptio utriusque quod utique
ita vere et integre fit sub una so
la specie sicut sub utraque cum sub
qualibet ipsarum ipse sumpta totum et in
teger christus continetur ut declaratum
est et etiam si ad proprietatem locutionis
attendamus non proprie sanguis in
calice bibitur sed sola vini species cum
sub specie vini eundem modum sa
guis christi habeat existendi quem habet
omnimode sub specie panis. Etenim
sit sub specie panis sanguis licet ee
intra corpus christi et intra venas ipsius
inclusus sit per omnia et sub specie
vini quia non est effusus extra corpus
aut a corpore divisus sicut per species
designatur in memoriam dominice pas
sionis. Sepe itaque scripture et docto
res sancti loquentes de hoc sacro
etiam cum quod sub una specie continetur utuntur
manducationis et bibitionis terminis
pro sumptione ad significandum fideliter
quod sub sola specie panis sumunt corpus
et sanguinem christi vere et realiter
et non aliter sub ambabus quia sub
una earum licet magis efficaciter.
Sexto etiam intelligendum quod multe
auctoritates sonantes mentionem de communione
laycali sub utraque potius spiritualiter
intelligende sunt quam sacramentaliter ut
de multis patuit quando etiam sacerdotes
in altari in conspectu populi conficiunt
sub duplici specie et similiter sumunt
in memoriam dominice passionis tunc
populus assistens fide et devotione

manducat et bibit corpus et sanguinem
domini spiritualiter in sinceritate fidei per reco-
gitationes bonas et sanctas medi-
tationes masticando et hauriendo de
cordibus / et se Christo uniendo per affectum
amoris. Huiusmodi modum actualis man-
ducationis spiritualis qui tercius fuit
superius assignatus tangit Augustinus ut
quid paras ventrem et dentem crede
et manducasti etc. Quem modum illam
autem visi man. car. fi. ho. etc. Expo-
nit Augustinus ut clare ostensum est loco
suo / Septimo et ultimo notandum quod nulla
auctoritas cuiuscumque sancti aut doctoris
habet efficaciam ad aliquid probandum
aut concludendum autentice in aliqua
materia fidem aut salutem animarum
concernente nisi in quantum doctrine ecclesie
congrueret aut ab ecclesia approbaretur
ubi autem contrarium aut dissonum haberet
aliquid totum ut falsum repudiandum et
inutile. Et hoc ideo quia non doctrine
doctorum ecclesia subicitur sed econtra doc-
trina ipsorum ecclesie tamquam indeficienti
regule que errare non potest ut clarissi-
me monstratum est in capitulo huiusmodi materiam
declarante viii et Augustinus contra epistolam
fundamenti non solum doctrine doctorum
sed eciam ipsi ewangelio preferetur ecclesia. Ewangelio
non crederem inquit nisi me ecclesie auctoritas
commoveret. Item cum plura reprobaverit
scripta ewangelica quam quatuor ut puta
Andree Thome et multorum aliorum
illa nichilominus optinuerunt auctoritatem
que ipsa ecclesia approbavit et illa re-
probata sunt que ipsa reprobavit. Quare
et omnes doctores ecclesie suas doctrinas
multo ecclesie iudicio submiserunt et
submittunt cottidie sic et paulus
Gal. 2o non obstante quod ewangelium suum a
Christo revelatione habuisset tamen ut autenti-
caretur ascendit cum Barnaba Ierusalem
ubi pro tunc ecclesia principaliter reside-
bat et contulit cum illis scilicet apostolis

et aliis in quantum ecclesia consistebat
et seorsum cum illis qui videbantur
esse aliquid ewangelium ne forte in
vacuum curreret aut cucurrisset. Cum
igitur ecclesie consuetudo obtinuerit
generaliter a multis retro temporibus
ut non sacrificantes sub una specie
communicent sitque dicta consuetudo
per generalia concilia approbata et de-
clarata non esse contra divinam
voluntatem aut Christi preceptum
manifestum est omnem auctoritatem
cuiuscumque doctoris quantumcumque sancti
aut ingenio aut sapientia preediti
contra hanc consuetudinem et statutum
ecclesie nichil posse concludere / qua-
propter si adduceretur aliqua auctoritas
sive per aliquem predictarum regularum
non posset satis fieri ad plenum ma-
xime propter proterviam adversarii.
Respondens fidelis catholicus ad
hanc ultimam regulam tamquam
ad portum tutissimum confugiat
quia unico hoc ecclesie scuto ut ait
Ieronimus in disputatione contra Luci-
ferianos omnium adversariorum argu-
mentationum rivulos facile po-
terit desiccare. Ad laudem omnipotentis
dei et exaltationem fidei catholice fi-
nis est positionis et replicationis magistri
Iohannis de Ragusio sacre theologie
professoris ordinis fratrum predicatorum
facte in sacro generali Basiliensi
concilio ad dicta magistri Iohannis de
Rockyzano Bohemi in articulo
communionis sub utraque specie. Anno
domini etc. tricesimo tercio.

Sermo per magistrum Ieronimum de praga alias Gyrzik in ecclesia Basiliensi Cathedrali coram concilio in octava pasche factus Anno domini millesimo quadringentesimotricesimotercio:

Hec est victoria que vincit
mundum fides vestra Hec verba
originaliter scribuntur prima
Joh 1 cap° et leguntur in actua epistola
dominice hodierne Reuerendissimi
et prestantissimi in christo patres
et domini mei metuendi vestra benigna
et cardinales celi prima mandat
sub sequentes apostoli qui sic inquit
omnia quecumque facitis in verbo aut
in opere in nomine domini ihesu christi
facite Ad Colloc' in transsumptum
tunc in c° non licet xxiii q. v. quere
in nomine omnipotentis dei patris
qui ab inicio seculi vtramque de
nichilo condidit creaturam angeli
cam scilicet et humanam de summa
trinitate cap° firmiter Et in nomine
filii eius domini nostri ihesu christi qui
cum in forma dei esset non rapi
nam arbitratus est esse se equa
lem deo quia naturaliter semper fuit
et est equalis deo Attamen hu
miliauit semetipsum habitu inuentus
ut homo quia sic in virginis
vtero suscepit hominem ut nec sine
homine deus esset nec sine deo ho
quamuis nec humanitas sit di
uinitas nec diuinitas sit huma
nitas nam non sunt confuse in
eo iste quamquam vna sit persona quia
deus et homo vnus est christus ut
ait in simbolo beatus athanasius
In cuius nomine omne genu flec
titur celestium terrestrium et
infernorum ad phil 2° Et
in nomine sancti spiritus qui a patre et
filio vna non pluribus spiracionibus
procedit sicut greci fere suspicantur
et errant Et vnita cum spiratione
procedit de summa trinitate et fi
de catholica cap° vnica qui quidem
spiritus sanctus vbi vult spirat et vocem
eius audis sed nescis vnde veniat
aut quo vadit Joh 3 Sed quia in cre
acione ordinata causa naturali quam et ar
tificiali est aliquid efficiens aliquid re
cipiens aliquid proueniens Sicut est
in actu sancte predicacionis qui actus Jerar
chicus et valde sublimis est hec tamen
necessaria requiruntur Nam quamuis in
omni accione generaliter deus ipse dicatur
prius agere in actu predicacionis tran
scendit facultatem naturalis intelligencie
tam angelice quam humane quia
est de illo qui est superior omni nar
racione ut habetur in libro de causis
proposicione sexta cui alludit proculus
philosophus proposicione centesima xxiii sui
libri qui sic inquit propter specialem
vnionem indicibile est et incognoscibile
est ab omnibus secundis simultaneum
dicibile erit a me eo quod vite mee
negligencia et sermonis inpericia
sistunt contra aduersa presertim tu in presen
cia tantorum patrum et doctorum diuer
sarum facultatum quidquid dixero
inpericie mee deputari et veniam
dari peto Nam ut ait beatus gregorius
in libro sexto moralium super finem
Capitalibus inquit meus doctrina pal
leat grandis est inpericia doce velle
meliores in eo namque vera vim sue
rectitudinis admittunt eo quod au
ditori non congruit vim et medicina
virtutis perdunt cum sanis membris
apponitur et hec gregorius vnum ut au
diam quid loquatur in me dominus
deus meus quia loquetur pacem in
plebem suam et super sanctos suos
et in eos qui conuertuntur
ad cor ps° lxxxiiii de diuina con
sensus mea ac vera parua ceptum
progrediar iter quod ut facilius im
petrarium pro spiritus sancti inplendo
gratia mente pia salutacione
angelica dicentibus Aue maria etc.
Hec est victoria que vincit mundum

fides vera vbi thema Reuerendissimi
patres quia hec sacrosancta sinodus
Bas. pro reformacione vlis ecclesie tam
in capite quam in membris congregata
e Ideo de reformacione morum ac de
nobis ipsis hodiernus sermo reddendus
e Eo quod spectaculum facti sumus mundo
angelis et hominibus prima ad Chor. iiii
Conare vtens vbis bti Aug. de vita
clericorum et habetur transsumptiue
in decr. xii q. i in hec c. Nolo quod
aliquis inveniat in nobis male vi
uendi occasionem prouidemus enim
bona ut ait apostolus non solum coram
deo sed etiam hominibus quia propter nos
necessaria e bona nobis conscientia et
propter alios necessaria e vel bona fama
Ecclus e enim nomine bono quam
unguenta preciosa Ecclesiastes vii Nam
qui confidens conscientie sue negligit fa
mam suam crudelis e Igitur sicut
sacerdos vel Episcopus aut prelatus in
amore diuino profunditus in xpo re
gulatus in proximo dilatatus sapientis
sime et veridice optinet ut in sui
statu suo possit esse perfectus tenet
conclusio quia amor dei sui et proximi
deuocitate requiritur ad perfectionem
cuiuslibet sacerdotis Episcopi aut prelati
quo propter primum in optimo quietatur
quo ad secundum in ipso regulatur subiecto
per tercium concluditur subiecti ad obiec
tum oppositum in adiecto Inchoatur
autem amor dei secundum Aug. in li.
de ciuitate dei ca° xviii a contemptu
sui Cum ob diuinam gloriam odium
potius reportet quam fauorem mun
danum bti Joh. Crisostomi in ope. per
fecto sic dicentis Ecclus e odium
propter deum quam amor propter semet
ipsum Huic sine consonat Canon
v. q. iii. in hec c. Ecclus e pati
pro veritate etc. quod et confirmat illa in

creata vitabis cum v. Beati eritis
cum maledixerint vobis homines
etc. et hoc e quod notatur in verbis
thematis epistole hodierne passim etc.
hec e victoria etc. In quibus verbis
tamen sit rudibiliter introductus
Triplex nota victoria Est nam
victoria fidei catholice que vin
cit iudeum et mundi sapienciam
Est secunda victoria vite honeste
que vincat iudeum et mundi con
cupiscenciam Est etiam tercia victoria
sane doctrine que vincat iudeum
et mundi ignoranciam Circumiam ad
primum dico quod e victoria fidei
catholice que vincat mundum id e
mundi sapienciam sicut ad Cor. 1
Nonne fecit stultam deus sapienciam
huius mundi quia vbi multa e
sapiencia ibi multa e indignacio
Eccles. i primo. Nisi forte quis
credat Aristotelem fuisse fidelem
quia in libro de celo et mundo
trinitatem numeri extollit non tamen
respectum sancte trinitatis quam
nunquam in via cognouit Sic
et Marro esset fidelis eo quod in
buccolicis dicit numero deus impare
gaudet hac racione et plato esset
xpianus quia scripsit de verbo
et testatur Aug. verbo quod filio dei sed
per quandam ydealem racionem sic di
ximus et Tragicum de xpo
fuisse locutum quia et in per
sona Herculis ethici cecinerunt
Ergo relicta morte cum spo
sis redii hii namque pro fide catho
ros et pagani et infideles
ut ait beatus Aug. cum pluribus
diis sacrificare senserunt et
propria dicta a sacris litteris
mutuantes dyabolica falsita
te immiscuerunt Ideo beatus Jero.
in regula ad Eustachium sic ait

Hanc fidem catholicam stultus
plato athanius non didicit non
socrates non pomphilius non ari
stodemus non pictagoras non
omnium phariorum turba percepit.
Attende et tu fatue aristoteles qui
quamuis fuisses magnum prodi
gium in terra tamen hoc ignora
bas quod sapiencia mundi stulticia
est apud deum hec Jacobus vera
ergo victoria que vincit mundum
et mundi sapienciam est fides nostra
que precipue in verbi dei incar
nacione passione et resurrec
tione consistit quod verbum caro fa
ctum est et habitauit in nobis
Joh 1 Et namque in incarnacione
passione et resurreccione omnium
arcium liberalium censuras
artis gramatice fecit eo quod verbum
illud per quod facta sunt omnia
et sine quo factum est nichil
supponitur et regitur cum tamen sit substantiuum
occultatur et tegitur cum sit indica
tiuum Subiugitur et vincitur cum
sit imperatiuum vilificatur et a
iudeis spernitur cum sit opta
tiuum / dilatatur et in cruce exten
ditur cum sit coniunctiuum / ter
minatur et in sepulcro clauditur
cum tamen sit infinitiuum Similiter
mutauit censuras artis logice
Cum notatur infinitum fini
tum reputatur Et cum sit tran
scendens in genere collocatur
Insuper contraria simul dicuntur
de eodem mutauit omnem in
se censuras geometrice artis
eo quod linea infinita et longissima
sic in minimo abreuiatur circumfe
rencia maxima sic inclusa
firmatur figura sine spera
absque mutacione quadratur Et
autem pulcre declamat philippus

parisiensis metrice in hec verba ait Cum
factorum et facture mira sit con
iunctio qua sit modus ligature que
iuncture racio Stupet ipsorum racionum
in mensum sub mensura tenuorum
clauditur Speram claudit quad
ratura et semper ipsa clauditur Ergo
exempla verbi dei incarnati mo
derni sacerdotes et prelati debent
per hoc sacrum calamum in mori
bus reformari Et subditis bonum
exemplum ministrare Integritas namque
presidencium est salus subditorum
Cum prelati in seipsis debent ostendere
qualiter subditos in via dei oportet
ambulare Cum vita pastorum
subditorum debet esse forma ij q
vij Cum pastoris vulneracio vul
nerato eciam pastore quis curandis
ouibus medicinam adhibebit 1 q 1
fertur Et totum corpus inuadit
morbus si languor in capite non
fuit curatus ij q vij Si inquit vij
domino per Ezechielem malis pastoribus
imperat dicens lac comedebatis
Ezechielis xxxiiii et ij di hec
Talibus ergo et multis aucioribus
vicijs arguendi sunt mali prelati
et pastores quibus non est cura de
ouibus cum tamen sanguis earum de
manibus pastorum requiritur ut ha
betur in capitulo Irrefragabili Omnes
enim mali prelati declinauerunt sil
inutiles facti sunt psalmo Omnes siquidem
declinauerunt per diuersitatem Quidam
declinauerunt a recto i a via luxurie
et carnalitatis Alij a recta equitate
in dicto iniurie et iniquitatis
Alij declinauerunt a recta caritate
in actu inuidie et mordacitatis
Alij declinauerunt a recta pietate
in ablato vsure et simoniace pra
uitatis et hij omnes sic ingressive
ymo sic viciose declinantes ma
ledicuntur a deo dicente Dauid

Maledicti qui declinant a mandatis
tuis ps° c. xxi. Insuper enim mi
nus deputati ligabuntur in inf
erno dicente propheta Declinantes
autem in obligaciones adducet do
minus cum operantes iniquitatem ps°
c. xxxv. tunc scilicet quod dicet ligatis
manibus eorum et pedibus pro
iate eos in tenebras exteriores ibi
erit fletus et stridor dencium Mt
xxii. Et merito quia ut ait beatus
Greg' et habetur xi q. iii c. precipue
ubi sic dicitur quod mali prelati tot
mortibus digni sunt quot perdiciones
et exempla ad subditos transmiserunt
uerum qui bona fecerint et me
liora desiderauerint non cadent in
conspectu dei. Ita inquit canon xviii
q. i c. [illegible] bona. Sed de malis sa
cerdotibus et prelatis Ua prophete
ita clamauerunt Sapientes sunt
ut faciant mala bene autem facere
nescierunt Ieremie iiii. Et racio
est quia omnibus malis prelatis non
licuit intelligere ut bene ageret ps°
xxxv. Ex quo patet quod necessaria sit re
formacio sancte matris ecclesie tam
in capite quam in membris, que quidem
reformacio si debito ordine pro
cesserit facilius erit. Est autem debitus
ordo reformacionis unde modo ut
hec sacrasancta sinodus primo et prin
iuxta preceptum apostoli Expurgate
vetus fermentum quod corrumpit
totam massam ecclesie. Est autem
triplex istud venenosum fermentum
videlicet maxime detestande venditio
nes beneficiorum et sacrorum
simoniace et sacri lege comede
hec sunt triplex vetus fermentum
venenosum immo venenum aspi
dum insanabile de quo dicitur
Deutro. xxxii. Hec triplex vene
nosum et sacrilegium fermentum

corrumpit Bohemiam inclitum
regnum et Bohemos quondam bo
nos multum malos fecit hereticos.
Et quia hec sacra sinodus est super
papam in certis casibus in Con
stanciensi concilio declaratis quod nullus
sane fidei negare debet. Ideo ualuit
potest et tenetur expurgare huiusmodi
vetus fermentum ab ecclesia dei
et faciliter alia particularia refor
mabuntur ad triumphum sancte
matris ecclesie quia hec est victoria
que vincit mundum et hec est
ad primam partem thematis. Dixi secundo
et breviter quod est alia victoria vite
honeste que vincit mundum id est mundi
concupiscenciam quia omne quod est in
mundo aut est concupiscencia carnis aut
oculorum aut superbia vite prima
petri ii. Ideo sacerdos aut pre
latus cum concupiscenciam carnis attin
gatur balteo castitatis sicut
scribitur Luce xii. Sint lumbi
uestri precincti. Et in canone de
penitencia di. i. c. [illegible] scelus. Sed ut ait
beatus Ioh. super [illegible] Non solum
proditor est veritatis qui pro veritate
mendacium loquitur sed etiam ille
hic est quod ego libere dicam. Verba
domini in Apok. ii. Habes et
tu qui doctrinam tenent Nicolaitarum
que et primam agant. Nicolaite
namque heretici sunt dicti a Nico
lao dyacono qui fuit unus ex se
ptem dyaconibus ab apostolis ordinatis
Actuum iiii vel vi. Iste Nicolaus
dyaconus statim post domini ascensionem
predicauit omnes mulieres debere
esse communes more brutorum ani
malium. De hac doctrina doctor
Hugo super Apok. ait Multi sunt
hodie prelati et sacerdotes de se
cta Nicolaytarum qui se turpiter
luxurie subdunt omnibus mulieribus
et si non affectu quia non possunt actu

tu et voluntate continentes degunt
dicat canon dis. xxxii sub hec va
percipiendo mandamus ut nullus
audiat missam presbiteri quem sciat
habere concubinam. Unde hec sancta sinodus
sub pena excommunicationis et privationis
decrevit. Ex carthaginensi concilio quod
dicitur placuit episcopos presbiteros
et dyacones abstinere a mulieribus
quod nisi fecerint excommunicentur et ab
ecclesiastico removeantur officio. Et racionem
assignat apostolus ad Chor. vi. Ne-
scitis quia membra vestra templum
sunt sancti spiritus et corpus habitat
in vobis. Tollens ergo membra Christi
faciens membra meretricis. Absit.
Atque rogo que conventio Christi ad Belial.
Ideo beatus Jeronimus epistola xlix ad
Occeanum ait quid sacerdos cum
femina qui ad altare cum Christo
fabulatur. Nam femina est ianua
dyaboli via iniquitatis et scor-
pionis percussio. Quia cum a pro-
ximas accederis ab ea sicut
stipula ab igne. Ergo iudico si
femine cum sacerdotibus habitant
non deest viscarium dyaboli quo
ferreas mentes libido devincat.
Ideo hospicium tuum nunquam vel raro
terant pedes mulieris. Hec Jeronimus
et habetur in canone xxxii di. Cato
hospiciolum nec sufficit excusando
dicere licere sacerdoti cum femina
consanguinea in una domo habitare
quia dicit Augustinus quod omnes que cum
mea sorore sunt sorores mee
sunt. Et habetur in decreto di. lxx-
xi ca. legimus. Sacerdotes namque
et prelati in conspectu dei mundo
corde debent deo ministrare. Item
habetur de vita et honestate cleri-
corum ut clericorum. Nam si sacerdos
et prelatus contaminatus fuit car-
nali concupiscentia quomodo exaudiri se
credit in missa. Cum scriptum
sit omnia munda mundis. In-
mundis autem et coinquinatis
nichil est mundum ut habetur in
canone lxxxii di. proposuisti. Ideo
beatus Jeronimus ait vehementer
ecclesiam dei destruunt meliores
laycos quam sacerdotes inveniri.
Et habetur in decreto viii q. i ca.
qualis. Cui ergo rei dixerim esse
quales huiusmodi malos sacerdotes
nisi aque que est in fonte bap-
tismatis. Hec aqua baptismata
peccata abluens illos ad regna
celorum transmittit et ipsa postea
ea in cloacas effunditur. Beatus
Gregorius in omelia xxiiii ad proposi-
tum sit dicente per nos siquidem
fideles ad sacramentum baptismatis per-
veniunt nostris precibus benedicuntur
per impositionem manuum nostrarum
spiritum sanctum recipiunt. Et tamen ipsi
ad regnum pertingunt nos ergo de-
orsum tendimus. Egrediuntur
electi ex prati de manibus sacerdotum
ad regna celorum. Et ex ipsi
per reprobam vitam ad inferni
tormenta festinat. Sed ex semper
luxuria sequitur gulam sicut filia
matrem. Hinc est quod Jovinianus
romane urbis monachus factus
est hereticus quia comessaciones et
ebrietates non esse peccata mortalia
publice Rome predicabat ut pro-
bat Jeronimus ii libro contra Jovinia-
num monachum et hereticum
cum hiis ex sacris canonibus con-
stitutum sit ut prelatus presbiter
aut dyaconus ebrietati serviens
aut cesset a divino officio aut
certe degradetur ut habetur in
decreto di. xxxv. Tales namque
sacerdotes et mali prelati cum
Holoferne vinolenti cum filiis
Hely vinolenti cum Saul de-

demoniaci cum golia gigantes he
liseum sub saniant Jobe serviunt
gina salomonis pallacia Job q̄ ps
lana querunt / de quo Jeron in ex
tra gloria sicut ait Ecclesiasticus prin
cipes Epi prelati et abbates qui
delicijs affluunt et in lautis epul
suis se posse servare castitatem cre
dunt prophetico sermo describit quas
timenda sunt spaciose domus la
uta quina et epule exquisitis
laboribus procurate et confusio
et ignavia est dicendi xpm pau
perem sitientem et nudum fartis
corporibus predicare et ieiuniorum doc
tam rubentibus buccis timenda
ora proferre denique si epi et pre
lati locum aplorum tenent ymo et
tenent di. xxxv cere no solum
dignitatem ipsorum / sz quisationem ipsorum
humilitatem et vite sanctitatem
imitentur hic no ego / sz btus greg
orius huius assignans et habetur
in ca. di. lxxxm in hec verba nemo
in ecclia dei magis nocet quam
malus prelatus qui per vsse agens
statum et locum prelati tenent
pravitatem autem eorum nemo repre
hendere presumat Et ad malum
eorum culpa vehementer exten
ditur cum propter dignitatis officium
ptas honorata reuerentur prestium
/ ut dicit xvi lib. quintus et hic cornu
honor est p. l. Ergo tales mali p
lati et viciosi magis nocent in
ecclia dei quam prosunt Igitur
preformacioni status ecclesiastica et
secularis opus videtur et hic se
cretum galumn eligerent viros do
ctos bone fame et bone vite qui
per singulas provincias ordinaret
visitatores usque ad futurum con
cilium sua plena auctoritate fungentes
ad extendum / puniendum corrigendum

Processus singulorum tam platorum
quam subditorum omni appellacione
remota Et quos notabiles criminosos
tes et rebelles et incorrigibiles in
venirent a suis dignitatibus et be
neficijs amouerent hec enim esset
honesta victoria que honeste vite
et quisacionis vincit indignum i. indi
gnitatem et hic de secto Apri kaco
et breviter quod est victoria sane do
ctrine que vincit indignum i. indi
gnoranciam / vn btus Jeronimus in
prologo biblie sicut ait Sancta rustici
tas solum sibi prodest et quantum edifi
cat ecclesiam in vite merito tantum
nocet si destruentibus persiam no
resistat Elaboranum est itaque sacer
dotibus et prelatis in ysidorum
li° sinam et habetur in decreto di.
xxxviij ut ignoranciam a se quasi
quandam pestem abiciat nedum
per ignoranciam alijs ducatum ce
citatis prebere ceperint simul vtique
in foueam cadant Nam cum a
postolum qui ignorat ignorabitur
id est utique de illo dictum est qui no
voluit intelligere ut bene ageret
btus Aug° libro questionum sic
dicente vero omnibus ignorans est a pe
na immunis Ille enim ignorans
a pena excusari potuit qui quod
disceret no invenit Illi autem ig
nosci no potest qui habet a quo disceret
si voluisset set operam no dedit
deque dicit Canon pa. q. i. vilis
simus reputandus est nisi prelatus
nisi alios precellat scientia vel scientie
quo solo officio dignitatis est alijs
prestancior Nam sicut enim oculum
simo noctua et intellectus in se
se hz ad ea que sunt nec mani
festissima sicut oculus vespertilionis
ad solem et multo magis noti intel
lectuales oculi ad cognoscendam
lucem divine voluntatis / si non

p disponentes stellar͡ʒ media q̄
diuidit fuit illuminata cui ppter / It
canonē in di. xxxviii sicut stelle
de celi nō extinguntur nox sic
mentes prelator͡ʒ et sacerdotum
inherentes firmamento sancte scri
pture nō dʒ obscurare mundana
iniquitas Unde e q dauid pro
ex dono spūs sancti accepit de
um stie et p̄ea regni ad mi
nistracōm asscitus e in regū v.
Sic et dominus suis posuit uiū
in ore ipsius et p̄ea constituit eū
sup gentes et regna / Ite primo
ppter qd btus petrus aplus eū
prelatis ecclie scriberet sa pe
tri 3o inquit parati esse debetis
reddere racōm omni poscenti
vos de ea fide et spe que e in
vobis Unde dicti rōm assignate
bto greg et hetur in decre. di
xliii Sit rector ubi dr̄ pconis
officium accipit quisqʒ ad sa
cerdotium accedit et Sacer
dos ergo et prelatus ignorans
et nesciens quos clamores da
bit pconatus in figura Unde mo
ysi in exodo precipitur ut sa
cerdos tabernaculum ingre
diens tintinabulis ambiat Scri
ptum quippe e ut audiatur so
nitus cum sacerdos tabnaculum
ingrediatur ut nō moriatur
sine sonitu ingrediens taber
naculum moritur quia iram
contra se iusti iudicis excitat si
prelatus sine sonitu scte pdicacōis
et exemplis edificacōis incē
dat / de quo dicit canon in decre-
to lxxxi Statuimus ne illis ecclia
regenda tradatur qui litteratū
tradicōnis nescii et humilitatis
sunt ignari tam valde absurdū

sit ut imperiti magistris rudes pferantur
emulis Si ergo plature aut dig
tatis mete titillat desiderium consilio
sti Jeronimi ad rusticum monachum
sic viue et multo tpe disce et
ut alios possis docere et racio
nabilem hostiam offerre deo
ne forte fias miles antequam
sis tiro / ne prius sis magr quam
discipulus / ne doctor erroris prius
inueniaris quam doctor possis
ee veritatis / Hec Jeronimus et hetur
in cā xvi q. i. c. Sic viue pfectū
tum nō misit nos dominus bap
tisare sʒ ewangelizare ut ait aplus rom̄
Unde dicti assignante bto greg
in omel xxiiii in hac vita Est
aliud fres qd me de vita plator͡ʒ
affligit vehementer Cum quia
me piter accuso ad exteriora q
negocia dispsi sumus et aliud
ex offo suscepimus ac aliud in
accōe exhibemus Relinquimus
namqʒ diu hii que nobis commissi
sunt et tacemus in primis actoibus
iacent et correctionis manū
nō extendimus quottidie p mul
tas nequicias pereunt et eos ne
gligenter ad infernum cottidie
tendere videmus Sʒ quo nos
vitam valeamus corrigere
alienam qui negligimus et nostram
Curis namqʒ secularibus intenti
tanto insensibiliores quanto in
hiis que foris sunt studiosiores
esse videmur Ita ut digne
terra clamare poterit contra
nos cuius fructus eius absqʒ
pecunia manducauimus Job xxxi
Terra namqʒ iuxta btum greg contra
suum possessorem clamat quando
populus terrenus iuste contra
prelatum vel curatum murmurat
qui tollit stipendia alimenti

et non erogat thalentum ut debet
Ideo quilibet episcopus et prelatus peccata
subditorum suorum delinquencium
non dissimulare sed denunciare ut
quos timor dei a malo non revo
cat temporalis pena a malo cohercea
at. Item habetur in canone de vita
et honestate clericorum et de elacione
Finem in cunctis. Tales namque
malos prelatos dominus non vo
cat pastores sed fures et latrones
Multi hodie in ecclesia sunt prelati
qui per ostium non intrant nec
intraverunt nec alios sinunt intro
ire. Nam prochdolor sunt qui si
moniace assecuti sunt beneficia
sua ut potentes precibus vel precio aut
obsequio quodam tracti et com
pulsi ad suscipiendas dignitates
et episcopatus sanctiores et literaciores
consueverunt. Nam pessimi et despicabi
les rudes et illiterati se ultra inge
runt ad easdem et preferuntur
indigni dignioribus et inutiles
utilioribus ordine prepostero et ideo
undique labor et dolor angustia
et confusio ecclesiarum dilapidacio
religionum deformacio cleri cor
rupcio. Ita et in mundo clamat
propheta a vertice capitis usque ad planta
m pedis nulla est sanitas quia
omnes declinaverunt et inutiles fa
cti sunt non est qui faciat bonum
non est usque ad unum. Sunt etiam
quod dolenter refero prelatorum
alii commendatarii non possessores sed
raptores qui ecclesias et monasteria
sub commenda devorant et spoliant
sunt aliqui titulum. Cardina
latus dignitatem episcopatus emo
lumenta decimas prefecturas ad
ministraciones abbaciarum obven
ciones prioratuum facultates cano
nicatuum et prebendarum dispensaciones

quam monstruosa res ista recte si esset
unus homo habens vii capita de
istis et hiis similibus scribit beatus
Jeronimus ad Damasum papam
et habetur in decretis prima q. ii in hec verba
Clericos inquit illos convenit ec
clesie stipendiis militare quibus parentum
vel propinquorum nulla bona suf
fragantur qui autem de bonis
parentum aut opibus sustentari
possunt si quod pauperum est accipiunt
sacrilegium profecto committunt
hec beatus Jeronimus. Et ista est causa destruc
cionis tocius universalis ecclesie videlicet avaricia
insaciabilis prelatorum et ambi
cio in quo plebibus plurimorum bene
ficiorum et commendarum. Primum
enim destruit statum clericorum
omnis enim tot beneficia optinet
quod plures honeste et commode
possent sustentari. Alterum vero
destruit monasteria et religiones
dum quidam commendatarii comedunt
monasteria cum campanili et omnem
substanciam monasteriorum tam mobilem
quam immobilem dilapidant et
consumunt. Ob hoc enim in sacra urbe
Romana quasi omnia illa sancta
et famosa solempnia monasteria
destructa sunt per tales commendas
quibuscumque concessas et similiter nunc pau
ca in Italia. Et ut de pluribus ali
quid proferam. Ego scio monasterium
in Italia in quo sunt quinquaginta
monachi et xl taliter et plures
et felicis recordacionis papa quidam dedit in co
mendam cuidam quem ego no
vi. Ille vero commendatarius non post
multa tempora post acceptam illius mo
nasterii commendam statim illos xl
taliter non solum exhibuit sed devora
vit similiter et omnes conventus libros
insuper et vendidit campanas ad
nutriendos suos equos et canes
Quis sane mentis negare poterit

quod multiplicas et irrationa
biles in comparabilium quiendas
tum dyabolus precio forte dam
pnandas verum cum in illo terri
bili extremi iudicii die libera
bit eos titulo quiende. Sed in ta
libus monasteriis per quiendas
destructis nec sacrificio laudis
honorificabit deum nec missarum
solempnia celebrantur sed passeres
supplent ministeria hominum intra
tes tectum monasteriorum ut ve
rificetur prophecia passer invenit
sibi domum et turtur nidum ubi
reponat pullos suos. Conuertere ad
epilogum breuiter me convertens
supplico peto et obsecro in domino
nolite claudere viscera pietatis
et compassionis erga dilectissimam
matrem vestram que vos genuit
fouit et aluit scilicet sanctam ecclesiam
catholicam que hiis diebus lugens
et plangens et lacrimosis vocibus
conqueritur dicens filios enutrivi
et ipsi spreverunt me Ysaie primo
immo spoliaverunt et vulneraverunt
me. Canticorum v. Ea propter ego
mater vestra sancta ecclesia mater vtique pul
chre dilectionis et timoris Ecclesiastici
xxiiii. O quam dilectissimi filii mei
in hoc sacro generali Basiliensi con
cilio congregati consurgite tantam in
iuriam matris vestre sancte ecclesie vin
dicantes convocate principes contra
infideles hereticos opponite vos
tanquam murum pro domo dei
dolete vicem sponsi ecclesie. Vnde
unde desolacionis nostre enim est propter
repugna sponsi mei filii dei qui
in cruce aperto latere me despon
savit sanguine suo precioso et ideo
nostra vestra est pugna sed dei. Ideo patiamini
pro filii mei qui estis spirituales pre
lati cardinales orbis luminaria celi
stelle luminantes lucerant opera

vestra sancta exemplaria coram
omnibus hominibus quibus vos ipsos
bonos facere poteritis tamquam
populum acceptabilem sectato
res bonorum operum et vobis sub
ditos edificare poteritis per bonum
exemplum quibus vite fructuose et sancte
presidencie duplicem quam apostolus
pollicetur consequi possetis sa
lutarium fructuum graciam scilicet in
hoc nequam seculo et gloriam in futuro
quam vobis et nobis misericor
diter concedere dignetur ihesus christus
in secula seculorum eternaliter
benedictus Amen

Audistis reuerendissimi pres[ules] illustrissime principes celeberrimi inclitissimi

doctissimi viri venerabiles ex
oratores famosi regni Bohe
mie profundam preciosam et
veram posicionem de quorum domi
nissime cuiusdam per quam ostensum
est nostro esse de necessitate salutis nec
preceptum a christo salvatore quos
cumque nos existentes sanctam commu
nionem accipere sub utraque specie scilicet panis
et vini. Iam vestre paciente
aures accomodate facite quietum
silencium ut audiam sermonem quem ut
spero de regalibus sedibus venit
in hoc divino cetu libere curratur
nullius subtilia spernens ab ore di
centis neque sub est ingenium
neque hoc patitur unde debet si philoso
phorum dicta inveniet sermo rei recens sub
iectus sic res sermonem. Verumtamen
de punicione peccatorum futura sit
oracio in ea ut in moralibus

Istam sedam [?] responsionem fecit magister Egidius
Carlery sacre theologie professor
decanus Cameracensis

sedulo

tipice et figuraliter procedendo
est tum manus ad opus ponere
temptaui quorsum oculos quor
sum articulos digitorum scribendo
quorsum denique animum volendo
pandens nesciebam abstulit
se lata via et angusta erat locus
ingenii sparsa valde et collig
endi virtus non erat quia que tanta ne
cessitate rei intelligentis quod in ea
pendeat salus orbis et signanter
katholice ecclesie ultra quam credi potest
Tremor et timor venerunt super
me et contexerunt me tenebre
et propter postulaui a domino ut ori
retur in sol virtutis pergerem ad
opus meum et ad operacionem meam
usque ad vesperam id est finem huius
actus hec dixi Revela oculos meos
et considerabo mirabilia opera tua
psalmo c xviii non mireris aliquis quod
revelacionem peto oculorum precedo
vno ipso Rex salomon sapienciam
poposcit ut sciret introitum et
exitum suum et ego unus et tunc
preparacioni populi universi sermones
sapiencie non quererem Ille de populi
universi regimine acturus erat
nec in viribus suis fuit confisus
et eo pro salute christianorum pro quorum
cumque in ihesus christus sanguinem
fudit pro pace et unitate laborem
assumens ut qui coniunxit duos
parietes iudeorum et gentilium
in uno angulari lapide christo ihesu
iungat et nos in vinculo spiritus
et caritatis sperabo in virtute mea
magna certe michi cura est
nos et hoc famosum atque inclitum
regnum bohemorum gallie me re
gioni olim amicicium conciliare
et sociare in federe sempiterne
pacis et ut unanimes de cetero

concinnemur in domo domini Vnum ipsos di
lectos propter deum venerandos
nuncios bohemorum oratores vehe
menter si aliter sapiam quo ad aliqua
quam ipsi in articulo de punicione
peccatorum publicorum non inconvenienter
corum residens animus neque enim ad
rosas venitur nisi per medium
spinarum nec quis reperit nisi
se ingesserit opertitum aprimis
neque in difficilibus nisi post disputa
cionem veritas lucebit si ergo non
modicus labor non erit tenuis gloria
Aperui oculos mentis pecto prec
dignissimi quod visio ostensa michi est
et eam non plene intelligo cala
mitatem ecclesie mente revolvens
tum super eam ploratum planctu
magno ut ait Jeremias vidi ol
lam succensam et faciem eius
a facie aquilonis et quod in talia
opus est in visione dixit deus Re
vela oculos meos et considerabo
mirabilia opera tua de lege tua
ut intelligo que nam sit hec olla
succensa que succensio que facie
rum facies aquilonis olla huius
sacro sancte synodi nec non et horum
venerabilium oratorum bohemie
cogitacio est in qua ut olla incepta
concepta et ansata reponuntur siquidem
vita possibilibus est omnia fieri ut
agens omnia facere succensio ar
dor et zelus est facies quia anterior
pars est capitis est intencio non
incongrue accipitur aquilo rigido
frigida et siccata aqua ut propheta
Jeremias testatur pandetur omne
malum est peccata carent enim calore
gracie et humore pietatis Cogitacio
itaque huius sacri concilii et precipue
venerabilium oratorum bohemie
succenditur et huius cogitacionis
intencio versa est contra peccata re
posita in peccata in olla cogitacionum

virtutem. Precor communi et viri ven-
erabiles perfecto conburimini quia
adversus ea zelus affectionum
vestrorum commotus est. Sed quemadmodum
ignis in aliena materia urit et tre
pidat ita quandoque in pectore zelus
accenditur turbidus est et inqui
etus. Et sicut ignis in propria materia
iam non ignis carbo aut ignis
lux est non urens sed lucens non
agitatus sed quietus ita eciam zelus
compunctus pectoris in meditacione cele
stium permanet lucidus est non
urit non laborat sed tamen in ardore
crescit de quo propheta psalmo xxxviii
In meditacione mea exardescit
ignis. Qui vero succensor est olle
faber est qui sufflavit sub ea pr
unas ipse est venerabilis proponens
articulum de punicione peccatorum pr
ivas eorum sunt et aliquam eciam
retulit sufflavit que erant duo
ad vos misit ut ollam ardentem
amplius succenderet de quo ys
ayas ait Ecce ego creavi fa
brum sufflantem in igne prunas
ut proferentem in opus suum vas
adeo dilectus meus faber exsuffla
vit prunas succendit ut olla ipsa
pene resoluta liquescat. Sed sicut
cum videt operarios flammam ex
crescere ut vas perferat opus suum
aquam mittit in ignem nec tamen
succendere desinit. Ita eciam zelum
venerabilis proponentis ad modum ve
hementem videns ad combustionem vi
ciorum timens cum viris et
ignibus olle visionem aquam mode
racionis huius igni zeli ut ali
fabrum mittere curavi videns quia
flamma ultra fornacem effun
debatur cubitis multis succen
derant eam valde. Proinde ego in
telligens excessum periculosum

issimo utile in vita esse nec quid nimis
precata ex male inspirat omnia im
petus fortius officio diffinitum in isto
spiritu antidotum aquam ad ignem
attuli ut aliquid ex ambobus nobis
medium fieret. Medium enim aat
dominus stat medius veniens
ad baptismum Iohannis. In medio do
ctorum in medio duorum aut
trium congregatorum in nomine suo
in medio discipulorum suorum dum
dixit pax vobis. Vero est ergo pax
nisi in medio. Igitur ad extremita
tem venerandi proponentis ad me
dium temptabo reducere ita de pa
cem velut tunc in camino
ignis erit ut in propria materia dum pur
gatus viciorum rubiginibus
et combustis ignis celestium deside
riorum ardebit suaviter hunc
dominus suscitat hunc succendit
hunc dominus agitat de quo ipse
loquitur Luce xii Ignem veni mit
tere in terram et quid volo nisi ut
ardeat. Ideo ignem misit in terram
quem iuxta verba legis deus ignis
consumens est deus emulator qui
in rubo ardenti apparuit qui ductor
fuit populi in columpna ignis per
noctem tunc impletum erit verbum
ewangelici prophete Ysaye x Erit lu
men israhel in igne et sanctus in flam
ma. Ignis lucebat ignis iste ob
secro domine in corde meo ut reve
lentur oculi mei ut considerem
mirabilia de lege tua ardeat ad
consumpcionem peccatorum ut vere ignea
proferam et sit sermo meus ut
facula ardens ut illa ollam cordis
per venerabilem proponentem supra
modum commotum in se fuit suc
census nec fuerit flammis nec
extinguam sed apposita aque mode
racionis fervorem cordium in tem
peracione tempet et ignitum clo-

quinimmo frigida commoneat eius refor-
macione sancte ecclesie ad dei laudem per-
acta zelus domus dei ultra non
trepidet nec primas demum suf-
flare necesse habeamus in primi fl-
uctuant fidelibus ecclesia sua quasi
luminaria in firmamento et tamquam
in lumine fortis stellarum fulgeant
ut stelle in perpetuas eternitates pre-
stante domino ihesu qui est lucerna
eius qui cum patre et spiritu sancto
est deus benedictus in secula amen

Hic declaracioni veritatis materie
secundi articuli qui est de puni-
cione peccatorum publicorum in presen-
te venerabilium oratorum incliti
regni Bohemie positi venturus
et ultimum in ista vice descensurus
una cum protestacione unaque supplica-
cione ut proponentes racio indicavit
protestor quod iam dicenda submit-
to correccioni et emendacioni huius
sacrosancte synodi affirmans quod
affirmandum dictabit negans quod
negabit a sua confessione nullatenus
quam diu vixero discessurus Supplico
cum omni reverencia ut dicta
universi cum omni mansuetu-
dine suscipiant sacientes quod nequaquam animo
turgido vel indignandi vel teme-
rario proposito sed in spiritu lenitatis et
in visceribus caritatis zelus domus
dei haut secernam me suscipere
coegit Idcirco patres reverendissimi
incliti domini ac viri percelebres
prolatum articulum sub hac forma
peccata mortalia publica et ceterum
racionabiliter fieri potest prolata aliaque
deordinaciones legi dei contrarie
in civitatibus christianorum et quolibet
statu eorundem debite in ista dicta-
mine domine legis per christum fideles tam
spirituales quam seculares prout congruit
utrisque sunt cohibenda corripienda
castiganda et posse eisdem compellen-
da deducendo eum proponens autem vero
dilatus multa inseruit scilicet de peccata
te legis humane per quos et quo
peccata publica et secreta ceterum si
potest sint corripienda de peccatis pre-
latorum et sacerdotum de indul-
genciis et absolucionibus et concin-
tacionibus de peregrinacionibus et ve-
neracionibus reliquiarum et processibus
contra illas de pluribus aliis sceleribus
intrusatis et contrusatis contingentibus
sacerdotes ipsos et ipsos fideles ma-
teriam haut latam et spaciosam
ad tria puncta breviabo Primum
est de punicione peccatorum publicorum
et de veritate scienda eius unam
specialem materiam huic proposito aliqualiter
attingentem Secundus pertractabit
per quos fieri debeat peccatorum publi-
corum punicio Tercius satisfaciet pro
posse racionibus proponentes in-
ductis et erit incidenter de aliquo
penitus opposito et processibus nar-
ratis cum inductione ut circa hec
fiat debita reformacio premisso

Quantum ad primum de punicione
peccatorum publicorum non est magna diffi-
cultas in ipso nisi ut in articulo pro-
ponitur quia de ceterum raciona-
biliter fieri potest privata eius de illis que
dicuntur in proposicione mea de punicione
publicorum Secundo est quod peccatum
mortale multas habet descripciones
non enim habet diffinicionem dicentem
quod quid est nam multa sunt
encia non habencia quiditatem vel es-
senciam ut sunt privaciones et
negaciones et sic descripciones
peccati mortalis sunt sermones ma-
ioris declaracionis itaque dantur
a beato Augustino quatuor descripciones
peccati mortalis Prima peccatum mor-
tale est dictum factum vel concupitum
contra legem dei Secunda peccatum est
voluntas retinendi vel consequendi iusticia

uel quod iusticia vetat hec datur
libro de duabus animabus Tercia
peccatum est neglectis rebus eternis
temporalia sectari hec datur libro
de libero arbitrio Quarta peccatum
est uti fruendum et frui utendis
libro lxxxiii questionum Ambrosius sic peccatum
diffinit uel describit peccatum est pre
uaricacio legis diuine et celestium
inobediencia mandatorum Anselmus
sic peccatum est carencia debite iusti
cie ex propria uoluntate procedens quam
vero formale peccati est defectus
a rectitudine Rectitudo autem per
essenciam est lex eterna participata
est in recta racione forma peccati
est exorbitacio a lege dei aut re
cta racione et sic recessus a recti
tudine debita ponitur in omnibus
descripcionibus augustini Est enim
quod ex ponitur in quali peccata scilicet
actus itaque omnes iste descripciones
peccati ab Augustino date complectuntur
male et formale descripcio Am
brosii dicit solum formale sed de
scripcio Anselmi dicit formale et
tam deficientem formam tu dicit
carencia debite iusticie causam
vero deficientem ex qua illud forma
le procedit cum dicit procedens a uo
luntate a uoluntate scilicet non effi
ciente sed deficiente cuius defectus
est causa carencie debite rectitu
dinis in eo actu qui dicitur cul
pa aut peccatum hec dicta sunt ex
quibus nominis est principium do
ctrine inter ceteras descripciones
illa que Ambrosii dicitur vide
bene quam quia formalis et illa
accepit proponens articulum Secundo
notandum quod peccatum dicitur publicum
quod habet facti euidenciam quod probabiliter
negari non potest priuatum vero

quod caret tali euidencia facti quem
admodum dixit proponens Tercio
notandum ad tollendum equiuocacionem
in sequentibus quadruplex est iudi
cium quoddam est discussionis
aliud est iudicium condempnacionis
uel qualiter diffinicionis dicitur quod
est actus iusticie aliud comparacionis
aliud assessionis de iudicio dis
cussionis seu descripcionis osten
dens apostolus quo homo seipsum
debet probare ait quod si nosmet
ipsos diiudicaremus non utique di
iudicaremur de iudicio compa
racionis quo aliqui dicunt iudi
care quia respectu illorum alii iu
dicantur ut loquitur alloquor de ta
libus scribitur in Mathei xii vi
ri niniuite surgent in iudicio
cum generacione ista et condempna
bunt eam quia penitenciam egerunt
in predicacione Ione et ecce plus quam
Ionas regina austri surget in
iudicio cum generacione ista et con
dempnabit eam quia venit a
finibus terre audire sapienciam
salomonis et ecce plus quam salo
mone de iudicio assessionis Mathei
xix dicit apostolus dixit Cum sederit
filius hominis in sede maiestatis
sue sedebitis et vos super sedes xii
iudicantes xii tribus israel Et ista
distinctio utilis est ad positum
in sequentibus De consideracione peccati
dum se et in contricione ad subie
ctum non est inutilis distinctio ut
in sequentibus cohibicio ad peccatum
in se refertur correpcio aut
priuato sequentibus cohibicio ad peccatum
in subiecto id est ad peccantem Quarto
notandum quod duplex est correccio
quedam est actus iusticie procohibitam
pene alia est caritatis ad conser
uacionem iusticie et hec illa ad tollendam

equiuocacionem vitandam non est imper-
tinens nam secundum indempnitatem no-
minis euolat quis de vna in aliam
exordiendo ab origine legum / Sit
hec prima proposicio ponenda
est lex eterna in summo omnium prin-
cipe cum enim mundus diuina pro-
uidencia regatur necesse est in gu-
bernante esse dictamen practicum
omnium ab eo directorum ut quod a ra-
cione practica artis in creatura pro-
cessit sic sua prouidencia in ipsum
ut finem vltimum reducat de quo
dicit beatus augustinus libro de libero
arbitrio Lex que summa racio no-
minatur non potest cuiquam intellige-
nti nisi incommutabilis eternaque uideri
Et idem de vera religione dicit
mente nostra concessa est videre legem
veritatis immutabilem secundum omne
immutabile dicitur eternum pone-
nda est ergo lex eterna a qua habet deriuari
in nobis lex nature velud quedam par-
ticipacio eius per quam inclinamur
ad proprios actus et fines vnde huiusmodi
glosa super illo Romanorum ii Cum
gentes que legem non habent natura-
liter ea que legis sunt faciunt huiusmodi
legem non habentes sibi ipsis sunt
lex dicit glosa et si non habent legem
scriptam habent tamen legem naturalem
qua quisque intelligit et sibi conscius est
quid bonum et quid malum hec
est impressio de qua psalmista in psalmo
iiii signatum est super nos lumen
vultus tui domine de hac augustinus dicit
augustinus libro lxxxiii questionum Ex inef-
fabili atque sublimi rerum admi-
nistracione que fit per diuinam proui-
denciam quasi transcripta est lex
naturalis in animam racionabilem
Secunda proposicio vltra legem
eternam et legem naturalem
oportet poni legem humanam

secundus

humana enim racio non potest participare
ad plenum dictamen racionis diuine
sed suo modo et imperfecte ac cum ob-
scuram resonanciam ut loquitur
albertus magnus Ideo sicut ex
parte racionis speculatiue per naturalem
participacionem diuine sapiencie inest no-
bis aliquorum communium principiorum
cognicio non autem cuiuslibet veritatis
sicut in diuina sapiencia continetur sic ex
parte racionis practice naturaliter homo
participat legem eternam secundum quedam
principia communia non autem secundum par-
ticulares directiones singulorum
que in eterna lege continentur
Vnde necesse est quod racio humana
procedat ad particulares quasdam
legum sanxiones et hec dicitur
lex humana Hinc dixerunt quidam
quod inicium a natura est profectum de-
inde quedam in consuetudinem
ex vtilitate racionis venerunt
postea res a natura profectas a consue-
tudine probatas legum metus
et religio sanxit Prima racio
necessitatis legis humane sumitur
ex imperfeccione racionis nostre que
de singulis agendorum non potest
iudicium ferre ex solis principiis
practicis legis nature Et illam tangit
sanctus thomas prima secunde q. xci
ar. iii in corpore Preterea et si ex
fulgencie legis eterne in nobis
et super vultus racionalis creature
infusi radii diuini luminis quedam
naturalis inclinacio sit in nobis ad
virtutes perfeccio tamen est per aliquam
disciplinam que perfeccio precipue
consistit in trahendo homines ab
indebitis delectacionibus ad quas
proni sunt omnes maxime iuuenes
Ideo necesse est hanc disciplinam
haberi ab alio et quamuis bene
dispositis ad virtutes ex bona dis-
posicione sua consuetudine

vel divino munere sufficit disciplina
na interna que est per monitiones
ad vicia in protervis qui verbis non
facile moventur necessaria est
disciplina coactiva per vim aut
metum ut sic malefacere desistant
deinde ceteris vitam quietam
et tandem mediante assuetudine
ad hanc perducantur ut voluntarie
rie faciant quod a principio metu
tu impleverunt. Hec vera disciplina
est disciplina legum et ita tangitur
a beato Thoma prima secunde q. lxxxxv
ar. primo in pe. Et due vie differunt
quod una sumitur penes cognicionem
alia penes accionem. Secunda consequitur
quod precepta legis humane
derivantur ex preceptis legis nature per
modum conclusionis ex principiis
ut ex illo principio legis nature qui
male facit est puniendus deriva[tur]
preceptum quod tali vel tali pena
est puniendus. Aliqua ergo deriva[n]
tur ex preceptis legis nature per modum
determinacionis ex principiis ut ex
illo principio legis nature nullum
malum sit faciendum derivatur illud
preceptum legis humane non est
occidendum sed ipsa auctoritate et ea
que derivantur per modum con-
clusionum ex preceptis legis nature
sicut ex principiis vigorem habent
non solum quia lege sunt posita
sed ergo ex lege nature que vero
derivantur ex preceptis legis nature
sicut ex principiis per modum de-
terminacionis cum non sunt inclusa
in illis ut sunt conclusiones in
principiis habent ex sola lege humana
na vigorem. Hec in summa a Thoma
prima secunde q. lxxxxv ar. ii in pe.
Et infra q. lxxxxix ar. iii et iiii
ostendit quod licet lex divina ordinet ho-
mines ad deum et ad homines et ultra

quod in genere pertineat ad dictamen legis
nature ad quod pertinent precepta mora-
lia tamen oportuit hec omnia precepta mo-
ralia determinari determinacionibus
que ordinant homines in deum facta
est in lege veteri per cerimonialia
determinatio vero in hiis que ordinant
homines ad invicem facta est in lege
ipsa per iudicialia et hinc determina-
cionis cerimonialium et iudicialium
necessitas fuit quia alia non mo-
vent sufficienter ad opus. Unde
ex hoc precepto dei est adorandus
sine pius et religiosus af-
fectus nesciebat operari in opus sed aut
ut inspirabatur unicuique ut factum
est ante legem datam aut humanis
opera per cerimonialium fuit de-
terminatum sit adorandum et sic sa-
nctificandum et sunt ideo ergo ex
preceptis non furtum facies non
mechaberis etc. et de aliis que sunt
legis nature et moralium si non
fuisset determinatum per que qua pe-
na fur aut mechus aut homi-
cida etc. de singulis puniendus
erat. Iudex non nisi ipso arbitrio
scivisset penam infligere ideo
ut debitus ordo hominum ad invicem
et pax servaretur oportuit iudici-
alia precepta super addere moralibus.
Videtis enim quod ad illud de obser-
vacione sabbati quod in generali quidem
ad actum colendi morale et quo
moyses non habuit qua pena pu-
niendus erat qui ligna collegerat
in sabbato dominum consuluit. Et item
Josue super furtu dubitabat quod non
simplex furtum dicebatur sed furtum
de anathemate Iericho usque nimis
perit a domino. Quia vero cerimo-
nialia legis veteris sunt mor-
tua et mortifera et iudicialia
eiusdem mortua necesse fuit sub
lege gracie esse leges humanas

secundus

que precepta moralia legis divine
et naturalis per derivationem ab illa de-
terminarent. Alioquin iudex homo
sepe nesciret furtum homicidium
adulterium qua pena puniret
sicut sciens quod currendum est sed ne-
sciens quo cursum nullaret in-
choaret. Hec ideo posita sunt
ut non despiciantur leges humane
ne sed omnino teneantur necessarie
que in tantum bone sunt in quantum
divine legis rectitudinem et iustitiam
imitantur.

Tertia propositio quamvis omnia
peccata mortalia et maxime
publica sint a quolibet fideli detesta-
da non tamen omnia prohibent puniri lege
humana. Primam partem conclusionis
suppono. Secundam probo. Sic Isidorus
v° ethimologiarum dicit quod lex debet esse
honesta iusta possibilis secundum natu-
ram secundum consuetudinem patrie loco tempori-
que conveniens necessaria utilis manife-
sta ne aliquid per obscuritatem in ca-
ptione contineat nullo privato comodo
sed pro communi utilitate civium conscripta.
Ex hoc ergo quod pro communi utilitate civium
fertur deducitur conclusio. Sic lex propo-
nenda est hominibus secundum eorum con-
ditionem. Ergo secundum diversos homines mo-
res diverse leges sunt ferende non
secundum varietatem temporum sunt mutande
tamen. Sit igitur non eadem conditio per-
fectorum et imperfectorum et aliqua
sunt possibilia perfectis que non im-
perfectis. Legislator qui multitudini
preest qui et fert legem in qua
communiter maior pars est imperfecto-
rum intentio est tamen facere bonos
possibilia multitudini debet pre-
cipere. Alioquin faceret eos de-
teriores tamen transgrederentur per-
fectionis precepta. Illa ergo pro-
hibet a quibus possibile est faciliter

multitudinem abstinere et que sunt
in nocumentum communitatis. Alia vero que
non sunt huiusmodi tolleraret et permit-
teret. Hec est Thoma prima secunde q. lx-
xxxvi ar. 2° in pe. Si vero multi-
tudini in qua maior pars regulariter
est imperfectorum difficilia preciperet
et leviora aut minus gravia prohiberet
nimis vellet emungere et eliceret
sanguinem rebellionis et contemptus
aut turbationis pacis si ipsi et
multitudini perfectionis vel perfectorum
indicet poneret vinum novum in
utres veteres quid sequitur nisi
quod dominus dicit Mt. ix. Consingerentur
utres et vinum effunderetur. Quia
veteri deditis viciis committere dum
ad novam vitam statuta perfectorum
preceptis artarentur ad peiora la-
berentur et vinum mandatorum
perfectionis impensione effunderet.
Hec ergo sancto doctore accipitur ubi
supra eadem q. ar. ad 2m. Unde fur-
ta homicidia adulterium et que
conturbant politiam et a quibus
multitudo potest faciliter abstinere
humana et civilis lex prohibet.
Simplicem aut fornicationem aut simi[illegible]
incitivum si fiat vis in vo licet sit
peccatum mortale et divine maiestatis
offensivum tolleraret. Nam per ipsum non
turbatur politia nec plebeam mul-
titudinem lapsibus deliciis et volup-
tatibus deditam facile est abstinere.
Dicit enim Ieronimus in epistola ad Oceanum
venter mero estuans cito despumat
in libidines et quod premios aut
de libris pre intemperantie [illegible]
est ipso punicio penalis humanis
peccati occasionem daret maioribus
criminibus et pareret in politia
grave scandalum. Item Augustinus
de hoc peccato loquens libro de or-
dine ut Thomas refert ait aufer
meretrices de rebus humanis et

omnia turbabis libidinibus Item
ad tollerantiam iudeorum scriptum
est in psalmo Deus ostendit mihi
super inimicos ne occidas eos et tamen
sunt mali igitur etc. De hac vero
tollerancia sic dicit Thomas 2a
2e q. x. ar. xi. In parte humanum
regimen derivatur a divino et
ipsum debet imitari deus autem quamvis
sit omnipotens et summe bonus permit-
tit tamen aliqua mala fieri in universo
que eciam prohibere posset ne eis sub-
latis maiora bona tollerantur vel
etiam peiora mala sequantur sic ergo
in regimine humano qui presunt
recte aliqua mala tollerant ne
aliqua bona tollantur vel etiam
ne aliqua peiora mala incurran-
tur Allegat ibi etiam Augustinum in libro de or-
dine dicentem aufer meretricem etc.
ut supra sic ergo infideles tollera-
ri possunt quamvis peccent vel propter
aliquod bonum quod ex eis provenit
vel propter aliquod malum quod vitatur
ex hoc autem quod iudei ritus su-
os observant in quibus olim pre-
figurabatur fidei veritas quam
tenemus hoc bonum provenit quod
testimonium fidei nostre habemus ab
hostibus et quasi in figura nobis re-
presentatur quod credimus et ideo in suis
ritibus tollerantur Aliorum vero ritus
qui nichil veritatis aut utilitatis
afferunt non sunt aliqualiter tollera-
di nisi forte ad aliquod malum
vitandum scilicet ad vitandum scan-
dalum vel dissidium quod ex hoc posset
provenire vel impedimentum salu-
tis eorum qui sic tollerati paulatim
convertuntur ad fidem propter hoc enim
etiam hereticorum et paganorum ritus
ecclesia tolleravit quando erat magna
infidelium multitudo hec ille
Item Gregorius dicit de iudeis et
habetur in decretis di. xlv. c. Qui

sincera omnes festivitates suas sic
hactenus ipsi et patres eorum per lon-
ga colentes retro tempora tenuerunt
liberam habeant observandi celebran-
dique licentiam Item Augustinus primo
libro de libero arbitrio lex humana
non potest omnia que male fiunt
punire vel prohibere quia dum
auferre vellet omnia mala tol-
lerentur etiam plura bona et
impedirentur utilitas communis Preterea
idem eodem libro ait Ista lex
que regendis civitatibus fertur
multa concedit atque impunita relinquit
que per divinam providenciam vindicantur
nec quia omnia facit ideo que
facit improbanda sunt Unde si non
omnia mala publica posset pe-
naliter punire tamen omnia prohibet
et punit que vergunt in aliorum no-
cumentum politiam Item Augustinus
ut allegatur recitat in suo tercio post
in libro de decem cordis dicens in fla-
giciosos et facinorosos ut dicat quod fla-
giciosi sunt qui peccant in se fa-
cinorosi qui peccant in alios eis
nocendo et contra tales qui no-
cent proximis date sunt leges ut
tollerent de medio reprimant ut scilicet
sunt velut membra putrida in
corpore societatis humane et ideo
a societate sunt abscindendi prop-
terea sic dicit Ysidorus quinto libro
ethimologiarum facte sunt leges ut earum
metu humana coherceatur audacia
tutaque sit inter improbos in-
nocencia et in ipsis improbis for-
midato supplicio refrenetur no-
cendi facultas cogit interdum
lex humana non nullos legem
civilem observare etc. quod dicitur
Luce xiiii Exi in vicos et sepes
et compelle intrare ut impleatur
domus mea et hic testatur beatus Augustinus
ad Vincencium Donatistam dicens

Hec aut̄ primitus mea sentia erat
neminē ad unitatē xpi esse cogen-
dū ūbo eni agendum disputatione
pugnandum ratione vincendum
ne victos catholicos hereticos quos
apertos hereticos noveram / sed hec opinio
mea nō contraduentium ūbis sed
demonstrantium superabatur exem-
plis. Primum eni legum terror qua-
rum promulgandarum reges serviunt deo
in timore ita profuit ut nunc alii
dicant. Jam hoc volebamus sed deo
gratias qui nobis occasionem prebuit
et dilationum morulas amputavit.
Alii dicant hoc esse verum Jam sciebamus
sed nescio qua qua consuetudine te-
nebamur gratias deo qui vincula
nostra disrupit. Alii dicant nescie-
bamus hoc esse veritatem nec eam
discere volebamus sed ad eam co-
gnoscendam metus fecit inten-
tos gratias domino qui negligentiam
nostram stimulo terroris excussit. Alii
dicunt nos falsis rumoribus terreba-
mur intrare quos falsos esse ne-
sciebamus nisi intraremus nec in-
traremus nisi cogeremur gratias
deo qui predicationem nostram fla-
gello abstulit experimento docuit qua
vana et inania de ecclesia sua
mendax fama iactavit. Alii di-
cunt putabamus quidem nichil
interesse ubi fidem xpi teneremus
Sed gratias deo qui nos a divisione
collegit et hoc uni deo congrue
ut in unitate colatur ostendit.
Serviant ergo reges terre xpo
leges condendo pro xpo. Hec augustinus

Ex quo sequitur quod illa mala que
lex humana permittit ad vitandum
maius malum et maxime illa
que sunt circa delectationes tactus
gustus sicut est simplex fornicatio
et magis proprie loquendo simplex

meretricium tenetur proposse restringere
puta quod ad locum ut meretrices
nō sint in loco honesto civitatis
sed in loco quasi sterquilinii ubi sunt
purgamenta civitatis nec sint
in locis privatis ne in secretiori bus
peccetur sed in loco publico et me-
lius videretur fortasse in subur-
biis civitatis quantum ad progressu
nec etiam permittantur per vicos et
plateas civitatis nō thabernas a
que stationes cum viris frequentare
quantum ad ornatum ne preciosis ornantur
vestimentis ne auro vel argento ea
picta fulgeant nō in tortis crinibus
nō in composita capillatura videan-
tur ab hominibus nō tunicas ad
terram habeant nō redimicula
mitre ne ut quidem loquuntur videantur
uxores bone et lucide matrone. Si que
per legem humanam civilem fieri
debet ut nō sicut licitum et possibile
maneat in urbibus sed tanquam
malum licet minus ad vitandum
maiora ita ut quantum possibile est
in solentia reprimatur nec in loco
permittantur meretrices mane adeo que
pateat aliunde licitus accessus
prohibeantur ergo omnino a domibus
mathematicorum stuphar et locis bal-
nealibus ne sub pretextu alicuius
liciti peccetur licentius quinimo
nec permittantur simili habitu uti
ut honeste mulieres. Tenetur
in super lex civilis delectationes gu-
stus temperate proposse sed ne thabe-
nas communiter scurriliter et in mergi-
tando frequentent nec illuc thabol-
larii aut alibi accedant ne pre-
ter eant illuc femine suspecte accessi
ne thabernarii vina sophistice
ne ad eos accedentibus falsa offe-
rant irritamenta malorum et ge-
neraliter potest prohibere humana
lex et punire omnia peccata mortalia

publica a quibus facile est multitudo
abstinere tribus quarentibus scilicet
iurisdictionem correctione et pacis
salua de quibus infra dicetur alia
tollerat et permittit propter quod bonus
legislator facit ut edificatores in
lipsia insula Est enim lipsia insu-
la in qua cum regula plumbea
edificare oportet eo quod sunt ibi durissi-
simi lapides tamquam malos frangi-
biles quam propter eorum nodos
rectificari Itaque ibi regula edifica-
tionis plumbea est ut ad duriciem
lapides nodos flectatur et rur-
sus rectificetur non omnes scilicet enor-
mes tortuositates deuitans Hec est
doctrina principis perypateticorum
quinto libro ethicorum a quo sicut a ce-
teris ut auctoritatibus tamquam ab in-
iustis possessoribus catholici possunt
retorquere veritatem sic fuit
domino in timore legis humana
sic tamen disparat a lege diuina lex hu-
mana ut non puniat omne
mortale peccatum quod facit in hoc
seculo vel alia lex diuina immacula-
ta Et tamen aliqua cum ita licite potest
punire mortis supplicio nec est
in hoc contra dicit euangelice
legi ut ponens quod posuit verbatim
hic sic glosa interlinearis super
illo Exodi xx° non occides dicit
Iudex non occidit reum sed lex In-
uenens quod ante Iusticie hoc li-
ceat quia si nulla ante liceret
superflue dixisset scilicet lex hec glo.
non est preceptum iudiciale mine
mortuum sed morale in lege gratie
manens in vigore Nam ut
quod dicit Rabi Salomon ut re-
citat nicolaus de lira in isto
precepto homicidium prohibetur
alia vero mala que corpori hominis
aut rebus eius possunt inferri pro-
hibentur preceptis iudicialibus
Item scriptum est prouerbiorum viii°
per me reges regnant et legum
conditores etc deus autem potest occide-
re cum sit actor vite et mortis ha-
beat imperium ipso dicente deutro-
nomii xxxii Ego occidam et ego vi-
uere faciam percuciam et ego sa-
nabo ergo reges quibus ipse con-
cessit regnare hoc possunt facere per
iusticiam scilicet mortem inferre
Item ad Romanos primo dicit de co-
mittentibus grauia mortalia qui
agunt talia digni sunt morte
sed de iudice dicitur in exodecimo
quod dei iudicium est ergo quos deus
iudicauit ad mortem potest iudex
licite inficere et maxime illos
qui per legem diuinam adiudicati
sunt morti cum quod dicitur luce
xix Inimicos meos qui noluerunt
me regnare super eos adducite
huc et interficite ante me Item
ad Romanos xiii dicitur de tempo-
rali principe non sine causa gla-
dium portat dei enim minister
est vindex in iram ei qui malum
facit ergo malefactorem occidendo
non peccat cum faciat autem
iusticie quia sit dei minister
est Item Ciprianus super illo de-
utro. xiii si audieris in una
de ciuitatibus tuis dicentes eamus
seruiamus diis alienis interficies
habitatores qui sunt in
ciuitate ore gladii dicit huius
precepti memor Mathathias
primo Machabeorum ii Interfecit illum
qui super altare sacrificabat
si ante aduentum christi hec
precepta sunt custodita magis post
aduentum christi sunt obseruanda

Et si dicatur quod non sit servandum
hoc preceptum quia iudiciale et
per consequens mortuum esto quod ea ratione
qua iudiciale erat non sit servan-
dum ea parte qua in nova lege
fundamentum habet sicut oppositum
est per verba apostoli ad Romanos primo
tercio et xiii. Et sicut statim pate-
bit in verbis salvatoris implicite
continentur licite potest impleri. Cum
plus verbis eius. Augustinus in de civitate dei
dicit cum quis iuste occidit lex
occidit non tu. Ait ad iudices rur-
sus dicit Ieronimus ad ripa(?) Non
est crudelitas pro deo punire sed pie-
tas et quod de punicione ultimi sup-
plicii scilicet mortis intelligat apparet
quia premisit legi vindictam phi-
nees autem helye zelum. Si-
monis cananei qui in duos ma-
gos zaroen et arphaxat igniturus(?)
serpentes extorsit petri severita-
tem ananiam et zaphiram tr-
ucidantem pauli constanciam qui
elimam magum eterna severi-
tate dampnavit. Et tunc subiun-
git non est crudelitas etc. Et post pauca(?)
ba(?) subiungit vii deutero. Si in-
Si frater tuus et amicus et uxor
que in sinu tuo dormit depra-
vare voluerit veritatem erit
manus tua super ipsos et effun-
des sanguinem eorum. Item Augustinus
in sermone domini in monte ait he-
lyas multos morte affecit propria
manu et igne divinitus impe-
trato. Quem constat spiritu sancto re-
pletum sicut dicit luce primo de
Iohanne Baptista. Ipse precedat ante
illum in spiritu et virtute helye
et alii multi magni et divini ca(?)
spiritu consulendo rebus humanis
non temere id fecerunt. Item

Secundus

idem in eisdem verbis apostoli petri
Ananias et uxor eius sicut in
actibus apostolorum legimus exami-
nes ceciderunt. Ex quo sumitur
racio quod si in plenitudine temporis
nullum liceret occidere petrus
autem non occidisset aut ut quidam
dicunt sentenciam mortis non promulgasset.
Et ideo probat per raciones Alex-
andri de Halis doctoris irre-
fragabilis. Prima si comissa le-
vioris pene inferende sunt ali-
cui pro culpa et per illas non omnino
corrigitur sed addit prolixitate culpe
continuacionem manifestum est
quod cum continuacio sit gracia peccatum(?)
multo continuacie debet crescere
pena aut continuacia remane-
bit impunita quia ergo crescere
debet pro quantum continuacia cre-
scere potest de iure quantum pena
cumulare necesse est ut ipsa vel sit
mors corporalis vel eternalis illi-
cium(?) mors corporalis non sit pena
infinita pro quam(?) a flagel-
lacionibus venitur ad gravia a gra-
vibus ad vulnera ab illis ad tor-
menta a tormentis ad ipsam mor-
tem per similia continuacie crementa.
Secunda racio cum proporcionales
sint culpe et pene illis debite si
alicui culpe ~~et pene~~ debetur fla-
gellacio duplo maiori culpe duplo
maior flagellacio debetur et sic
in decuplo et centuplo sed tanta po-
terit esse flagellacio quod inducet
mortem ergo mors corporalis pro
aliqua culpa potest infligi. Tercia
racio occidens hominem iniuste
aut puniendus est pena mortis
aut minori. Si primum habetur propositum
si minori aut finite minori et infi-
nite ~~minori~~ non erit quod non sufficienter

equalitas pene ad culpam contra
illud cum quantitatem delicti erit
et plagarum modus Et contra
illud Apoc xviii quantum glo
rificavit se et in delicijs fuit
tantum date ei tormentum et luctum
si fuerit minor ad hunc idem et sic
dum quis dampnavit aliquem
in mille marcas non sufficit puniri
restituendo unam sic nec in proposito
Et tercia racio aut mors corporalis
maior quam culpa aut si non pena
ergo minister est deus qui eam infli
xit toto humano generi pro comestione
fructus ligni sciencie boni et mali
minister est xpus qui eam infert
antixpo sicut dicitur 2a thessalonicen
sibus quem dominus ihesus interficiet
spiritu oris sui Ad 2m ergo in scriptura
licite pro aliqua culpa nec valet
quod dicunt dominum Mat v. dixisse Ego
autem dico vobis omnino non resistere
malo Verum sicut dicatum est non
prohibetur vindicta que fit in correc
tionem Et enim ait idem officia vin
dicte possent bono animo impleri
quid ideo et quia hos intelligentes ergo
prohibita vindicta personalis vindica
ta libidine vindicte non iniuria
dei vel ecclesie vindicanda zelo iusti
cie nec illud quod allegant eorum domi
nio de prohibicione eradicacionis zi
zaniorum valet Verum hoc fecit do
minus ut parcetur tritico non ut parce
retur zizanijs in detrimentum tritici et
suffocacionem nullatenus creste sinendi
sunt / sed si opus est per mortem corpora
lem vindicandi rursus nec prohib
uit dominus simpliciter eradicacionem ziza
niorum sed eradicacionem qualem du
biam et suspectam ne in ambiguo
videremus ut cum colligimus et tri
ticum dum sunt in herba Dicito
insuper aliqua dicentes dyabolice
pandere maleficia potest interfici ad du

plici causa aut quia homo aut quia
maleficus / si interficiatur quia homo
interficitur odio persone et hoc prohibetur
ibi non occides / si quia maleficus
interficitur occiditur odio malicie
et amore iusticie Et tunc disting
wendum est occiditur ab illo qui
habet auctoritatem ut a principe seculari
et hic non prohibetur ibi non occides
aut ab illo qui non habet potestatem et
prohibetur cum dicitur non occides
non ergo est illicitum occidere malefi
cium in eo quod maleficum ab eo qui
habet auctoritatem immo in hoc ille est
dei minister teste beato Jeronimo
libro iiiio super ezechielem dicente
qui malos percutit in eo quod mali
sunt et habet causam interfeccionis et
potestatem ut occidat pessimum minister
dei est Sanctus Thomas 2a 2e q lx
iiii ar 2o et 3o in pe determinat
quod peccatores possunt licite occidi pro salute
tocius rei publice ad quam quilibet
comparatur ut pars Verum sicut mem
brum putridum pro salute corporis
licite potest a corpore precidi / sicut
peccator periculosus rei publice et in
fectivus qui verisimiliter sanari non
potest propter salutem boni corporis quibus
laudabiliter et salubriter occiditur
modicum enim fermentum totam
massam corrumpit prima chorintheos v
hostiensis prima libro titulo xxv ut
idem dicit in summa quod alexander
et thomas et rursus de eodem
vi libro viiii de lira idem sentit
Exo xxiii insontem et iustum
non occides Et nobis enim sunt potest
hoc clericis et in hoc concordat doctor
res unde nescio unde venit hec
adinvencio nisi ut maior licencia
detur fingere volentibus nova
tanta de lege humana dicta sunt
quia iudicibus in arto suo videtur
eam negligere quo ad correccionem
castigacionem et expulsionem peccatorum

publicatorum aut suspendere. Unde Ieronimus contempnere in quodam notabili ubi dicit Sic autem aliqui conspectis dictis modis peccata castigandi aut corrigendi occasionem accipiat contra iudicialia legis que nunc non obligativa aut contra humanas leges legi eterne dissonas reos mortis supplicio puniendi. Illud premissum ad Augustinum ubi videtur dicere quod leges legi eterne dissonas implicite de mortis supplicio cum tamen audierit salvatorem nostrum hec fatetur nunc in antichristo petrum fecisse aut a domino factum promulgasse in ananiam et zaphiram audientibus auctores veteris et novi testamenti ac doctorum sanctorum cum racionibus difficilimus alexandri:

Item ad eorum intencionem magis accedo ponens hanc viam quod licet omnia peccata mortalia sint divina lege expresse vel implicite prohibita non tamen omnia peccata mortalia publice ab homine sunt condicta nunc humanis legibus penaliter per iudicium punienda. Prima pars conclusionis nota est quia approbavit deus qui est iustissimus iudex aliqua in lege veteri permisit inulta ergo multo magis licet homo permittere cuius potencia executiva est remissior lege divina preceptiva aut prohibitiva patet consequencia. Primo Moyses occidendo egipcium peccavit Ieronimus contra Ruffinum loquens contra illum et eciam de Petro qui abscidit auriculam Malchi similiter dicit quod ut quia non dum regimen assumpserat hic synagoge iste ecclesie uterque non detestabili inhumanitate sed commendabili animositate iusticie regulam excessit uterque odio iniquitatis aliene sed ille fraterno iste domino tamen illud peccatum Moysi non legitur a domino punitum ymmo

postea ducatum populi hebreorum a deo accepit. Item usura est de se mala et licet deus facere possit de re non tua quod sit tua quia est dominus universorum tamen fieri non potest ut quod est in se contra voluntatem malicia licite fiat non potest tamen in lege veteri non puniebatur ymmo ad extraneos permittebatur deuteronomii xxiii scriptum est non feneraberis fratri tuo ad usuram pecuniam nec fruges nec quamlibet aliam rem sed alieno non dicitur velud suspiciendo aliquid iusto sed permittendo in summo potero allegare de repudio uxoris in veteri lege quod utique permittebantur. Et ut quidam doctores tenent erat peccatum mortale tamen propter varietates opinionum dimitto. Item inquisicio seu investigacio adulterii per sacrificium zelotipie si fieret non zelo iusticie et vindicte ac cum suspicione fieret erat peccatum mortale publicum tamen non puniebatur in lege illa ymmo numeri v. leges sacerdotum zelotipie sunt instituta in hunc modum si spiritus zelotipie concitaverit virum contra uxorem suam que vel polluta est que vel falsa suspicione appetitur ad sacerdotem et offeret oblacionem pro ea erat ibi duplex actus unus sacerdotis qui contra divinam institucionem quasi coactus offerebat ne vir peius faceret puta ne suspicionis sue relicto uxorem interficeret et iste actus erat acceptus deo et approbatus. Alius actus erat spiritus zelotipie concitatus et hic si sine presumpcione probabili aut ex invidia vel alio inordinato affectu procedebat erat malus tamen permissus adeo non approbatus de illo argumentacio. Item occisio filie nepte sunt mortale peccatum publicum dicit enim canonis Ysidori xxii q. iiii In male promissis rescinde fidem in turpi

voto multa dicacitum qd maiute
vomite ne facias Impia e pmissio
que scelere adimpletur tn no legi
pmutata fuisse adeo q autem sunt
petm pz aliunde Ad hoc q iu
ramentum sit licitum requi
runtur tres comites scz iudicium
iusticia et veritas sicut scriptum
e Jeremie iiij Jurabis viuit dns
In iusticia iudicio et veritate pro
missio autem illa caruit iudicio
discrecionis et fuit eius impleto
iniusta et impia Item sapiencie
xi scriptum e Misereris omnium
omnia potes et dissimulas peta
hominum propter penitenciam diligis enim
omnia que sunt et nichil odi
sti eorum que fecisti Et pg pa
uca · parcis autem omnibus qm tua sunt
domine qui amas animas Ergo
pz deum no semp punire pro
peto si paratum aliquem Ezech xxxiii
dicitur Si dixero impio morte
morieris et egerit penitenciam a pcto
suo feceritque iudicium et iusticiam
etc sequitur vita viuet et no morie
etur omnia peta sua que peccauit
no imputabuntur ei Item glosa
or · sup illud ps° c · In matutino
interficiebam omnes peccatores terre
ut disperderem de ciuitate omnes
operantes iniquitatem dicit sic
in psona xpi Tempus nunc e no
nox e omnia manifesta sunt in
hac nocte habundant temptaciones
in qua ptransierunt bestie silue
et catuli leonum · i · diaboli querunt
escam sibi In hac ergo nocte pcos
corrigo tollero sz in matutino cu
dies iudicij aduenit et omnia e
runt aperta que modo sunt occu
lta interficiebam omnes peccatores
terre · i · mali mittentur in igne
eternum vel interficiebam · i ·
puniendos in matutinis iudicij

interficiendos Item nicolaus de
lira dicit sup illo Exo xxi Si quis
occiderit p industriam proximum
suum et p insidias ab altari meo euel
les eum ut moriatur pena homi
cidij inter de interfeccione iudei pcto
dicitur occiderit proximum suum non
inter de interfeccione gentilis loquitur
ut dicit Rabi Salomon Item p insidi
as occidebat interficiebatur et qo tra
hebatur si ad ipsum confugisset de al
tari etc Si sacerdos occidisset extra
hebatur nisi officium ministrandi
incepisset quo casu expectabatur
complementum ministerij quo facto
trahebatur ad mortem et si locus
sacer erat refugium in aliquibus
casibus inter quos erat homici
dium gentilis qd erat mortale
et interdictum publicum tn non
puniebatur si homicida confugisset
ad altare Secundo pbatur conclusio
contestimoniis legis Nouae Joh
viij dominus et saluator ait dicit
mulieri in adulterio deprehense
sibi oblate Nemo te condempnauit
mulier nec ego te condempnabo
notentes in lina indampnatam
remisit eam ergo xpi accio nostra
sit instruccio ut allegant ipso
nens articulum de comunione diui
nissime eukaristie aliqua crimina
sunt ab homine misericorditer re
laxanda vel penitencia no puni
enda Item pcm samaritanorum
nolencium recipe Jacobum et Jo
hannem fuit mortale et notorium
et notorium tn no fuit punitum
Iram enim indignati discipuli di
cerent vis ignis descendat de
celo et consumat eos Respondit
dominus Nescitis cuius spus estis
filii luce ix Item simplus et zizanijs
seminatis in agro quas sui vole
bant eradicare et dicebant vis

Secundo

ynuz et colligimus ea dominus re
spondit Iste sinite ea crescere usque
ad messem ne colligentes zizania
simul eradicetis cum eis et triticum
cap. xiij Ex qua parabola apparet
quod mali tollerandi sunt inter bo
nos donec sine periculo bonorum
poterunt ab eis separari quod erit ad
messem finalis iudicii Sic enim dominus
ibidem illam exponit dicens ager
est mundus bonum semen hii sunt filii
regni zizania filii nequam messis
enim est consummatio seculi messores
angeli Rursus scriptum est ubi
supra cap. xiij Simile est regnum
celorum sagene misse in mari
et ex omni genere piscium congreganti
quam cum impleta esset educentes
et secus litus sedentes elegerunt
bonos in vasa sua malos autem
foras miserunt regnum celorum
est militans ecclesia et hec est similis
sagene misse in mari tempestuoso
huius mundi hic pisces bonos
et malos hic est iustos et iniustos
Item Abakuk j faciens homines quasi
pisces maris implebitur illa sage
na dum erit impletus numerus electorum
educetur cum de vita corruptibili
transiunt ad incorruptibilem quod
fiet in consummacione seculi bonorum
piscium in vasis retentio et elec
tio malorum et iustorum premiacio
in regno dei et impiorum tortura
et compedes et alia gehenne su
plicia et hec omnia patent ex ex
posicione salvatoris qui ait sic
sic erit in consummacione seculi exibunt
angeli et separabunt malos de
medio iustorum et mittent eos
in caminum ignis ibi erit fletus
et stridor dencium ergo usque ad
consummacionem seculi in sagena ecclesie
militantis erunt simul boni et mali

Unde super illo sic dicit gregorius ut thomas
in exposicione recitat sancta ecclesia
sagene comparatur quia et piscato
ribus est commissa et per eam quisque
ad eternum regnum trahitur a presentis
seculi fluctibus ne eterne mortis
profundo mergatur que ex omni
genere piscium congregat quia ad
peccatorum veniam sapientes et fa
tuos liberos et servos divites
et pauperes fortes et infirmos
vocat per pauca sequitur sicut enim
mare seculum ita seculi finem signat
litus maris in quo in fine boni pi
sces in vasa eliguntur mali pro
iciuntur foras etc. Veniunt enim ma
los bonos quia quamvis quasi permix
tos pisces fidei sagene continet
sed litus indicat sagene ecclesie quod
trahebat et hoc est quod Ieronimus dicit
ut thomas recitat dum sagena
extrahetur ad litus tunc verum se
cernendorum piscium iudicium demo
rabitur Iterum idem apparet in nu
pciis quas fecit rex regnum dei
pro filio in quibus vocati sunt bo
ni et mali et implete nupcie di
scis et iniustis Item Matthei xxij
Egressi servi congregaverunt omnes
quos invenerunt bonos et malos
quia in ecclesia militanti admix
ti sunt boni cum malis Sic ergo
in ecclesia militante sunt simul
boni et mali sed in ecclesia trium
phante soli boni propterea cum dominus
intrasset quod erit generaliter in
finali iudicio et particulariter in morte
cuiuslibet hominis et vidisset hominem
non habentem vestem nupcialem
scilicet caritatis rex precepit eici et
mitti in tenebras exteriores ibi
erit fletus et stridor dencium Item
simul sunt boni et mali in ecclesia
militante dicit sponsus Cant. j
Sicut inquit lilium inter spinas
sic et amica mea inter filias Item

mt xxv dicit ipsa veritas simile est
regnum celorum decem virgini
bus que acceperunt lampadas exi
erunt obviam sponso et sponse
quinque autem erant fatue et quinque
prudentes sed quinque fatue acceptis
lampadibus non sumpserunt oleum
secum prudentes vero acceperunt
oleum in vasis suis cum lampa
dibus regnum hoc celorum non
est ecclesia triumphans quia ab ea
nullus fatuus accipitur ergo ecclesia
militans in qua sunt virgines
prudentes et fatue igitur boni et
mali ergo non omne peccatum est publice
de ea pellitur aut excluditur preterea
apok ii scriptum est angele ephesi
ecclesie memor esto unde excideris age
penitentiam et prima opera fac sin autem
venio tibi et movebo candelabrum
de loco suo nisi penitentiam egeris in ange
lo vero prelatum et eorum ecclesie ephesine
intelligere debemus 2m quod est malachie
ii labia sacerdotis custodiunt sciam
et legem de ore eius requirunt
quia angelus domini exercituum est ipse
peccaverat nam monetur ut agat
penitentiam et tamen non expellitur a Jo
hanne sed monetur ut memor sit
unde ceciderit et penitentiam agat et priora
opera faciat ut non moveatur cande
labrum eius nam candelabrum
angeli doctrina sacerdotalis vel ho
nor prelatus quem gestabat intelligitur
malus ergo intrusus est in ecclesia mi
litante non ergo statim propter quod ma
lus est expellendus est immo sustinendus
ad tempus et tale vicium esse potest
quod puniendus et expellendus esset de
officio per eum ad quem spectat et
tale quod permittendus ut post ea videbitur
Item super maledictionem ficus que
tribus annis fructum non attulit
dicit beatus augustinus libro de verbis domini sermone
xxxi ficus est humanum genus

fructum ad multos tres anni in
quibus illa non fecit fructum tria
tempora sunt ante legem sub lege et
sub gratia in quibus humanum genus
per ad multos infructuosum fuit
fructa sine meritoriis operibus
Maledictio est illa dura sicura que
in finali iudicio fulminabitur igitur
hec ille tercio anno scilicet tempore legis
evangelice adhuc non dimittitur prestin
ditur nam luce xiii per cultorem
vinee dicitur dimitte eam et hoc anno
usque dum fodeam circa illam et
mittam stercora post tres annos
succiditur quia post seculum per
fator aridus sola folia non fructum
boni operis habens in ignem eternum
mittetur Patet ergo dominus multos
in ecclesia continet ergo et homo per
ferre debet et non nulla mala per
mittere sive tolerari ex causa
ex praxi Christi apparet cum peccatum
in illud quamvis pacientissime su
stinuit de eo namque ysaie liii
scriptum est tamquam agnus ad
occisionem ductus coram tondente
se non aperuit os suum de cuius
pacia quo ad proprias iniurias ait
beatus gregorius omelia xviii super illo
Joh viii Ego gloriam meam non
quero est qui querat et iudicet
illatas contumelias patris iudicio
reservat ut propheciam nobis in
sinuat quantum pacientes esse de
bemus dum se ulcisci non vult
ipse qui iudicat Item non contentus
scribas et phariseos non puniri
ex habundancia caritatis suadet
turbis ut obediant ipsis tamquam
ita male publica committerent
dicens illis mt xxiii Super
cathedram moysi sederunt
scribe et pharisei que dicunt
facite Ex praxi apostolorum ma
nifesta est conclusio nam illi

in vita mala viderunt nec puni-
erunt omnia que in exposita codice
pnt pendi legitur act vi murmur
factum fuisse grecorum adversus
iudeos eo quod vidue eorum despiciebantur
in cotidiano ministerio nec tamen legitur
iudicialiter aut per penas iusticie
punitum quamvis esse publicum
legitur contentiones fuisse et ze-
li admirantes inter corinthios non
legitur tamen peccatum fuisse penaliter
punitum Item erant aliqui pse-
udo apostoli et illi erat publica pecca-
tores tamen illos permittebat apostolus quia
quamvis bene docebant tamen malo animo
faciebant quidam propter invidiam quidam
propter contentionem quidam propter bonam
voluntatem Christum predicabant quidam
ex caritate quoniam in defensione evangelii
positi sunt quidam ex contentione Christum
annunciant non sincere existimantes
se pressuram suscitare vinculis me-
is quid enim dum omni modo sive
per occasionem sive per veritatem Christus an-
nunciatur maledictiones etiam in
apostolos erat peccatum publicum nec tamen
puniebantur ad eorum salutem
instantiam immo dicit prima chor.
iiii apostolus maledicimur et bene-
dicimus persecucionem patimur et
tamen sustinemus blasphemamur
et obsecramus Rursus contradicere
iudeorum verbo dei erat peccatum mor-
tale publicum nec legitur apostolos
eos punivisse pena iusticie posi-
ta sed solum pena privativa quia dixe-
runt oportebat vobis primum pre-
dicare verbum dei sed quoniam repulistis
illud et indignos vos iudicatis
eterne vite ecce convertimur ad gen-
tes sic enim precepit dominus de aliis
sanctis Idem ostendit sancta mater
ecclesia quorum patiatur in tormen-
tis absque tortoribus contemptu aut
indignacionem pulcerrimo metro

canit suavius cedunt gladio
morte bidentium non murmur
resonat non querimonia sed corde
tacito mens bene conscia conservat
patientiam De hinc antiquus sacrorum
canonum probatur contextus ostendendo enim
quo rigor iusticie debet temperari ex
peccantium multitudine ait sanctus
Aug. Bonifacio Et habetur l d c
ut constitueretur ubi inquit pro gra-
vibus dissensionum scissuris non
huius aut illius hominis est periculum
sed populorum strages detrahendum
est severitati ut in maioribus malis
sanandis sincera caritas subve-
niat Item l q vii c. Coticus a
populis dicat innocentibus Quasi
a pluribus aut a turba peccatur quia in
omnibus propter multitudinem vindicari
non potest inultum solet transire pri-
ora quo dimittenda sunt dei iudicio
et de reliquo maxima sollicitudine
precavendum est Item xxiii q
iiii forte Et habetur ab Aug. libro
unico de baptismo forte inquit
Aug. ibi in populo dei stat cum ista te
avarus raptor inhians rebus alie-
nis quem nosti talem et fidelis est
vel fidelis nominatur non enim potes
de ecclesia pellere non habes aliquem
aditum castigando et corripien-
do illum corrigere accessurus est
tecum ad altare noli timere unus-
quisque onus suum portabit sed quod
utique ferens quae non in malum
et non melius est ipsum ferre quam
te foras efferre Ecce quo feres
attende apostolum dicentem unusquisque
onus suum portabit liberat te ista
sentencia A Christo habetur quod ferendi sunt
interdum mali Item xxiii q iiii
tollerandi Et habetur ab Aug. libro
de verbis domini Ibi tollerandi sunt
mali pro pace nec corporaliter ab eis
recedatur sed spiritualiter Separari autem
oportet est facere quod pertinet ad correctionem

malorum consilio propagandi turbatur quamquam sal
ua pace fieri; hic quod pro pace sal
uanda tollerandi sunt quamquam mali
ymmo et quod a correctione malorum pro
pace saluanda est quod etiam interdum
rigor ¶ Iuris relaxetur ad uitandum
contenciones patet per illud papa quod vix quis
quidquid ubi hylarius ipsa sic ait
quin quicquid ab utraque parte est indi
catum cum uidimus persistit consilio
temporum necessitate propter pacata sanct
racionum determinacio permeruit quod
gestum est ibi tollerat ipsa quedam
ad episcopatum assumptum suo me
tropolitano inscio quia ut ait a
postolus prima Chor. xi si quis
uidetur contenciosus esse nos talem
non habemus consuetudinem ¶ [illegible] con
clusio auctoritatibus sanctorum doctorum
probata non omnia peccata publica mor
talia sunt ab homine contradicta iure
diuine legis penaliter uel iudicio
punienda quedam enim illorum
sunt que sine periculo bonorum
puniri non possunt ab homine ut cum
in multitudine sunt boni et ma
li et non possunt discerni isti ab illis
et talia sunt permittenda ab homine
si tamen ex illa permissione non sequatur
maius scandalum quam ex puni
tione quedam sine periculo scisma
tis ecclesie aut grauis turbationis
puniri non possunt ut peccatum principis
aut alterius qui sociam habet mul
titudinem quedam et sunt maiora
illi cui punicio de iure conuenit
tamen illa conuinci non potest hec et similia
sunt que per hominem non punienda
contradictamine diuine legis ¶ Illud
uero dictamen est sinite utraque
crescere usque ad messem ¶ Consi
militer idem in parabola de sagena
bonos et malos pisces continente
et in nupciis filii regis in quibus
sunt boni et mali designatur
hec declaracio ideo facta est

ne uideatur fautor peccatorum dum mitior
ostendere talia non esse per hominem
iudicialiter castiganda ¶ Et ut uidetur
agnitor condicionis ecclesie militantis
ponendo in ea bonos et malos
dum tamen sit illis unus deus
una fides unum baptisma similiter
caritas ad probacionem conclusionis est
Aug. et libro contra epistolam par
meniani dicentis hec de scripturis
sanctis proferimus ut non facile
appareat quidquam grauius esse sa
crilegio scismatis quia in preci
dende unitatis nulla est iusta ne
cessitas cum sibi nequaquam separar
nocituros malos boni ideo tollerent
ne separar se inquantum ab eis cum
discipline seueritatem consideracio
custodiende pacis refrenat aut
differt quia tamen securitas oportet cum
apparet sine uolumine scismatis ad
salubrem correctionem posse aliquo
ecclesiastico iudicio uindicari ¶ Item
idem respondens contra principium
secundi libri contra epistolam parmeniani
donastice carthaginensis ¶ episcopi ad il
lud persequatores ipsius adductum
de hiis qui dicunt quod nequam est bonum
et quod bonum est nequam qui po
nunt lucem tenebras et tenebras
lucem qui dicunt dulce amarum
et amarum dulce ¶ Concludit post
multa quisquis ergo uel quod potest ar
guendo corrigit uel quod non potest cor
rigere saluo pacis uinculo ex
cludit excludere non potest equitate
improbat firmitate supportat
hic est pacificus et illo male
dicto quod dicit scriptura de hiis
qui dicunt quod bonum est nequam
et quod nequam est bonum omnino
liber prorsus securus penitus
alienus porro idem in eodem
respondens ad illud persequatores
permeniani in ysaia positum
nunquid ualet manus dei saluos

facere aut aggrauabit aurem ne
exaudiet sed delicta vestra distinxerunt
inter medium vestrum et dei ut ubi
cumque fuerint scilicet mali inter bonos
obsunt bonis sicut nec palea f
rumentis donec veniet dominus
aree ferens ventilabrum in manu
sua ut mundet aream suam frume
ta autem sua recondit in horreu
suum paleas vero comburit igni in
extinguibili sicut hoc non sunt bo
nis tanta multitudo sceleratorum
qui per ezechielem docti sunt illis
scilicet qui gemebant et merebant fa
cinora populi que fiebant in medio
eorum vnde eos qui corrigere non
poterant nec ab unitate populi dei
se nullos seperare volebant in
merito Innocentissime tollerantie
sic signari meruerunt et in il
lorum perditorum vastacione atque
interitu liberari hec ille Item idem
in iiiº libro contra epistolam parmenianum
super illo prima ad corinthios v si quis frater
nominatur in vobis et est fornica
tor vel ydolis seruiens auarus
aut ebriosus aut rapax nec cum
eiusmodi cibum sumere dicit in
summa quod non precipitur solo separacio
cordis Nam idem apostolus alibi dicit
Si quis vos vocauit ex infidelibus
et volueritis ire omnia que vobis
apponuntur manducate nichil inter
rogantes et sic permittit conuiuium
fidelis cum infideli et prius pro
hibuit conuiuium fidelis cum fideli
peccatore modo ab omni malo se separa
ndum est corde ergo plus prohibet
puta separacionem corporalem quam
cum infideli permittit dicit igitur
in summa augustinus quod se separandum
sit corpore ab hiis de quibus loquitur
apostolus tamen si sine periculo scismatis
fieri potest ait enim in forma Cum

quis fratrum christianorum intus ecclesie uni
tati constitutorum in aliquo tali pec
catorum fuit deprehensus ut ana
themate dignus habeatur fiat hoc
ubi hoc periculum scismatis nullum
est ubi vero se non cognouerit talis
criminosus ipse se eicit foras et
propria voluntate ab ecclesie unitate
dirimitur nam tunc non est metus
eradicandi triticum Itaque quod ut
augustinus in forma ita cuiusque crimen
notum est ut omnibus execrabile
appareat ut nichil prorsus nullos
vel non tales habeat defensores per
quos possit scisma contingere non
dormiat seueritas disciplinae tunc
sine lesione unitatis ecclesie potest fieri
vindicta ex quo ecclesia ab illo crimine
est aliena Ideo dixit apostolus Si quis
ad dram ab alijs notandam Item
nominatur ad ostendendum quod crimen
est notorium et famosum tunc sub
iungit in forma neque enim potest esse
salubris a multis correpcio nisi
cum ille corripitur qui non habet sociam
multitudinem Cum vero idem morbus
plurimos occupauerit nichil aliud
bonis restat quam dolor et gemitus
etc. Ideo apostolus cum iam multos
comperisset in inmundicia luxuria
et fornicationibus inquinatos non
iam precepit et cum illis cibum
non sumerent in secunda epistola ad corinthios etc. sicut
fecerat prius nec dici poterat si
quis fornicator nominatur in vobis
etc. propter multitudinem sed dixit ne iterum
cum venero humiliet me deus
et lugeam multos ex hiis qui
ante peccauerunt et non egerunt
penitentiam super inmundicia et luxu
ria Alioquin aut inpossibiles dicit
beatus augustinus consilia separacionis
et inania sunt et periculosa atque
sacrilega quia et impia fiunt
et superba et plus perturbant
infirmos bonos quam corrigant
animosos malos Item beatus gregorius

sup illo devitam vii desceptez gen
tibus interimendi usque ad interfec
tom ait patienter tollerandi sunt
mali ubi aliqui inveniuntur boni
iuxta illud dictum ad abraham
Gen xviii Si fuerint in civitate so
domorum decem iusti non delebo eam
propter illos Item dicitur Jos ix in epla
li ad abraham ait ipa metropol
tua prius Jebus post ea salem tercio
irlmia et nunc helia Jebuzeos ex
pellere non valuit et manserunt
tamen eis in scandalum omnium et
vitiorum hoc ipsum quod peta aliqua
per homines hic non puniuntur sed deo
reservantur vindicanda significatur
et in david qui petum Joab non pu
nivit sed salomoni vindicandum
reservavit ut quod manu fortius
ex sed non punit verus salomon
xpus multum non relinquit Item
sup isto apli po Chor v auffer
te malum ex vobis ipsis in tractatu
lio contra epistolam parmeniam dicit
aug in scdo quod ubi quis impedire
separare malos a congregatione ecclie
si a seipso auferat malum non
eis corde misceatur sed quod hoc non suf
ficiat ubi non impeditur declarat
tamen infert aliquid interpositis
et dicit sic in forma Ang propter
quicumque etiam contempserit ecclie
dei disciplinam ut malos tamen
quem non peccat et quem non sanet
desistat monere corrigere arguere
si ceteros tamen gerit personam et pax
ecclie patitur ut eos a separatione
scelerorum possit quempiam separare
non alieno malo peccat sed suo ipse
quippe in tanta re negligentia
grave malum est Et ideo sic
aplus amonet si auferat ma
lum a seipso non solum aufert
audaciam committendi aut pesti
lenciam consentiendi sed et pigriciam
corrigendi et negligenciam vindi
candi adhibita prudencia et obe
diencia in eo quod precipit dominus
ne frumenta ledantur hec ille ergo
si pax ecclie turbaretur aut fru=
menta lederentur cessanda est
a punicione Item aug sup illo
Joh viii ubi sunt qui te accusa
bant nemo te condempnavit nec
ego te condempnabo ait Audimus
vocem iusticie quia dixit dominus
qui vestrum est sine peccato prius in illa
mittat lapidem audiamus voce
mansuetudinis dixit enim ihus
nec ego te condempnabo a quo te
forte dampnari timuisti quia
in me peccatum non invenisti quid est
domine faves ergo peccatis et sic non pla
ne attende quid sequitur vade et iam
plus noli peccare ergo et dominus
dampnavit sed peccatum non hominem
Nam si peccatorum autor esset diceret
vade vive ut vis de mea libera
cione esto secura ego te quantumcumque
peccantis et a gehenna et infer
tortoribus liberabo non hoc dixit
Intendant ergo qui amant in domino
mansuetudinem et timeat verita
tem etenim dulcis et rectus dominus
Amplius scitum Ambros sup illo ve
codem sic dicit ad Ireneum epla
lib ix Exierunt sed qui accusabant
adulteram exierunt foras et
remansit solus ihus et mulier
stans bene ait quod exierunt foras
qui nolebant cum xpo esse foris
ultra est intus misteria demumque dis
cedentibus illis remansit solus
ihus et mulier in medio stans
donatus peccatum solus remanet
ihus non potest hoc cuiquam homini
tamen xpo esse quod ut peccatum con
donet solum hoc munus est xpi
qui tulit peccata mundi meruit
et mulier absolvi quod recedentibus
iudeis mansit sola cum xpo unde

lator diuina misericordia et clemenciam
xpo cum accusatur inter caput
suum inclinat eleuat ubi defecit
accusator Ita nullum dampnari
vult et absolui omnes esse hic
dicit nemo te lapidabit quod utique inter
rogat qui videbat sed interrogat no
bis non nos tamen non esse lapidatam
aduerte quod propterea sinagoga tempauit
ut iudei de absolucione inmiserica
lumpniari iniuste possent sed in
se magis calumpniam retorquerent
si queri vellent dimittit eam inter
non absoluit quia deerat accu
sator non quia innocencia comproba
batur ergo querent qui prior erat a
persecucione eius et ab execucione
supplicii desistit addit autem deinde
vade emendaturus reum non tamen
absoluit Item sermon sua culpa
dampnatur si vnusquisque omnem
suum oderit et se incipit condemp
nare delictum etenim occiditur cul
pa punitur ubi culpa deponitur
absolucio est et pena peccati quod de
ergo vade et amplius noli peccare
hic est quo prius se redemit
corrigat ergo quia pena non est
emendamus Hec Ambrosius Et qua
ante apparet aliquod peccatum non
esse a xpo punitum contritione lo
quendo scilicet feminam istam adulteram
non esse lapidatam ut lex iube
bat Leccionum super illo vos qui
eius spiritus estis filii dicit Beda
reprehendit dominus non eos pro
pter peccatum sed ignoranciam vindi
candi que ad hunc erat in rudi
bus animaduertens eos non amore
correpcionis sed odio desiderare ita
quia postea ea quia eos docuit quod est
diligere proximum sicut seipsum
infuso spiritu sancto non defuerunt
tales vindicte quamuis multo
rarius quam in veteri testamento

quia sequitur filius hominis non venit
animas perdere sed saluare quasi dicat
et vos qui eius spiritu signati estis
etiam actus eius imitemini nunc
pre consulentes sed in futuro iuste in
dicantes Item super eodem sic loquitur
Ambrosius Non enim semper in eos qui
peccauerunt est puniendum quia non
numquam amplius prodest clemencia
tibi ad pacienciam lapso ad correccionem
denique samaritani cito crediderunt
aquo loco hic ignis arcetur
Item Jeronimus super illo vis imus col
ligimus ea quod de zizaniis dicit
ut datur locus penitencie et monemur
ne cito amputemus fratrem quia sicut
potest ut ille qui hodie noxio dep
natus est dogmate cras resipiscat
et defendere incipiat veritatem
vnde subditur ne forte colligentes
zizania eradicetis et triticum
Crisostomus autem super eodem ait Intuenda
est fidelium dileccio etenim sustinet
zizaniam euellere quod inuidet eorum
de semine sollicitudinem Et hoc enim
solum respiciunt non ut aliquis
puniatur sed ut seminata non pereant
Quod autem dominus responderit
subditur et ait vtra Jeronimus vos etiam
hoc dicat videtur hoc esse contra
rium illi precepto auferte malum
de medio vestrum si enim prohibetur
eradicacio et usque ad messem te
nenda est paciencia quo ciciendi sunt
quidam de medio vestrum et sed inter
triticum et zizaniam quod nobis lo
lium appellamus quamdiu erga
est et nec dum culmus venit
ad spicam grandis similitudo
est et in distribuendo aut nulla
aut perdifficilis esse estimacio premo
net ergo dominus ne tibi quod ambi
guum est cito sinciam proferamus
sed dei iudicio reseruemus Racio at
quare aliqui in ecclesia sint mundum

Ar

tollerandi quia tales sunt utiles
bonis sive ut per eos exerceantur
sive ut illorum comparatione magna
eis exhortacio fiat sicut dicit aug(ustinus)
de qonibus eviitatz aut quia be
ne docent puta quia donum habent
scie aut interpretacionis scripturarum
aut aliud que omnia dant ad utili
tatem non recitantibus sed ecclesie teste
apostolo i Chor(inthios) xii preter quod secundum
divina disposicione bonis mali sunt
permixti ubi enim erant moyses
et aaron ibi sunt murmuratores
sacrilegi ubi zacharias simeon
et ceteri sancti ibi sunt anna et ca
yphas ubi christus et discipuli ibi
iudas scribe et pharisei preterea
attendenda sunt dictum illud salua
toris que quis docent a quibus
nos observare debeamus dixit
enim attendite a falsis prophetis qui
veniunt ad vos in vestimentis
ovium intrinsecus autem sunt lu
pi rapaces Mat vii Et dixit au
tenarys Qui licet vera dicant
querunt que sua sunt et mali
sunt immo de his qui super cathe
dram moysi sedebant quia vere
docebant dixit Que dicunt faci
te punde mali viri recte docentes
videntur tollerandi interdum vitis
quod illorum et ceterorum peccata publica
sunt punienda tribus concurrentibus
scilicet iurisdictione correctione et pace
salua De iurisdictione dicit aug(ustinus)
super illo vos de his qui foris sunt
quid michil attinet iudicabit in
his qui intus sunt i. fidelibus pu
nicio est a vobis referenda loquitur
ibi in persona iudicis puta apostoli
De hoc videbitur in secundo puncto
De correctione dicit idem aug(ustinus)
super illo i Chor(inthios) vi Qui mandu
cat indigne iudicium sibi man
ducat et bibit si iniquum non tibi
parce si indecens apud te accusator

si veris documentis testibus convin
citur cohercere corripe excommunica de
grada Judicium siquidem humanum
procedere debet de causis manifestis
tum hoc tamen videat ea que patent
primo Regum xvi ideo puniendo
decernimus de convinci Tercia de pa
ce salua dicit aug(ustinus) iij° libro
contra epistolam parmenianam ad
illud ysaye lii recedite recedite
exite inde immundum ne tangere
per adversarios allegatum dicit
inquit immundum non tangit qui ad
peccatum nulli consentit exit autem
inde ut salua sit eius fama apud
deum si ex disciplinam corripien
di et arguendi salua pace negli
gat Item qui vult corporaliter quasi
manifestos malos deserere spi
ritualiter deserit latentes bonos
quos incorporatos et incognitos co
gitur accusare dum separacionem
suam conatur defendere nul
lis interpositis dicat tamen laude
paciencie mali tollerant ne igno
bi boni dampnient Sic ysayas
ipse qui dicit recedite recedite exite
inde in immundum non tangere
in medio immundi populi polluta
Ex premissis sequitur correlarium tercium scilicet quod non est preceptum dya conibus a domino ex vi dyaconatus officium predicare populis verbum dei Quia oppinionem posuit dominus ponens pro ceteris bus que premissa sunt ad probandum hoc quod presbiteris non est preceptum multo minus dyaconibus preterea 2o Illud non est dyaconibus preceptum quod ex quo non debent absque commissione spe ciali quia nec presbitero ut probatum est in conclusionibus deductum ergo dya cono non est predicare preceptum a domino nec sibi predicare licet nisi probet se missum a deo vel eius sufficienti prelato 3o sic hic ex doctoribus de ducitur Illud quod solis sacerdotibus et prelatis convenit regulariter hoc non est preceptum dyaconibus sed neque licet eis absque auctoritate superioris Ita est de actu predicationis verbi dei quod regulariter nulli convenit nisi tantum sacer dotibus et episcopis ut xvi q. 1. c. Adi cimus ergo officium nec preceptum est nec convenit regulariter dyaconibus 4o sic in ca. presbiteris dis. xxv. dt Gregorius quod dyaconibus nunquam licuit predicare nisi cum ad offi cium predicandi fuerant invitati vel rogati Sic enim et non aliter potest dyaconibus licite predicare dis. 92. In sancta Et ca. dyaconus et 2. q. 1. Sicut est 5o hoc idem expresse dicit dominus wilhelmus parisiensis in suo sacrali de sacro ordine Quia dya cono eo quod diu consecratur sibi in porrectione ewangelii non dicitur ac cipe potestatem predicandi sed accipe potestatem legendi ewangelium pro vivis et defunctis / 6to beatus Thomas

in 4o dis. 6a dicit quod dyacono non
licet predicare sed tamen baptismum instruere
quia solus presbiteri et episcopi est
actus predicandi / 1o beatus dyonisius
7o capitulo ecclesiastice Ierarchie distinguit
dyaconum a presbitero eo quod dyaco
ni est purgare ante baptismum kathe
zizando presbiterorum illuminandi bap
tisando sed episcoporum post baptismum perficere
predicando et confirmando ergo pre
dicare non convenit dyacono ex officio
vel precepto :

Iter respondeo ad ea que in contrarium
adduxit scilicet auctoritatem ysidori et habetur
xxv dis. perlectis Et per innocentium in
4o dis. xxiiii dicentem Sicut lectoribus
vetus testamentum ita dyaconibus
novum predicare preceptum est Ad hoc
respondeo primo cum Augustino ibidem
quod intelligitur cum dyaconus a sacerdote
rogatur vel invitatur ut iam dictum
est 2o cum henricum boit de hostiensis
lectura v capitulo Cum ex iniuncto dicentem
quod dyaconus non potest predicare nisi
ex delegatione 3o cum Iohannem theuto
nicum in glossa capitulo Addicimus dicit quod
predicare ponitur pro legere publice legere
ewangelium et hec est verissima responsio
quia dyacono est preceptum publice
legere ewangelium hoc idem affirmat laurencius
dis. 92 In sancta dicens intellige
ex delegatione alias solus presbiteri of
ficium est predicare vel innuit hic
predicationem appellat lectionem ewangelii
Idem 2o loco asserit wilhelmus duranti
in rationali divinorum in capitulo de dya
cono ubi de dyacono dicit quod pre
ceptum est sibi predicare id est legere ewangelium
publice Et nota si sit tunc lectoris
erit vetus dyaconi novum te
stamentum et officium predicationis
esset multum vile et reputaretur
modice et diuisum quo ad ma...

predicandorum :
Ex isto sequitur quartum corollarium
scilicet quod valde congruum est multos esse mis
santes vel missas celebrantes etiam si non
sint tot populo predicantes probatur mul
tipliciter primo quia predicatio est pro loco et
tempore moderanda et intermittenda sed missa
est cottidie continuanda ergo propositum verum quia
nota Et prima maior quia dicit beatus gregorius
in quadam omelia dispensanda est predica
cio pro loco tempore et auditorum capacitate
que si rara fuit non sufficiat Si assidua
vilescat vel multis sermonibus opus est
sed efficacibus ait seneca epistola xxviii In
super salvator non triginta tribus
annis in hoc mundo fuit et tamen pre
dicavit tribus triginta annis tacens
Et ad mortem accedamus que probatur
primo quia doctrina cum que est sancti thome
in 4o dis. xiii Et in nocencium in libro
de missa dicit quod missa debet in ecclesia esse
quamultiplici racione primo quia est pre
paratam esse medicinam contra cotidi
ana peccata 2o ut lignum vite semper
sit in medio paradisi 3o ut nobis christus
cottidie unitatur sacramentaliter et nos ei spi
ritualiter 4to ut sit apud nos iugis me
moria dominice passionis 5to ut vero
agno loco typici utamur quod iudei ad
vesperam convertendi esurirent fa
mem pacientes ut canes cum psalmista
Secundo hoc statutum est propter heresum
eliminationem dicitur namque in racio
nali divinorum libro iiii capitulo 1o quod dum
hereses in diocesi maguntina pullu
larent scilicet trinitatem impugnabant
ex instinctione alcwini magistri caro
li magni rogata bonefacii archiepiscopi
maguntini statuentis prima feria de tri
nitate dicebatur missa / 2a de sapiencia
3a feria de spiritu sancto / 4ta de caritate
5ta de angelis / 6ta de cruce 1a de
virgine Cessante causa illa cessavit
hec ibi hinc est quod propter devocionem
reverenciam et sacri nationem plures

sacerdotes solent plures missas eadem
die celebrare sicut de sancto leone papa
legitur quod eandem missam septies ali
quando celebrauit ut dicit cronica
tercio vbi prius 2o hoc est ut sicut in
veteri testamento fuit iuge sacerdo
cium quorum maior est numerus qui habent
missas celebrare quam prelatorum
qui habent predicare quia corda populi
Tercia populo iam fundato in fide
maior est necessitas prouidendi de eo
quia negligencie cottidiane purgan-
tur gratie augentur et virtutes roborantur
Quarto quod est virtus misse Non sic de pre
dicatione ergo etc.
Ad ea que in contrarium adducta sunt
Primo sic christus tamen semel missauit
et plures predicauit ergo videtur ad
minus hoc concludere Quarto si sacerdos
vult sepe celebrare debet etiam sepe pre
dicare Respondeo negando consequentiam Tum
primo quia si omnes presbiteri cottidie
celebrarent missam ad habitus de
bitis circumstanciis esset valde lau
dabile sed si omnes cottidie predicarent
esset confusibile Tum 2o quia christus
non instituit hoc sacramentum propter seipsum
sed propter profectum viatorum ut qui
manducarent eum haberent vitam
eternam Joh. vi ergo non oportuit eum
totiens celebrare sicut predicare
Ideo dicit apostolus ad Hebr. x una ob
lacione consumauit sanctificatos in eter
num Et ideo quia homo cottidie in
diget salutifera eius virtute potest cot
tidie laudabiliter illud sacramentum accedere
Ideo dicit dominus Luc. xi vbi docet pa
nem cottidianum petere beatus Aug.
dicit in quodam libro de verbis domini
Si cottidie accipis hoc sacramentum cotti
die tibi est hodie tibi christus cottidie
resurgit Hodie enim est cum christus resur
git hec ille prout etiam dicit sanctus Thomas

in 3a parte q. lxxx art. 10 Tum 3o fi
nis et si sit primum in intencione est tamen
vltimum in consecucione cuiusmodi autem est
finis ad quem omnia sacra ordinan-
tur beatum dyonisium Sed predicacio
christi sunt disposicio fidelium ad crede-
ndum et ad digne suscipiendum hoc
dignissimum sacramentum ergo licuit sepe p-
dicare precedenciam operacionem et tamen
semel missare Sicut licet finis v-
nicus sit tamen media ad eundem finem
sunt plura Tum 4o quia missa suo
modo tam plena est misteriis
sicut sol altarius mare guttis
firmamentum stellis Et sicut celum
empireum angelis ergo oportuit p-
cedere multas disposiciones pre
dicacionum ad finaliter credendum
tantum misterium quod per vnicam
celebracionem christi est institutum Tum 5o
quia missa qua christus celebrauit
in memoriale sue passionis insti
tuit sed tamen semel mori debuit ergo
sufficienter egit quod tamen semel celebrauit
sed habuit in multis locis predicare
et multa documenta in agendis
in credendis cauendis glisendis
tenendisque tradere que non potuit
vnico actu expedire ergo decuit eum
plures predicare et tamen semel missare
Secundo arguit dominus opponens inter
omnia officia post vite instructa plus
laudanda predicacio quia longe ex
tensius prodest ergo diligencior
vel eque diligens debet esse sacerdos ad
predicandum sicut ad missandum
Respondeo quod cuius est declinandum
ut ex dictis quia actus missandi
est preceptum omnibus sacerdotibus
etiam sepe fieri habita comoditate domino
dicente hoc facite in meam comme
moracionem quocienscumque facietis

luce xxij vbi li[ncolniensis] quoadcunque imp-
tat multiplicitatem missacionis Contra
actus predicandi non est omnibus preceptus
a domino ergo laudabilius est sacerdo
tes non curatos satisfacere precepto
domini celebrando ad quod sunt ob
ligati quam preter missam missacioni
bus predicando ad quod sunt
astricti Insuper 2o quia missare
est actus ordinis sacralis quem simi
liter habent ex caractere sacerdotali set
predicare est actus pure iurisdicionis
non consimiliter ut predictum est Magis
autem astringitur sacerdos ad id
quod sibi convenit ex vi ordinis sacer
dotalis quam ad id quod sibi non conve
nit nisi superveniat commissio iuris
dicionis Sciendum tamen quod in casu se- nō
te esset laudabilius predicare ei quam
hoc autem quam missare scilicet si esset
populus infirmus vel infidelis
desiderans instrui in hiis que credere vel
agere tenetur tunc si talis sacer
dos simul utrumque facere non posset
potius esset ei predicandum quam mis
sandum Et tunc dicitur predicare
esse melius quam missare non simpliciter
et absolute sed stante tali condicione
et tantum quod cederet profectus magis
profecto scilicet in ordinem ad talem
populum infirmum et egrotantem
Sicut vinum in se sit melius quam
aqua tamen aqua melior est febricitanti
Volo tamen ut communiter actus missandi
non repugnat actui predicandi immo
simul stant et unus ordinatur
ad alium sicut predicacio ordinatur
ad hoc ut populus devocius preparetur
ad audiendam missam Cuius
signum predicacio solet sepe fieri
infra missam ante elevacionem scilicet
cum communem formam predicacio non est
prestancior immo inutilior missa

cione finis est prestancior hiis que sunt
ad finem sed predicacio est ad finem in
iurisdicionis scilicet ut celebrantes devo
cius agant et astantes intimius
eius consequantur effectum seu fru
ctum eius ut vult sanctus Thomas 3a parte
q. cx° Effectus sacrificii in
quolibet homine participantur secundum dis
posicionem sicut et singuli virtutis actio
num actus activorum sunt in pacie
nte bene disposito Ad quam bonam
disposicionem operatur predicacio Certum
etiam est quod missacio frequentata seu
cottidiana est ubi eadem necessarior
quam predicacio cottidiana attenta
iam vulgata doctrina fidei Ex
quo sequitur quod ista argumentacio
non valet Christus pluries predicavit
et tamen semel missavit ergo salu
brius est predicare quam missare
Nam in simili forma non sequitur
seu valet Christus sepe manducavit
sepe oravit sepe cubavit
ergo melius est orare manducare
vel cubare quam predicare vel mis
sare Non sequitur etiam Christus sepe
predicavit et tamen semel crucifixus
est ergo utilior est eius predicacio quam
passio quia non arguitur semper
perfeccio ex hoc quod aliquid multipli
catur in sua specie magis quam per
individua quod aliud immo
magis arguit imperfeccionem eo quod
huiusmodi multiplicacio individuorum
super quadam defectibilitate sive
indigencia fundatur quia sic
species non potest perpetuari in uno in
dividuo appetit perpetuitatem in
multis sibi succedentibus et in
corruptibilibus est huiusmodi multipli
cacio que tamen non est in eternis Item
super medio ordinata in fine
ultimum que se habent racione
utilis multiplicantur Sed finis ultimus

qui licet comunis honesti non multipli
catur ut clarius est Certa porcio(?)
est condicio finis ultimi qui non
multiplicatur pro indigentia quam
condicio mediorum que multi
plicantur go etc.
Exinde sequitur correlarium quintum
scilicet congruit cultui divino in ecclesiis
ut sit racionabilis altarium mul
tiplicacio Cum enim in domino nostro
presens(?) in suo sacrali tanta sit necessitas
missarum quod sine illo sacrificio non
esset suffic(iens) provisum fideli populo
nec cultui divino in ecclesiis Hinc
est ut dicat sanctus thomas 2a 2e q.
lxxxv ar. 1o ad 3m Templa et
altaria sanctis erigimus Non quod
ipsos sed solum deum qui nobis et
ipsis deus est honoremus ut dicit beatus
augustinus 8o de civitate dei Unde sacerdos
super altari offerens sacrificium non dicit
offero tibi sacrificium petre vel pau
le sed deo et illorum victoriis gracias
agimus et nos ad imitacionem eorum
incitamur hec sanctus thomas Hec
autem altaria sic ad dei cultum
erigere patres veteres nos docue
runt Nam noe primo et deinde
Abraham ysaac et Jacob altaria
edificasse leguntur qui non aliud
nisi lapides erecti intelliguntur
super quos sacrificia mactabant
que supposita igne vivo cremabat
Moyses etiam fecit altare de lignis
sethim et dicitur altare thimiamatis
quod vestivit auro purissimo prout legitur
Exo. xxvo xxviijo. et 30 capitulo Et
primo machabeorum 4to Judas macha
beus et fratres eius et universa ec
clesia constituunt ut dies dedicacionis
altaris ab anno in annum per dies
octo celebretur Hinc in psalmo dicitur
Constituite diem sollempnem in con=
densis usque ad cornu altaris ut scilicet
in diebus festis adeo conveniat po
pulus ad ecclesiam quod fiat conden
sacio et compressio usque ad cornu
altaris Ita quod ecclesia impleatur populo
et clero Ideo translacio hebraica
habet in frequentacionibus scilicet populi
xpianorum in exposicione de lira In
libris gregorii 30 moralium Moraliter
autem sollempnem diem deo in fre
quentacione constituit qui se assidue
in eius desiderio affligit qui in
interne sollempnitatis diebus usque ad
altaris cornu tendi paratur quia
tamdiu necesse est ut quisque se affligat
quousque ad superni sacrificii altitu
dinem id est ad gaudia pertingat eter
na hec ille Salomon quoque sicut
legitur 3o Regum vio capitulo altare au
reum fabricavit Sed licet antiquis tem
poribus altaria modernorum simp=
sint(?) conformium(?) Nempe altare
et ara aliquociens indifferenter nomi
nantur Interest tamen Nam altare
quasi alta res vel alta ara dicitur
in quo sacerdotes incensum ado
lebant Porro quod 3a causa hec alta
ria constituuntur Primo ad sacrum
in ipsis offerendum Iuxta quod Gen
8. dicitur Edificavit noe altare domino
et tollens de cunctis pecoribus et
volucribus mundis obtulit super altare
hoc autem sacrum est corpus et sanguis
xpisti quod in memoriam passionis
xpisti immolamus Iuxta illud hoc
facite in meam commemoracionem
2o ad nomen dei invocandum
ibi ad Gen xii. Edificavit abra
ham altare domino et invocavit
ibi nomen domini qui apparuit
ei hec autem invocacio que fit
super altare ipse dicitur missa quod ea quod
celestis missus scilicet xpistus a patre qui

ipam hostiam consecrat et pendet
a nobis patri mittitur ut pro nobis
intercedat 3o ad tanta usque missas
in co Ecclesiastici xlvii dedit illi contra
inimicos potenciam et stare fecit contra
altare dulces modulos Ex quibus
apparet quod obiectio dicti proponentis nul
la est ubi allegatis contra pluralita
tem altarium illud Osee 8o quia mul
tiplicavit effraim altaria ad pec
candum Nec illud Amos 3o vi
sitabo super altaria bethel Et Osee
x Tribulus ascendit super aras eorum
Prima omnia illa dicta sunt contra
eos qui edificaverunt altaria ydolis
et ymolaverunt demonibus et non deo
diis quos ignorabant Et deutero
xxxii Nos autem non sic sed soli deo
vero et sanctis eius in gloriam ipsius
qui mirabilis deus in sanctis suis
Sed psalmo ultimo de quo propheta dicit
in plurali Altaria tua domine vir
tutum rex meus et deus meus psalmo
42o ubi dicit beatus augustinus super illo In
troibo ad altare dei ad deum qui
letificat iuventutem meam Est siquidem
quoddam altare sublime invisibile
quo non accedit iniustus ad illud al
tare solus ascendit seu accedit
qui ad istud visibile securus accedit
Illic inveniet vitam suam qui in
illo discernit causam suam Et ille
Et glossa ait Nonne qui ad altare mis
sam celebraturus sacerdos ascendens
ait Introibo ad altare dei Desiderio
enim et amore superioris et invisibi
lis altaris Hoc visibile adire timuit
modestia sed eterna non caduca
petiturus ut celsitudinem humilis
sequatur Et sit illud altare ex
ponit dicens Ad deum scilicet introibo
qui letificat iuventutem meam Iuve
nesco enim iam in vetustate tunc astabo
gaudens in novitate Sic ergo
offeres munus tuum ad altare
Mathei v°
Sequitur correlarium septimum Cum
tunc ex causa racionabili ipsa prohibi
cionum predicationis vel episcopus loci
sub pena excommunicationis tenetur obe
dire si non vult penam illam incurrere
Pro isto declarando sciendum sunt notanda
tria Primum quod licet ipse episcopo loci vel
prelatus prohibere ne quibus sacer
dos predicet in locis sibi commissis vel
dyacono indistincte 2m quod in isto
excommunicati aliqui debent obedire
et sententiam iniustam timere 3m Quod
talis excommunicatio iam lata non me
retur dici pretensa sed vere et obli
gatorie impensa si predicatio ex
causa racionabili fuit prohibita
Patet primum quia tota racio dicti
proponentis tunc illi hoc non possunt
est quod presbitero et dyacono obligantur
predicare ex precepto dei et ideo non
possunt contra preceptum dei ergo in
tali precepto non est eis obedien
dum Et audistis ex predictis
quod non est preceptum etc ergo illa ratio
nulla Et pro correlarium quod illud
licet pape et episcopo circa officium
predicationis quod licuit Christo statuere
et prohibere et practicare in se
et in suis discipulis Ideo enim dicitur
vicarius Christi in terris Sed Christus in
se ipso practicavit quod quamvis sacer
dos esset a principio conceptionis sue in
stanti tamen a predicatione triginta an
nis abstinuit Insuper in suis apostolis
diu eos misit certa loca [illegible]
maiorem partem mundi eis inter
dixit dicens In viam gentium
ne abieritis Et lxxii discipulos
domino restrinxit ne predicarent
nisi in omni loco ubi ipse erat
venturus Petrum et apostolos quos
in totum misit mundum ad hunc

ad certos dies predicare prohibuit
dicens Sedete in civitate donec in
duamini virtute ex alto Similiter
apostolus paulus nolens predicare
romanis tandem auctoritate prius
prohibitus est a spiritu sancto Si ergo tamen
licuit christus et spiritus sanctus istos
prohibuit ne predicarent quando et ubi
vellent cur non papa ita de presbiteris
et dyaconibus facere posset et hoc
de primo Secundo sic papa vel episcopus
potest illud promulgare quod diutinum
statutum et servatum est ab universali
ecclesia dei Sed universalis ecclesia statuit
restrictionem predicationum a principio
scilicet in conciliis Niceno Carthagi
nensi Romano et multis aliis
ut lxxxi et lxxxii dis. Secundum ergo si
iam hoc ad practicam ponitur
non est rebellandum Dictum est enim
quod ibi precipitur sub pena excom
municationis non admittendos presbiteros
alienos in ecclesiis absque sufficienti
testimonio et licentia sui episcopi Tertio
sic quando ipsis temporibus istud ponit In
nocencius 3us et acceptavit ecclesia
dei universalis quod omnes prohibiti vel non
missi auctoritate summi pontificis aut
episcopi loci non possunt predicare sub pena
excommunicationis et aliis iuris re
mediis ut ibi Tertia ratio debere
tis Cum ex iniuncto Aut quod ecclesia
dei tanto tempore a concilio niceno
usque nunc licite accepit illa statuta
aut non Si sic habeo propositum si
non ergo tota ecclesia universalis fecit in
errore quod est contra eum porte in
feri non prevalebunt adversus eam
Iterum ego vobiscum sum usque
ad consummationem seculi Et ego roga
vi pro te ut non deficiat fides
tua :

Quod autem in oppositum inducit prima
est Bede super illo Convenientibus a
sinam quod hic precipitur non desistere
a predicatione Respondeo quod loquitur de do
ctoribus ecclesie et sunt hii qui ad
predicationis officium sunt instituti
semper presupposita auctoritate legittima
Nam docendo populum tenent ordi
nem in ecclesia 2e doctores intelli
guntur prelati magni in ca° Ex
iniuncto Nam in illa auctoritate non
nominantur presbiteri aut dyaconi sed soli
doctores Unde non probat propositum Ad
illam Tertio ad rusticum dico quod loquitur
de episcopis qui prohibuerunt invidia dia
bolica promoti curatos in propria eorum
predicare ipsis populis sibi commissis
Et hoc non licuit ut dis. v Ecce ego
Nec hoc fecerunt egritudine sed invidia
simulante de ibidem 2a et Anacleti
43a dis. Sermo ubi de Doctores
non debent tempore persecutionis subtrahere
verbum dei Dico quod loquitur ad literam
de curatis Unde dicit rubrica eiusdem
capituli 2a prelati suis persecutoribus
non subtrahant Idem dicit glo
ibidem Tertia in auctoritatibus
istis scilicet Bede et Anacleti iniuncte
iam expresse et sepe presertim
in dictis doctorum fit mentio
de doctoribus Respondeo quod loquitur
aut de doctoribus curatis 2e est pla
na res talibus enim convenit pre
dicare nec surgere persecutionis
tempore aut de non curatis 2e est dux
opinio Una quod doctoribus sacre
theologie convenit predicare ubique
ratione actus doctrinalis quamvis sit
licenciatus auctoritate ipse sicut episcopus
in tota diocesi et hoc vult Thomas
de Walden in libro de ecclesiastica potestate
c. lxxiii Et hoc videtur pretendere
decretalis de hereticis Cum ex in
iuncto dicens Est doctorum ordo
est precipuus in ecclesia dei unde
predicationis officium nullus debet sibi
usurpare nisi missus Ex quo videtur

scdm q missi sunt doctores p[ri]ui legiati q sunt actu missi Et ideo glo in c[apitul]o Sanius dis[tinctione] xl[v] com pare eos videtur uel saltem co[m]parare prelatis qui tacere non dnt s[ed] p[re]dicare t[em]p[or]e p[er]secucionis Et illius opinionis videntur fuisse isti doctores p[re]ponentem allegati Sed e alia opinio huius c[ontr]a sancti thome in li[br]o contra impugnantes religionem et d[omi]ni p[at]riarche de palude in li[br]o de ec[clesi]a[sti]ca p[otest]ate dicentes q[uod] eo doctri nali gradu no[n] sunt doctores pos se p[re]dicare ubiq[ue] nisi de beneplacito curatorum sint obtento io auctores ille no[n] ligant Et quid e tot libros voluisse tot doctores allegas se cum et si omnes doctores uiuunt aliter uel taliter sensissent sola ecclie auctas que totiens hanc ma[teri]a[m] desci dit que haec gelonum v[el] 4a licitat p[re] dicare dyacono uel p[res]b[yte]ro absq[ue] sedis ap[osto]lice aut prelato loci et q[uod] ipi hoc p[ro]bare no[n] possint licite sub pena ex co[mmun]icacionis sine adeo inpugnant in ros tensum e sufficienter ad compellendum quemq[ue] catholicum ad credendum eius opp[iniune]m Sic e[ni]m b[ea]t[u]s ieronimus pq[ue] quam longo tractatu disputauit contra lu ciferianum gclusit potesta hoc vnico sole om[n]em disputacionum tuam riuulos exsiccare de auctate vbi ecclie loquitur Ita et nos credamus ita quod sos sunt los determinacione ecclie clariorem sole ac cipite Sic q[uod] om[n]is doctor qui cum sua dicta eiusq[ue] solis irradiacionem opposuit exsiccanda corripienda et emendanda intelligite Quantum ad tum s[ed] q[uod] s[ente]n[ti]a iniuste lata dumo a suo iudice fiat semp e formidolose timenda et hec nisi eius s[ente]n[ti]a erro rem inducat uel p[eccatu]m mortale affe rat Tunc e[ni]m non timenda e et

non tenenda 2c p[ri]mo q[uod] p[ri]mo ex 8a sy nodo v q 3 Si quis f[ide]a aut palam aut absconse sunt locutus cum excommu nicato aut iuncti omnione statim cum eo ex[commun]icacionis contrahat penam Et vrbanus papa ibidem Quibus ep[iscop]i no[n] gruendi no[n] gruenctis et quos eiecerit no[n] recipiatis valde enim timenda e s[ente]n[ti]a Ep[iscop]i licet iniuste liget Sunt ex concilio ex carthagien[si] dicitur ibidem Clerici quam ep[iscop]i dis trictionem cu[m]a se ip[s]i iniustam recur rat ad sinodum Insup Iohannes Cris[ostomus] sup[er] ep[isto]lam ad heb[reos] vincula ecc[lesi]a[sti]ca no[n] sunt contempnenda no[n] enim homo s[ed] xp[ist]us e qui ligat qui hanc p[otest]atem dedit et d[omi]nos fecit tanti honoris Et hoc est q[uod] dicit b[ea]t[u]s greg[orius] ibidem in pr[in]c[ipi]o S[ente]n[ti]a pastoris siue iusta sunt siue iniusta timenda e glo[sa] nisi in duobus casibus s[cilicet] cum s[ente]n[ti]a e p[ost] appellacionem lata et cum continet intollerabilem errorem eos de s[ente]n[ti]a ex[commun]icacionis per tales Tercium casum apponit quedam cum p[ro] indebitis exaccionibus aliquis excommunicatur contra de excessibus p[re] latorum Cum ad quorumdam vn dicunt quiter doctores q[uod] ideo ex[commun]icacio iniusta est timenda e et seruanda quia no[n] nocet iniuste s[ed] purgat enim 2c licet in casibus ludos iniuste agat iste in iuste pa titur est si no[n] seruaretur forte ille contemptus tam iniustam facit iu stam per hanc enim ex[commun]icacionem iniustam no[n] tollitur caritas s[ed] so[lu]m excluditur homo a co[mmun]ione ecclie et a suffragiis et illa p[otest]ati subtra here p[ote]st ut dicit venerabilis an[ton]ius de tilleco in li[br]o de ecc[lesi]a[sti]ca p[otest]ate q[uestione] xxvi ar[ticul]o 3o et theologi om[n]es dis[tinctione] xviii 4ti Sed quid consulendum e iniuste ex[commun]icato Respondeo 2m s[an]c[t]um thomam et raymundum q 36 hoc

ei consulendum est ministre excommuni-
cato ut sustineat patienter excommuni-
cationem humiliter et devote et quod p-
senciet se excommunicatori offerens con-
dignam satisfactionem si in aliquo offen-
dit 2o instanter petat absolutionem
Si ita fecerit erit ei ad meritum tali-
ter si contempnerit peccaret mortaliter
de sententia excommunicationis pertinas vel
potest querimoniari contra ministrum
excommunicatorem coram suo superiore
ut allegatum est Ad quintum ad 2m
Si ecclesia vllus prohibet sacerdotes
ubique predicare vel prelati verbum dei non
sit excommunicatio pretensa sed veraciter
obligationem impensa potest Sicut dictum est
in universo orbe et concilio ge-
nerali Ita similiter dicendum est de episcopo in
districtu diocesis sue In vii casibus
communiter 2m omnes scolam theologorum
et iuristarum non est sententia timenda
primus si feratur a non suo iudice
2us si feratur a suo iudice sed excommuni-
cato publice Vestram excommunicatis ex-
communicare non potest 3us si quibus excommunicatur
// de a delegato contra intentionem delegantis
4us si lata est sententia pronunciatio post
appellationem 5us casus si feratur a sus-
penso a potestate iurisdictionis 6us si
feratur nulla ammonitione premissa
et nullo iuris ordine servato. 7us
si sententia contineat peccatum mortale vel
aliquod quod sit contra fidem. Planum
est autem quod nullo istorum modorum
excommunicatio ista quam prohibet predica-
tores ne ubique libere predicent quod
cumque istorum includit Nullus enim potest
causare vllem ecclesiam esse contra
intentionem delegantis nec a iuris-
dictione esse per aliquem superiorem
esse suspensam vel iurisdictionem
non servatum cum ecclesia in generali con-
cilio congregata nullo iuris ordine
positivo ligetur nec potest servare
errorem vel aliquid quod est peccatum
mortale ut probatum est supra inde
declarando quid sit verbum inspiratum
scilicet verbum spiritus sancti per sacra generalia con-
cilia decretum pariformiter de papa
et episcopis est dicendum ubi nullus ob-
viat predicatorum casuum quos si ecclesia sententiam
excommunicationis profert contra eos qui
ubique volunt predicare ecclesiarum
tranquillitatem perturbare et errorem
rem sempiternum in ecclesia exhor-
ponere quibus dubitat quin talis
sententia non debeat dici pretensa sed
veraciter et ex obligatione imp-
ensa etc.:
Correlarium septimum eius est dedit
dominus opponens contrarium est quod sa-
cerdotes quando debent aliquando obmit-
tere fidelem verbi dei predicationem
propter scandalum personarum Pro
quo sciendum quod ea que sunt populo pre-
dicanda sunt triplici differentia aut enim
sunt credenda ut articuli fidei aut
agenda ut moralia dei precepta vel
corrigenda ut ea que sunt contra
informationem bonorum morum pluralita-
tes quas et errores que opponuntur
credibilibus et heresis que sunt de in-
tegritate fidei et sacre scripture pre-
dicator tacere non debet Transgres-
siones vero divinorum mandatorum
eadem tacendo et non pronunciando
esset dampnosissimum et pessimus mala
In persona eius talium dicitur Trenorum 2o
prophete tui viderunt tibi falsa et stul-
ta et non aperuerunt iniquitatem
tuam quia tales excommunicationibus lenimenta
quasi ex dimina ante peccantibus
mittat dicentes bonum malum et
malum bonum sicut glossa ibidem dicit
Sed que sunt contra bonorum morum
informationem corrigenda quandoque
propter vitationem maioris mali et ne
auditores peiores fiant quandoque sunt
dissimulanda ut dicit venerabilis
de alcona ubi supra q. 101 a. 8 Ex
hiis elicio quod in duobus casibus licite
potest predicator verbum dei tacere et non predicare

3m a casibus quod est sententia timenda

pinus est ad peccandum in malum ma-
lus quam ex sermone suo sapiencie bonum
puta scisma vel rebellio contra fidem
vel contra precepta dei aut superiorum
Non enim licet vel saltem non tenetur
predicator populo predicare que videt
finaliter in malum quo ad singulos de-
scire quia ex sua predicacione peccare
iuxta illud Matthei vii Nolite sanctum
dare canibus etc. secundum exposicionem beatorum
Augustini et Crisostomi ibidem. Unde dicit beatus
Ieronimus super vii capitulo Ezechielis et assumitur
ii q. 7 Cum ergo videret ecclesia prudens
atque intelligens multas impietates
in ea que vocatur domus dei esse
cognovit et non solum multas sed
et fortes et que opprimere possit iusticiam
et in tantum doctorum rabiem processisse ut
accipiant personam in iudicio et ora
prominentibus faciant pauperes de-
licient in portis et audire contemp-
nant tacebat in illo tempore ne daret sanctum
canibus et mitteret margaritas ante
porcos qui conversi conculcarent eas Et
mittentur Ieremiam dicentem Solus
sedebam quia repletus amaritudine
Hec ille. Hoc etc. discipulos dominus
docuit In quamcumque domum intraveritis
dicite pax huic domui Qui autem
non receperint vos exite de illa civi-
tate etc. pulverem pedum vestrorum
excucientes Item si persecuti vos fue-
rint in una civitate fugite in aliam
Unde beatus Augustinus in libro 2o contra epistolam
Parmeniani et assumitur xxiii q. iiii
Non potest salubris esse correctio nisi cum
ille corripitur qui non habet sociam multi-
tudinem Cum vero idem morbus
plurimos occupavit nichil aliud
bonis restat quam dolor et gemitus
Revera cum contagio peccandi mul-
titudinem invaserit discipline divi-
ne severa misericordia necessaria est Nam consilia
separacionis idem excommunicacionis sunt
inania sunt et perniciosa atque sacri-
lega quia impia et superba sunt
et plus perturbant infirmos
bonos quam corrigat animosos malos

Hec ille. Et hoc est quod in psalmo dominus
dicit de seipso Obmutui et humiliatus
sum et silui a bonis scilicet que non
docuit quia salubrem admonicionem
recipere non poterant qui contencionum
semina perquirebant secundum exposicionem
Cassiodori. Et dolor meus renovatus
est scilicet pro contemptu et obstinacione
malorum sed renovatus est pro dampno
bonorum qui amittunt pastum verbi
dei secundum Hugonem. Hec etc. de praxi
apostolorum exponit beatus Augustinus super
illo psalmo Et veritas tua usque ad nubes
dicens per nubes intelligimus doctores
veritatis omnes portantes istam car-
nem caliginosam per quos deus
choruscat miraculis et tonat pre-
ceptis de quibus dicit dominus per Ysaiam
Mandabo nubibus meis ne pluant
super eam videlicet super vineam malam
hoc est plebem iudaicam ymbrem
. i. mandabo apostolis meis ut deserant
iudeos et non illis evangelizent Hec ille
In cuius figuram sancti Paulus et Thimo-
teus vetiti sunt a spiritu sancto loqui
verbum in Asia et cum vellet in Bi-
thiniam non permisit eos spiritus sanctus
sed misit eos ad Macedones etc. Actuum xvi
Secundus casus est si scandalum oriatur
ex doctrina predicatoris inter audientes
quod exponit Alexander de Hales in
fine 2e partis Si omnibus scandalizatur
Unde dicit sanctus Thomas 2a 2e q. xliii
in articulo vii Ea que sunt de necessitate
salutis obmitti non debent propter cui-
cumque scandalum sed in hiis que de
necessitate salutis non sunt distinguendum videtur
quod scandalum quod ex hiis oritur
quandoque procedit ex malicia cum scilicet ali-
qui volunt impedire huiusmodi spiritua-
lia bona scandalum concitando
et hoc est scandalum phariseorum
qui de doctrina Christi scandalizabantur
quod et contempnendum dominus docuit
Matthei xv. Quandoque vero scandalum pro-
cedit ex infirmitate vel ignorancia

et huiusmodi est scandalum pusillorum
propter quod sunt spiritualia opera uel oc
cultanda uel etiam interdum dif
ferenda ubi periculum non immi
net quousque reddita racione huiusmodi
scandalum cesset Si autem post red
ditam racionem huiusmodi scandalum durat
non videtur nisi ex malicia esse
et propter ipsum non sunt huiusmodi spiritua
lia opera dimittenda vnde dicit idem
et in 4o sentenciarum dis. xlix arto viii
quod licet in qua[ntum] [n]ostrum sit docendum
est tamen actus docendi aliquando licite diffe
rendus propter melius scilicet propter scan
dalum pusillorum presuandum Cuius
racionem reddit ibidem dominus patriarcha
de palude dicens quod doctrina cum
sit elemosina spiritualis ad sublevan
dam miseriam alterius non est dimi
ttenda cum creditur quod ex ea sequitur
spiritualis profectus Quando autem
ex ea talis profectus non sequitur sed ma
gis irritacio audiencium tamen non
est bonum spirituale Et ideo si ad tempus
dimittitur propter scandalum audi
encium non obmittitur quod pertinet ha
beat racionem boni spiritualis hec ille
Et per hoc sunt solita que ad
ducit dominus opponens pro parte sua
contraria intelliguntur dum scanda
lum nascitur de hiis que ad sa
lutem audiencium spectant sine
quibus saluari non possent Tunc
enim propter scandalum personarum
non est obmittendum verbum dei ut di
ctum est Vnde ergo sunt tutum illarum
conclusionem ponere absolute et
sine ulla distinctione :

Vltimum correlarium dominus opponens
dixit non solum sacerdotes mi
nores sed et prelati maiores
tenentur fideliter verbum dei an
nunciare Cuius quidem declarandum
dico quod prelati et presbiteri tenentur
per se uel per alios ad verbum dei fidel[ite]r
annunciandum Non tamen ita tenentur
predicare cum in casibus aliquibus ad
minus possunt licite supportari pro
quo noticia quod in quibusdam casibus pre
lati maiores possunt licite obmitte[re]
verbi dei predicacionem et per alios sup
plere Quorum unus est si sunt impediti
lingwe uel impediciores lingwe
patet Exo. 4o de moyse que deus
constituit supremum prelatum in
sinagoga ait dominus Non sum eloquens
ab heri et nudius tercius glossa dicit
enim hebreos gracilem et tenuem
vocem habuit Et ideo erat cla
morosa voce ubi quia regio
fastu ipse accedere non permitteba[tur]
Quapropter ibidem dominus ait Aaron
frater tuus leuites scio quod eloquens
sit ipse loquetur pro te ad populum
et erit os tuum tu autem eris
ei in hiis que ad deum pertinet
Vbi glossa super illo ipse loquetur
pro te hic subauditur ad populum
indicatur in moyse principatum
in aaron ministerium Similiter
de causa beatus valerius episcopus
beato vincencio dyacono verbum
dei ad predicandum commisit Cuius
vincencii passionem seu hystoriam
in ecclesia legimus Circa quidem
beatum augustinum scripsisse dicunt ubi
sic dicitur vincencius nobilis
genere sed fide et religione
nobilior beati valerii Episcopi dya
conus fuit Cui episcopus cum ma
impediciores erat lingwe vices
suas commisit et ipse oracioni et
contemplacioni vacabat vnde
et ipse valerius vincencio ait
Iam dudum tibi fili verbum dei
dei curam commisi et nunc
quoque pro fide qua assumus
responsa committo Secundus casus
est Si nesciat lingwagium popu
li plene Sicut in vita beati

Augustini dicitur qua scripsit possido-
nius Calamensis episcopus ut dicit Cas
siodorus libro de illustribus viris
dicitur enim ibi quod sanctus vir valerius
yponensis episcopus ordinato beati
Augustini in presbiterum vir pius et de
um timens exultabat et deo
gratias agebat precesque quas fre
quentissime fudisset deo exaudi
tas a domino narrabat ut sibi di
vinitus homo concederetur talis qui
posset verbo dei et doctrina salu
bri ecclesiam dei edificare cui rei
se homo natura grecus minusque la
tina lingua et litteris instructus
minus utilem providebat Ideo eidem
presbitero scilicet beato Augustino potestatem tra
didit se coram in ecclesia evangelium
predicandi et frequentissime pertra
ctandi contra usum quidem et con
suetudinem affricanarum ecclesiarum
Hec ibi Sic enim beatus Augustinus ad
huc vivente valerio non successit
sed ei accessit vii q. i Non autem
Tertius casus est si sit infirmus
vel nimis senex Tunc enim
per sacerdotes predicatio et alia
opera sacerdotalia compleri pos
sunt Sed pontificalia per episcopos
vicarios Nec enim infirmitate
debet episcopus deponi ne afflictio
afflicto super addatur sed per alios
suppleri que per eum minime poterunt
perfici ut patet auctoribus multis vii
q. i. Scripsit michi Et sequentibus
capitulis Quartus si ad concordandum
discordantes laborat Est enim
officium episcopi discordantes tam
clericos quam laycos concorda
re ut patet dis. xc. per totum ubi
ex concilio Carthaginensi iiii dicitur
Statuendum est episcopus ut dissiden
tes fratres sive clericos sive lay

cos magis ad pacem quam ad iu
dicium coherceant Et ibidem dicit
Innocentius 29 Specialiter ut episcopi
ad solum deum et ad salutem plu
rimorum respectum omni tepiditate
se posita ad pacem firmiter tenen
dam mutuo sibi consilium et auxi
lium prebeant neque sit alicuius
odio vel amore permittatur quod si
quis in hoc dei opere tepidus inventus
fuit dampnum proprie dignitatis incur
rat sub oppressis hec ille Quintus
cum pauperibus sive oppressis tenetur
subvenire et pietatis operibus diligens
insistere ubi verisimile est quod ma
iorem fructum faciant quam si
per tunc predicarent de quibus
dis. lxxxvi per totum Et capitulo se
quenti Et dis. lxxxvi ubi scribit
beatus gregorius marrianum episcopum con
citandum quia videbatur abscon
disse eo quod pacientibus non succur
rebat nec alienam inopiam
propriam credebat Et dis. lxxxvii
per totum Exhortantur episcopi defen
dere oppressos et resistere oppres
sionibus omnium ad se confugientium
Ideo glosa 3 Reg. v[...] ubi littera
habet quod adonias super huiusmodi indic
tionem habuit constituerunt namque salo
moni 3000 qui onera portabant
et 8000 lathamorum in monte
absque prepositis qui preerant singulis
operibus tria milia et 300 pre
cipientium populo dicit adonias
dominus meus excelsus hic est xpus
qui operarios templi preponitur ut or
dinet quomodo mensibus singuli ad
operandum transeant quibusque ad cu
randum domum suam redeant cum
predicatoribus mentes eorum
familiarius informat ut discernat
quis ad conscientiam suam [...]
quasi ad propriam domum inspiciendam
reverti ut orationibus et ieiuniis

supno visitatore et inspectore dign
sit vel qui optat ecclesiam edificare
predicando vel alia officia pieta
tis prestando Et subdit glo. Nonne
quia pars in monte lapides scinde
bant pars onera portabant diui
sa sunt enim et onera spiritus sancti
et quidem maiorem docendi et pro
teruos arguendi constanciam habent
Quidam minores ad consolandum
pusillanimes consistunt Quidam vero
qui virtute prediti ad opus domus
domini conueniunt hec ibi Ex quo patet
quod Episcopi et prelati rite a predicacionis
officio seu actu sunt excusati dum
in varijs et arduis pro sibi commis
sarum ouium et rerum occupantur
dispensacionibus Hoc potest si Episcopus in
sistit sacre scripture studio seu compo
sicione ut composito themate quod pro
tunc proficit pluribus et predica
tores docet alios predicare Dicitur
in complet. Et licet in casu necessitatis
salubrius sit episcopis et doctoribus relictis
proprijs officijs saluti animarum parti
culariter intendere Sed tamen simpliciter
est magis utile et meritorium sacre
scripture studio insistere et circa doctri
nas plurimum non intendere Nam
racio demonstrat quod melius est eos eru
dire de pertinentibus ad salutem qui
in se et in alijs proficere possunt qua
his qui tantum sibi proficiunt Insuper
in quolibet artificio videmus quod semper
melius hij qui disponunt de artificio
et dicuntur architectores quam alijs qui manu
operantur Unde ipse est maiori precio
conducitur In edificio autem spirituali sunt
quasi manuales operarij qui particu
lariter insistunt cure animarum pu-
ta sacramenta ministrando vel aliquid huiusmodi
particulariter operando Sed quasi prin
cipales artifices sunt Episcopi et doc
tores qui nuncupant et disponunt

et docent alios qualiter operari debeant
Hic ergo sunt melius est docere sa
cram scripturam quam intendere pre
dicacioni si bona intencione fiat
Unde 2a ad Thimotheum 2o hec commenda
fidelibus hominibus qui ydonei erunt
et alios docere etc. Et quasi hos magis
simul comprehendit capitulum inter
cetera dicens de officio Iudicis
ordinarij libro 1o Inter cetera que ad
salutem animarum spectant populi christiani
pabulum verbi dei permaxime noscitur
esse necessarium quia sicut corpus materiali
ita anima spirituali cibo nutritur
eo quod non in solo pane vivit homo
sed in omni verbo quod procedit de ore
dei Unde cum sepe contingat quod Episcopi
propter occupaciones multiplices
vel invalitudines corporales aut
hostiles incursus seu occasiones
alias ne dicamus defectum scien
cie quod in eis reprobandum est omnino nec
de cetero tollerandum per se ipsos
non sufficiunt ministrare populo
verbum dei maxime per amplas dio
ceses et diffusas generali constitucione
sancimus ut Episcopus viros ydoneos
ad sancte predicacionis officium salu
briter exequendum assumant poten
tes in opere et sermone Et infra Unde
precipimus tam in cathedralibus quam
in alijs ecclesijs conventualibus viros
ydoneos ordinari quos Episcopi coad
iutores et cooperatores possint habere
non solum in predicacionis officio
verum eciam in audiendis confessionibus
et penitencijs iniungendis ac ce
teris que ad salutem pertinent
animarum:

Ad ea que in oppositum allegantur do
minus conveniens sed dicitur in primitiva
ecclesia tam apostoli quam lxxij disci
puli per se predicaverunt et in locum
eorum nunc Episcopi et inferiores
presbiteri successerunt ut dicit mathe

dis. xxi. In nono. Respondeo quod verum
est quod isti in loca eorum successerunt
non tamen sequitur ex hoc quod sicut illi per
sonaliter per mundum discurrerent
et ubique predicaverunt ita et ipsi facere
teneantur. Sed sufficit quod in casibus
prescriptis per alios ydoneos ad hoc
deputatos fiat. Et ita quilibet in sua
diocesi provideat ut ex dictis.
Epilogus huius lectionis conclusive
ut sciant volentes quid de predi
catione sermonis asserant. Ista eciam
dictis elicientur. Primo quod non ra
tione ordinis sacerdotalis sed con
cessione iurisdictionis competit
pluribus presbiteris actus publice pre
dicationis. Secunda officium predicationis
sit et a sacerdotio distinctum quod non
omnibus sacerdotibus convenit et ex
aliis quam sacerdotibus competere
ex speciali commissione potest. Tercium quod non
est preceptum domini quod quilibet presbiterum
libere predicare verbum dei quia multi
sancti sunt qui tamen numquam predicaverunt
nec omnes presbiteri succedunt apostolis verum
tamen Christi hiis solis precepit dominus pre
dicare evangelium regni dei. Quartum decuit
Christum sepe predicare ad instruendum
populum in credendis et agendis
et tamen celebrare semel ad institue
ndum hoc misterium in commemorationem
unice sue passionis. Quintum si esset
populus ad huc infidelis et conver
tendus forte illi esset necessarior pre
dicatio quam missacio ubi ambo sil
fieri non possent sed considerata iam
fide divulgata universalis ecclesie pro salute
tam vivorum quam defunctorum utilior
est misse celebratio quam predicatio.
Sextum convenit divini cultus augmen
to esse pluralitatem altarium ra
tionabilem in sancta ecclesia etc. Septimum non
ut sanctis vel ydolis immolemus
sed ut unum deum glorificemus et in

sanctis eius laudemus. Decimum ut quilibet
non vult suam excommunicationis incur
rere cesset velle predicare ubique si
prohibitus sit a sufficienti prelato ecclesie
quia talis sententia pro multa gravia con
silia est dictata nec interim erravit
sancta universalis ecclesia. Undecimum excommunicationis
sententia eciam iniuste lata est timenda ne
ex contemptu fiat valida. Duodecimum est propter
scandalum pusillorum sepe est pre
termittendum dei verbum presertim
in eo qui predicare non est obligatus
aut in hiis que sunt de necessitate
salutis. Tredecimum episcopi et prelati maiores
non sunt sic ad predicandum obligati
quin ex certis causis sint sepius racio
nabiliter supportati. Finale est veritatis
catholice sed quod sacerdotes et dyaconi simpliciter
et indistincte non debent libere et sine im
pedimento predicare verbum dei. Hec queso
reverendissimi domini accipite in corde bono
per fidem illuminantem credendo et optimo
per gratiam iustificantem retinendo tenendo
corde et re perficiendo opere ut fructum
reportemus in patria vere pacis ex
perseverantia pacis eterne tamen vobis pro
pacis sancta cum proximis pacis eter
na cum deo et omnibus sanctis eius.
Hic nunc finaliter pacem Christi opto
vobis quam obtulit suis discipulis
resurgens a mortuis in gloria immor
talitatis quam nobis prestare dignetur
cui omne genu flectatur terrena. Qui
cum patre et spiritu sancto regnat per secula.
Amen. Et quemadmodum in principio ita
nunc in fine hec scripta huius sacro
sancte synodi offero correctioni quem
admodum contra lectionem conceptam in
desinenter me subiciens alme matris
mee universitatis Colon determina
cioni et decisioni. Sequitur replicatio

Reverendissimi patres domini prestantissimi
domini cardinales terre excellentissimi
presules doctores eximii inclyti re
gni Bohemie oratores egregii in
Christo fratres singuli precolendi. Et si
iuxta sacri timoris vitatem omnia

Sequitur replicatio

suis debent convenire temporibus xxiiij q
iiij Sicut ecclesia vero omnia temporibus subsunt
et suis spaciis transeunt universa
sub sole Eccl iij Vnde licet sit tam phie
cognitum quam locis et temporibus ad
aptare sermones aut sociates teste ma
crobio de quinto saturnaliu in principio
Tamen hec vis cohibenda e eloquencie
et orator temporum personarum moderator
consistat Non enim semper et apud omnes
eodem modo loquendum Tullius de ora
tore lib 3o Quum enim pro temporibus et locis
id exigant ut in hoc concilio sanctorum
et congregatorum dominorum oratorum regni bo
hemie qui iam totum prius per me
hic enarratam catholicam veritatem
per modum replice dubia non nulla
eructarunt In materia de verbi dei pre
dicacione in generali Ideo ponam in rem
exhortacionem assumpta verba tempori presenti et ma
terie currenti congrua luc xi ex evangelio
currentis dominice exorata Beati qui
audiunt verbum dei et custodiunt illud
Ubi Beda venerabilis lib pro aut tuo tam
que verbum dei corporaliter generare me
ruerat sed et omnes qui idem verbum
spiritualiter auditu fidei concipere et boni
operis custodia vel in suo vel in pro
ximorum corde parere et quasi alere
studuerunt asserit esse beatos In
claret duo esse congrua auditori
verborum quorum primum e obediencia
docilis beati qui audiunt verbum dei
perseverancia finalis Et custo
diunt illud primo michi audi
tori dicendum sermonis congruit obediencia
docilis Sic enim beati sunt qui audiunt
verbum dei beatum namque corpus membrum
ex hoc dicitur quod actio sibi propria est
eius optima virtutis eius in nullo
impedita Sic enim beati dicti sunt
oculi qui viderunt filium dei luc
x Et beatus venter beataque ubera
que ipsum nutrierunt ibidem 2o dicit
dominus Albertus magnus Et vere
sic beati auris que quasi foris per
cipit auditu fidei concipit et boni operis

custodia perficit Sanctus Thomas in glo
continua Sic enim qui audit verba mea
et facit ea assimilabitur viro sapienti
Math vij Vir inquam sapiens e qui
edificat domum suam id est ecclesiam supra
petram id est fidei fortitudinem Vir autem
stultus dyabolus e qui edificat domum
suam id est omnes impios super arenam
id est inconstanciam infidelitatis aut sunt
carnales homines qui dicuntur arena
propter sterilitatem Et quia sibi non
coherent sed sunt per diversas opiniones
divisi et quia sunt instabiles Ex
ponit sanctus Cris ibidem Et sequitur
dyabolo autem similis e qui audit verba
dei et non facit ea verba enim que au
diuntur et non fiunt separata sunt
et dispersa Et ideo assimilantur are
ne Sicut autem domus dyaboli destructa
e per seipsum Ita tales super arenam fun
dati cadunt et e ruina eius ma
gna si de fundamento fidei aliquid
ruine fuit passus Hec Cris Super
arenam enim que fluida e et in
unam copulam non potest redigi omnis
hereticorum sermo fundatur sine edi
ficatur ut corruat Beatus Jeronimus
ibidem Est vere magna ruina talis
domus secundum omnem dimensionem
magnitudinis longa quia ruit
in foveam culpe tandem in baratr
um ebet gehenne eterne que magna
e quia irreparabilis e ex commento
ven lib lyre Ruina hec e intelligen
da magna quia dictum e domini
audientibus et non facientibus Ite
maledicti in ignem eternum Ex beato
Rabano lata quia in plurimis blandicie
et sensui illabencium voluptatum
illecebre significantur quibus primum
fides quidem fides ruinis patentibus
in verba desistit post quas fluviorum pecca
torum id est graviorum cupiditatum motus
incurrit ut ex nube tota ventorum
vis conflancium desevit id est universa

dyaco. potestas spiritus miseratur Hilarius
ibidem. Summa iniqua alta quia
totius fidei et omnium articulorum colli
sua. Qui enim unicum fidei articu
lum discredit nullum simul credit
sed totam fidem abnegavit adeo quod
nec habitu fidei retinet informis
aut formate fidei. Ut scribit Thomas
2a 2e q. 5 ar. 3o. Cuius racionem assignat
dicens species cuiuslibet habitus rerum
dependet ex racione formali obiecti
qua sublata species habitus remanere
non potest. Fidei autem sive formate
aut informis obiectum formale
est veritas prima que manife
statur in scripturis sacris et doctrina
ecclesie. Unde quicumque non inheret doct
rine ecclesie que procedit a veritate pri
ma in scripturis sacris manifestata sicut
infallibili divine regule ille non habet
habitum fidei sed ea que sunt fidei
alio modo tenet quam per fidem scilicet per opinionem.
Ille enim qui inheret doctrine ecclesie
tamquam regule infallibili ille omnibus
assentit que ecclesia docet. Alioquin
si de hiis que ecclesia docet que vult
tenet que non vult non tenet non
iam inheret doctrine ecclesie tamquam
regule infallibili sed proprie voluntati.
Hec scribit doctor. Unde concludit quod sicut
peccatum mortale contrariatur caritati
ita discredere unum articulum con
trariatur fidei sed caritas non re
manet in homine post unum peccatum
mortale ergo neque fides manet post
quam homo unicum articulum discre
dit. Et in fine dicit. Sic est de perfecte
credere sicut de perfecte obedire sed
vel sinistram quia recte vie domini
et iusti ambulabunt in eis. Et
Nicholaus de lira inquit. Con-
siderandum est hic quod hic prohibetur
additio depravans intellectum
legis. Non autem additio declarans
aut elucidans cum quod scribitur Eccli.
xxiiii Qui elucidant me vitam
eternam habebunt. Similiter super
illo Sermo dei ignitus dicit glo-
sa ut heretici qui corrumpunt scripturas
ne eis convincantur. Et beatus Jeronimus
ibidem ne corrumpas eloquia
sacrarum scripturarum. Sicut quidam
heretici ne eis convincerentur fecisse
noscuntur. Et lira. Nec addas
quicquam est quod sit eis contrarium
potest tamen et meritorie addere illa que
faciunt ad ea eius elucidanda. Si-
militer super dicta Johannis apoc.
ultimo dicit glosa contra quosdam
serebat in asia esse qui pro suis er-
roribus fovendis aliquid adde-
rent vel diminuerent supponit
excommunicationem. Et lira ibidem. Si
quis apposuerit id est discrepantia
sicut faciebant heretici qui tempore
illo addebant discrepantia a
veritate evangelii. Et aliqua mi-
nuebant de ea veritate dicentes
Christum ante Mariam non fuisse.
Per hoc tamen non excluditur quin

possent aliqua addi licet que faciant
ad declaracionem totius sacre scripture
Et sic fecerunt doctores sancti licet
ille non et ideo verisimile si isti
credidissent se peccasse quod tantis
laboribus exposicioni scripturarum
intendissent:
Circa 2m notabile ubi dixi prela
tos malos et bonos magnifice
racione officii honorandos Et post
septem causas adduxi quo ad
terciam ubi dixi Ideo quia dixi
ipsi soli habent auctoritatem ligandi et
solvendi a peccatis etc. illud Matth. xviii
Quecumque ligaveritis etc. Contra hoc
arguunt replicantes non soli sacer
dotes habent auctoritatem ligandi sol
vendi a peccatis etc. Assumptio pro
batur quia pater filius et spiritus sanctus habent
auctoritatem ligandi et solvendi a
peccatis ergo etc. Item christus homo
et ipse fuit alius quam sacerdotes
ergo etc. Videte queso quomodo ostendunt
se auctores sacre scripture intelligere
aliter quam christus suis discipulis
innotuit Ego enim allegavi sibi
illam auctoritatem Matth. xviii° Quecumque
ligaveritis super terram erit liga
tum et in celis quam auctoritatem sal
vator non voluit intelligi de beata
trinitate quia cum illis apostolorum
non comparavit sed nec de laycis dis
ponentibus se per contricionem sed de apo
stolis et eorum successoribus per
sacri ordinis sacerdotalis suscep
cionem dico ergo quod ista quamvis non videtur Tri
nitas habet auctoritatem absolvendi a
peccatis active ergo non soli sacerdo
tes quia est equivocacio in hiis
ut dictum est Ponit enim omnibus
qui hec intelligunt quod intellexi de
auctoritate quam habent soli sacerdotes
qui sunt homines consecrati per
ordinaciones Secundum non de
trinitate vel christo homine dico ergo

aliqua primo est quod soli sacerdotes
habent auctoritatem clavium in foro penitencie
de qua loquor in proposito teste beato
Ambrosio ubi ait super verbo predicto
hoc ius scilicet ligandi et solvendi so
lis sacerdotibus concessum est unde
sanctus Thomas in 4° sententiarum dist. xix
q. 1 dicit quod illa clavis que se ex
tendit ad ipsum celum immediate re
movendo impedimenta introitus
in celum per dimissionem peccati vocatur
clavis ordinis et hanc sacerdotes
habent quia ipsi soli ordinantur pro
populo in hiis que directe sunt
ad deum Secundo dico quod layci etsi
se disponere possunt ad penitencie reme
dium Nullo tamen verum est quod dicat
opponens quod ex hoc habeant au
ctoritatem ligandi et solvendi dispo
sitive quia iste est periculosissimus
modus loquendi usitatus a docto
ribus Ideo exponens non au
debat eum nominare qui istum
modum adinvenit Nam ex modo
loquendi doctorum catholicorum
non habemus nisi triplicem auctoritatem
ligandi et solvendi ut ponit
sanctus Thomas in 4° dist. xix una
est auctoritatis et est solius dei qui propria
virtute peccata dimittit Alia excel
lencie quam solus christus homo
habet qui merito excellenti sue passio
nis operatus est salutem nostram de qua
Apoc. iii° Qui habet clavem david
claudit et nemo aperit aperit et
nemo claudit Tercia est ministerii
et ipsam non dicitur habere trinitas in
creata cum sit principale agens
et non instrumentale aut ministeriale
remissionis peccatorum Nec christus
cum sit caput ecclesie in quo per
excellenciam plenitudinis est
potestas illa sed soli sacerdotes homines
qui ministri dicuntur christi et de
tali loquebar in posicione mea
Iuxta illud Ambrosii hoc ius scilicet

Ar

ligandi et soluendi solum sacer
dotibus est concessum. Vnde si licite
adderetur quarta potestas scilicet dispo
sitiua. Secunda conclusio(?) laycus se
disponit ad primam tamen sibi non con
uenit illa auctoritas Christi de qua ergo
loquebar. Et dicit quodcumque ligaueris super
terram erit ligatum et in celis
Matth. xvj c. et assumpsit Christus
homo habet autem dimittendi pecca
ta non soli sacerdotes patet ex dictis
quod nichil(?) quia alia ratione
Christus et alia ratione sacerdotes
habent autem ligandi et soluendi
a peccatis. Secunda ut dicit sanctus Thomas
ubi supra virtus aliquid agendi
est in instrumento et in per se agente non
eodem modo sed in per se agente perfectius
potestas autem clauium quam nos ha
bemus et aliorum sacerdotum virtus
est instrumentalis sed in Christo est sicut in
per se agente ad salutem nostram
quia autem quidem intus(?) deus est
sed per meritum meum(?) est homo. Clauis
autem de ratione sua exprimit pote
statem aperiendi et soluendi seu clau
dendi. Siue aliquid aperiat quasi
principale agens siue quasi mini
ster. Et ideo in Christo oportet ponere
clauem sed altero modo quam sit
in eius ministris. Et ideo dicitur habere
clauem excellentie et tamen de illo
assumpsit alterius contra quartam
tamen ubi dixi sacerdotes esse hono
rabiles eo quod de eorum orationibus
certius est quod efficaciam pro populo
et cunctis(?) honorantur. Ibi dicit
quod si orationes sacerdotum debeant
esse efficaces pro populo oportet quod
ipsi sacerdotes deo placeant per
virtutum opera alias ipsum deum
prouocant ad deteriora. Dico quod
hoc est simpliciter(?) verum et est bene con
gruum sed non simpliciter oportet ut sit

necessarium. Secunda dicit Thomas in quarto se
ntentiarum dis. xlv de suffragijs
que fiunt per malos inquit duo
possunt considerari. Primo ipsum opus operatum
sicut sacrificium altaris et quia
nostra sacra que ex se ipsis efficaciam
habent absque opere operante quam equaliter
complent per quoscumque fiant. Et quantum
ad hoc suffragia per malos facta
defunctis prosunt. Alio modo quantum ad opus
operans et distinguendum est quia
opera peccatoris suffragia facientis
possunt uno modo considerari ut est eius
et nullo modo meritoria esse potest
nec sibi nec alijs. Alio modo quantum
est alterius quod dupliciter contingit. Vno modo
inquantum peccator faciens suffragia
gerit personam totius ecclesie sicut
sacerdos dum dicit in exequias
mortuorum. Et quia ille intelligitur
facere cuius nomine vel vice fit
ut patet per Dionysium in xiij° cap. cele
stis ierarchie. Unde est quod suffragia
talis sacerdotis quamvis sit peccator
pro defunctis prosunt quasi ex per
sona ecclesie facta cuius ipse minister.
Alio modo quum agit ut instrumentum alterius
Opus enim instrumenti est magis prin
cipalis agentis. Vnde quamvis ille
qui agit ut instrumentum alterius non
sit in statu merendi actio tamen eius
potest esse meritoria ratione principalis
agentis. Sicut si seruus in peccato existens
quodcumque opus misericordie faciat ex pre
cepto domini caritatem habentis. Vnde
si aliquis in caritate decedens
precipiat sibi suffragia fieri vel
alterius precipiat caritatem habentis
illa suffragia valent defuncto
quamvis illi per quos fiunt in peccato
existant magis tamen valerent
si in caritate essent quia tunc
ex duabus partibus opera illa meri
toria essent. Ad gregorium

Cum is qui displicet ad orandum
mittitur irati animus
ad deteriora provocatur. Respon
det sanctus Thomas quod oraciones que ex
parte eius qui displicet oracio peccatoris
non sit accepta secundum racionem alicuius cuius
vicem vel nomine agitur potest esse deo
accepta. Et per hunc modum solvitur
alia auctoritas quia oracio quam sacerdos
facit sibi non prodest nisi sit in ca
ritate prodest tamen aliis in quantum
est minister publicus ecclesie. Ergo patet quia
male dixit in illa sua posicione
quod oportet sacerdotem deo placere per
bona opera si debeat exaudiri pro
populo. Preterea attendens ad posi
ciones ubi dixi solos curatos oportere
ordinare preter prelatos maiores scilicet
episcopos debere predicare et religio
sos ex voto sue professionis qui
ad hoc sunt astricti dicit quod iste
proposiciones paciuntur instanciam pro
tempore quo non erant curati et cum ecclesie
et parochie adhuc non erant divise.
Unde querit: Cui soli episcopi succedunt
apostolis et soli curati lxxii discipulis
quorum successores sunt minores
presbiteri et non curati? Pro quorum
fundamentali discussione dico preter ea
que nuper dixi in sua replicacione
propositum cum unus e dominis Bohemus
supplicavit hec declarari et in scriptis
tradi. Dico ergo quod a vobis domine
Ulrice quod cum dominus in veteri
testamento non instituit quod expres
se legatur nisi quod Aaron summum
pontificem minores sacerdotes et
levitas. Unde ergo cantores quos David
instituit. Unde quod illa distinccio sa
cerdotum quod quidam lxxii figurabant
et alii non. I Paralipomenon xxiiiio.
Respondeo ergo quod omnis status ecclesiasticus
est a domino nostro Ihesu Christo institutus

teste apostolo ad Ephesios iiiio: Unicuique da
ta est gracia secundum mensuram dona
cionis Christi, propter quod dicit scriptura:
Ascendens in altum dedit dona
hominibus. Et que sunt illa dona
subdit: Et ipse dedit quosdam quidem
apostolos, quosdam autem prophetas, alios
vero evangelistas, alios pastores et do
ctores ad consummacionem sanctorum in opus
ministerii in edificacionem corporis Christi
quod est ecclesia. Et eadem similia habentur
I Cor. xii. Ex quo patet quod hec per
fecta et completa statuum distinccio
maxime in hora ascensionis
domini a domino instituta est ut notant
verba premissa allegata illud scilicet:
Ascendens in altum dedit dona
hominibus. Ex quo ulterius sequitur quod dis
tinccio et varietas statuum in ecclesia
graduum et dignitatum non est post
Christi institucionem ecclesie aut contingenter
per hominis audaciam processit quare
nec eam destruere potest. Sed dices
quis Christus istos status instituit cum
non nisi apostolos xii et lxxii reli
quit discipulos? Respondeo cum glosa
Innocencii: Ipse dedit quia sic
ascendit ut adimpleret omnia.
Omnia inquit implevit quia ipse
dedit, id est gradus instituit non com
munes, quosdam quidem apostolos scilicet
xii predicacionis sue nuncios Luce
vio: Elegit inquit xii quos et
apostolos nominavit; quosdam autem
prophetas scilicet futura predicentes sicut
Agabus Actuum xxi vel prophetas id est scri
pturas exponentes Actuum xiiio.
Erant in ecclesia que erat Antiochie
prophete, id est doctores. Alios vero
evangelistas, id est evangelii enunciatores
ut vii diaconi Actuum vi vel con
scriptores ut evangeliste iiiior. Ego
enim inquit Ihesus evangelistam dabo
Ysaie xli. Alios autem pastores et
doctores ut episcopos qui pascunt
ex et docent verbo iuxta illud

Jeremie 3o Dabo eis pastores iux
ta cor meum et pascent vos scientia
et doctrina Et ysaie xxx Non fa
ciet a te ultra volare doctorem
tuum vel dico 2o quod ipse xpistus hanc
diversitatem Jerarchiam dedit et
instituit Spiritualiter enim spiritum sanctum
misit visibiliter qui docuit apostolos
et eorum successores quidquid
status ecclesiastici officio congruit
prout ipse salvator promisit apostolis
suis ad huc inquiens multa habeo
vobis dicere sed non potestis portare
modo paraclitus autem spiritus sanctus
quem mittet pater in nomine meo
ille vos docebit omnia et suggeret
vobis omnia quecumque dixero vo
bis et ne crederetur eis solis di
ctum sed et posteris eorum suc
cessoribus ait Ego mittam vobis
spiritum veritatis qui docebit vos omnem
veritatem ut sit vobiscum meum
Job xvio Dicit enim xpistus per prelatos
suos ecclesiasticam Jerarchiam insti
tuisse teste apostolo Et ego si quid
donavi in persona xpisti donavi
Et hoc est quod dicit dominus patriarcha
petrus de palude de ecclesiastica
potestate conclusione 3a circa 3m ar
gumentum Item xpistus dedit
pastores dando primum et univer
salem pastorem innuitur dicendo petro
Pasce oves meas et per illum
alios particulares Sicut et beatus
Augustinus in libro de consensu ewangelistarum
ostendens xpistum ewangelium scripsisse
quod tamen ewangeliste conscripserat scribere
dicens omnibus discipulis su
is tamquam membris sui cor
poris quod xpistus caput Ita quod quicquid
illi scripserunt que ille ostendit
Et dixit nequaquam est dicendum quod
ipse non scripsit cum quidem mem
bra eius id operata sunt quod

dictante capite cognovit Quid
quid enim ille de suis dictis et factis
nos legere voluit hoc scribendum
illis tamquam suis manibus imperavit
hec ille Item in persona prelatorum
ecclesie dicit dominus Qui vos au
dit me audit Luce x Cuius causam
subdit apostolus ubi prius dicitur
Ex quo scilicet xpisto capite ecclesie to
tum corpus ecclesie compactum et
connexum per omnem iuncturam subministrationis
id est quam per communionem fidelium unus
communicat et subministrat alteri bonum
quod habet a xpisto capite Item subdit secundum
operationem in mensuram uniuscuiusque
membri quia secundum gradus membrorum
ecclesie competunt diversis diversi
actus maiores scilicet et minores sicut
alii actus episcoporum alii sacerdotum
alii religiosorum ratione sue conposi
tionis venerabilis de Lira ibidem Sicut
alia est operatio singulis membris alia
operatio oculi alia pedis et vere
per ipsum xpistum est hoc totum quia
ipse augmentum corporis sui facit
et hoc quantum ad perfectionem eorum
qui iam sunt de corpore ipse dico
tendens in edificationem sui secundum quod
xpistus accipitur pro capite cum
membris et hoc quantum ad illos
qui non dum sunt de corpore ecclesie
prout dicit Januensis ibidem Secundo sup
ponendum quod premissa officiorum
varietas legitima sit ierarchica dispo
sitio seu subordinatio et una sit principalis
auctoritas suprema ex xpisti institutione
et non tamen humana sed divina auctoritate
Juxta illud Joh xxi pasce oves
meas Item licet apostolus dicat de
dit quosdam apostolos quosdam pro
phetas non nominando principalem
eminentiam singulariter tamen
presupposuit illud per xpistum ex
presse factum Item ad innuendum

illud q dictum e pmisit vnicuiqz ve
strum data e gra zm mensuram dona
tionis xpi quasi diceret q uni plus
et alteri minus donatum e cui vero sup
nimum regimen eccliasticum sit commissum
Ideo dicit idem aplus 2a Cor x Non
in immensum gloriamur et zm mensuram
regule qua mensus nobis deus Ubi
glosa dicit usurpans sibi regimen
animarum sine commissione xpi aut sui
vicarii uel ptatem sibi commissam ul
tra sibi prefixum extendentes non
zm mensuram regule sz in immensum
gloriantur hec ibi Ex premissis infertur
q zm statum aplicum sunt tria
genera eccliarum ipis aplis succedere
dinoscuntur scz cardinales Epi et re
ligiosi pro quo sciendum q apli pnt
tripliciter considerari Uno modo prout sunt xpi
assessores ante suam ascensionem
Alio modo prout facti sunt pastores diffusi per
uniuersum predicantes zco audito
rum plus usqz ad finem iuxta
modum et conuersationis Primo modo
considerari pnt apli ut sunt xpi asses
sores Primo et post ea beato petro asse
derunt ut domestici et familiarissimi
amici et secretarii et hoc modo succe
dunt eis reuerendissimi patres dni car
dinales quasi domestici pape consiliarii
et assessores Sz quantum ad zm statum
Epi succedunt aplis zc notauit apls
distinguens status ecclie quia eo
distinguit status distinguit statum
pastoralem cui incumbit cura ani
marum particularium a statu aplico
ad quem spectat regimen et ordinatio
totius ecclie generaliter Et iuxta hanc
sententiam dicit Archid xxi dis ca sal
sancta Et papa dz se inter cardinales
eminere ratione status aplici in quo
sunt connumerandi eum a pastorali
statu licet et in statu aplico fuerunt
pastores et status in se sunt diuersi

et plures fuerunt in statu aplico p xpm
instituti quam in pastorali et petrus
quia ante passionem omnes duodecim
fuerunt apli sz post passionem institutus
est petrus a xpo omnium pastor et tunc
status pastoralis est ordinatus eo
aplicus status ante fuisset petro gro
et sui successores utrumqz retinent statum
sz cardinales apli tamen dumtaxat
Et ista diuersitas inter nunc vocatos
cardinales et archiepos qui in sta
tu aplico vario modo succedunt aplis
notatur in glo 1 Cor iii super
illud infidelibus dictum omnia vestra
sunt siue apollo qui erat Epus
eorum siue cephas .i. petrus qui
omnibus maior erat Ex quo sequuntur
aliqua primo q ad statum cardina
lium quantum tantum tanquam
ad statum aplicum primo pertinet
una cum papa regimen et or
dinatio totius ecclie Nam sicut
perfecto status Epalis in hoc consi
sit zm sctm thomam 2a 2e Et quod
ex uoluntaria obligatione se obligat
ad hoc q curam proximorum gerat
et saluti eorum insistat uz eorum
qui suo Epali regimini spali sunt
commissi ita perfecto status Cardinala
tus in hoc consistat q ex caritate
se obligant ut cum capite suo xpi
vicario generaliter fidem et xpianita
tem usqz ad sanguinis effusionem
defendant In cuius signum capellum
rubeum portare dicuntur Sequitur
2o q cardinales sunt in statu per
fectionis altiori quam sit generalis sta
tus pastoralis quia inferiores
pastores tenent se exponere pro
grege particulari sz cardinales
tenentur se exponere pro ecclia
uli q est perfectius quia bonum
quanto communius tanto diuinius ut dicit
phus Tercio sequitur q eo dez quod

sedem aplicam scz papam et cardi
nales preceteris sedibus particularib9
preniet declarando vltatum necessum aut
vtilium ad salutem siue quo ad fine
siue quo ad vtile regimen ecclie mi
litantis quia in hoc succedunt petro
et ceteris aplis quo ad statum aplicum
priuitum de quo dictum est Euntes
docete omnes gentes etc. vt ultra Si
vo obiatur quod cardinales dyaconi
vero succedunt aplis cum omnes
fuerint presbiteri Respondetur quod lic3
no succedunt in ordine presbiteratus
tn succedunt in ordine dyaconatus
et michilominus succedunt eis quantum
ad ordinem pertractionum cardinalatus
ad intellectum superius declaratum vn
quo ad hoc cardinales dyaconi non
solum iure predicto sed etiam laudabili
et approbata consuetudine iam prescri
pta precedunt epos licet ordo epalis
dignior sit ordine dyaconatus sicut
etiam gratia archidiaconus licet no sit
presbr tn preest pluribus presbris
suo archidiaconatus ordine tertio
tio subiectis xxv dis. perlatis Et
sic cardinales etiam no epi precedunt
epos quia comparantur senatoribus
qui erant primi post imperatorem
et dicebantur patres conscripti de hoc
per archidiaconum de officio legationis
cap. primo li. vi. Quantum ad xii statu
aplorum prout diuisi fuit a petro
per vniuersum mundum succedut
eis aepi epi cum omnibus hiis qui
sub hoc nomine epus dinoscuntur
comprehendi De quibus dicat Rabanus
li. suo de naturis rerum inme ca.o
vimo de clericis Ordo inquit epor
quadripartitus est i. in patriarchis ar
chiepis metropolitanis atque epis
patriarcha greca lingua summus
primus interpretatur quia primum i. aplicam

retinet locum Et ideo quia summo honore
fungitur tali nomine censetur sicut ro
manus antiochenus alexandrinus archi
epus greco vocabulo dicitur quod sit summus
eporum tenet eum vicem aplicam et
presidet tam metropolitanis quam
epis ceteris Metropolitani autem
a mensura ciuitatum vocati sunt
singulis enim prouincijs preeminent
quorum auctoritate et doctrina ceteri sacer
dotes subiecti sunt sine quibus re
liquis epis nichil agere licet Sol
licitudo enim totius prouincie ipsis com
missa est Omnes autem superius desi
gnati ordines vno eodemque voca
bulo epi nominantur sed ideo priuato
nomine quidam vtuntur propter distinc
tionem potestatum quam singulariter acceperunt
patriarcha pater principum Archon
enim princeps archiepiscopus princeps
eporum sicut metropolitanus a
mensura ciuitatum Hec ille Et
notat dominus opponens vnam clau
sulam qua dicit me pretermisisse
in ca.o decreti vbi dicitur quod talis distinctio
sumpta est a vana gentilitate quod
nolunt notari Respondeo quod nomina
ista flamines et archiflamines
etiam in gentilitate reperit sed gradus
eis correspondentes beatus petrus
et apli a xpo receperunt Et ideo no
mina permanserunt et in distinctione
ecclie dignitatis cesserunt vel
cum scto Thoma vbi arguit in 4o
dis. xxiiii ritus ecclie non debet ma
gis confirmari ritui gentilium
quam ritui iudeorum ergo etc Res
pondet quod ritus iudeorum non
erat diffusus in diuersis regnis
et prouincijs sed tantum in vna gente
Et ideo no oportebat quod sub eo qui
habebant potestatem principalem alij
pontifices distinguerentur sed ecclie
ritus sicut et gentilium per diuersas

nacionis diffinditur Et ideo oportet
quod quia ad hoc magis gentilium ritum
quam iudeorum status ecclesie refor
metur Sed licet ordo iste ecclesiasticus
quo ad distinctionem graduum prelatorum
sit ritui conformis gentilium non tamen
sequitur quod sit malus aut vanus aut
non a deo institutus cum ecclesia consti
tuta est ex utraque parte scilicet gentilitatis
et iudeorum Ita ritus ecclesie modo
capitur ex conformitate unius modo
alterius prout dicit hugo libro ii de
sacramentis parte iii capitulo iiii Dicit
ille Et hii ordines a beato petro et
sanctis apostolis effluxerunt prout testatur
est beatus clemens cum quod allegat hu
go ubi prius Et dicitur in libro illius in
principio qui solet inscribi de carta pon
tificum dicit enim sic In illis ciuitati
bus in quibus apud ethnicos primi fla
mines eorum atque primi legis doctores
erant episcoporum primates poni uel patri
archas qui reliquorum episcoporum iudicia
et maiora quotiens necesse foret nego
cia in fide agitarent et cum deum volun
tatem sicut sancti constituunt apostoli ita ut
ne quis iniuste pulsaretur diffini
rent In illis autem ciuitatibus in
quibus dudum apud predictos erant
ethnicos eorum archiflamines quos
tamen minores tenebant quam memoratos
primates archiepiscopos institui precepit
qui non tamen primatum sed archiepiscoporum
nomine fruebantur Dicit ille Ex quo patet
quod apostolis hii gradus succedunt quo
ad statum eorum communitatum ad tercium
statum apostolorum scilicet perfectionis generaliter
sacionis eis succedunt religiosi vii
de xvi q. i. Constat quod monachi apostolorum
figuram tenent et hoc quantum ad primi
orum renunciacionem ut exponit glosa
Pro quo sciendum quod reputare statum christi
et apostolorum potest intelligi dupliciter
uno modo essencialiter et omnes qui ob
ligant se ad perfectionis opera cum tria
vota essencialia reputant christi et

apostolorum perfectionis statum Scribitur
enim numeri vi Quod omnes nazarei qui
volebant se domino consecrare voto
se astringebant ad perfectionis opera
comitum ergo ad hoc quod omnes religiosi
voto se obligant astringentes se
ad opera supererogacionis cum illa
tria essencialia vota essencialiter repu
tant christi et apostolorum perfectionis
statum cum apostoli primus fuerunt
vocati ad statum religionis cum illa
tria vota sicut de voto apostolorum insta
dicitur Nam mox vocati ad christum
relictis omnibus secuti sunt eum matthei
xix et iiii Super quo uero dicit Crisostomus
Tria sunt que relinquere debent
venientes ad christum primo facultates mun
dales que per nauem intelliguntur
2o operaciones carnales que per rethe
intelliguntur 3o renunciacionis prima
les que per patrem intelliguntur Dicit
ille Secundo materialiter et cum diuer
sum modum viuendi in volunta
ria paupertate diuersimode religi
osi christi et apostolorum perfectionis sta
tum reputant Pro quo sciendum
quod ad perfectionis statum multa re
quiruntur formaliter quidem necessario est
caritatis perfectio Effectiue uero seu
votorum principalium perpetua
obligacio Instrumentaliter corporalis in vigi
liis et ieiuniis exercitacio et re
gularis obseruacio Essencialiter
autem christi et apostolorum modi viuendi
imitacio Contra ergo ad caritatis
perfectionem qui sunt imperfectiori statu
ceteris aliis Requirit enim pontificalis
status caritatem perfectam iam ac
quisitam non acquirendam Contra
uero ad tamen votorum principalium
perpetuam obligacionem omnes re
ligiosi qui ad illa se obligant
sunt equaliter in perfectionis statu
Comitum ad corporalem exercitacionem
monachi et professores reguli sancti
benedicti arciori viuendi modo

pfectionis statum requirunt quam
alii / s3 quantum ad modum viuendi
xpi et aplorum imitacionem religiosi
mendicantes magis sequuntur illu
modum viuendi quam alii Cum
in quantum possessiones non habeant nec
in speciali s3 solum de hiis que cotti
die offeruntur a xpifidelibus in vi
ctu et vestitu necessaria recipiant que
admodum xpus cum suis discipulis
nunc mendicando nunc necessaria oblata
recipiebat Ex quo p3 quod religiones
non sunt institute a xpo homine essen
ad vota essencialia in quibus consistat
omnis religionis pfectio s3 psupponunt
illa vota esse instituta a xpo in ipsa
aplorum vocacione s3 solum quantum
ad quedam accidentalia puta quantum
ad habitum et ordinacionem regule vel
institucionis que sic firmitatem habent
non nisi cum approbacione regule eccle
hoc addito certarum religionum
habitus non est humanitus adinuentus
s3 de celo ostensus et datus quemadmo
dum beatissima virgo habitum ordi
nis mei predicatorum ostendit ma
gistro Reynaldo ipsum curando mi
rabiliter a sua infirmitate ad pre
ces beati dominici et ex tunc eum
habitum quem ante dictus ordo accepta
uit que non homo s3 beatissima
virgo maria nobis contulit cum
prius habitum canonicorum regularium
fratres baiularent ut ex legenda
beati dominici Ex quo p3 quod in ecclesiastica
ierarchia succedunt aplis s3 car
dinales ut assistentes Epi ut mini
strantes et religiosi ut pfectiorem
vitam imitantes Aliud genus
a xpo institutorum sunt lxxii dis
cipuli et hii eciam possunt in tripli
citudine considerari Primo ut mis
si a xpo ad predicandum ante
suam ascensionem 2o ut missi ab a

postolis post xpi ascensionem 3o ut dya
coni pro quorundam ex eis ordinacio
nem in primo statu succedunt eis
psbiterati curati In 2o quo ad al
psbiteri alii In 3o archidiaconi
iudices et ceteri clerici Primo mi
si considerant lxxii discipuli ut a
xpo missi ad pdicandum in omnem
locum quo ipse erat venturus et
non alibi represent statum et figuram
curatorum psbrorum qui sic sunt
ad vnam plebem seu prochiam
limitati quod psunt illi et non alibi
et declaui in prima posicione mea
super illo compluso a sacerdotibus
dnd Respondeo quod soli curati succedunt
in pdicacionem ordinaria lxxii disci
pulis dnd quia soli sunt psbiteri
secundi ordinis aut minoris ordi
nis appellati ut ibidem sufficienter
deductum est et expressius declarat
dominus petrus patriarcha de palude
in libro de ecclesiastica ptate q oc 3a
2oo put ab aplis sunt missi co
siderantur quo ad duplicem actum
primus est sup corpus xpi verum quia
creduntur multi ex eis fuisse or
dinati in psbiteros licet in scriptura ta
nomina non reperiantur 2dus actus quo
ad corpus xpi misticum insticu
ab aplis receperunt auctem sec
di ptatem eciam minimum et in utroque
actu succedunt eis curati s3 non ipso
tam sacerdotes alii Prima ut di
ctum est in alia posicione ex sancto
thoma principalis actus sacerdocii
est consecrare corpus xpi verum quod
omnibus sacerdotibus conuenit / s3 se
cundarius actus sacerdocii qui est
sup corpus misticum non conue
nit nisi curatis Considerando
autem eos 2oo put quidam
ex eis fuerunt facti dyaconi
et stephanus archidiaconus Sic

eis succedunt clerici consimiliter nomine
et inferiores prelati seu clerici quem
admodum de hoc scribunt doctores
antiqui sufficiat tamen ad presens quod in con
cilio Calcedonensi statutum est ut
aliqui presbiteri ordinari possint
si in martirio prius fuerint lxx
d. Renunciamus ubi dicit glossa quod mar
tirium vocatur ubi reposite sunt
reliquie martirum et constat
satis quod illi fuissent male illuc
limitati si fuissent ad predicandum
ubique obligati et ita non successe
runt hominis nisi in actu principa
li qui est actus celebrandi sacerdo
tum super corpus christi verum prius satis
deducatur lacius presertim in hoc
ultimo puncto declarassem nisi
infirmitate gravatus fuissem cetera
que tacta sunt pro bona dominorum
bohemorum dixi quia ex hiis cor
rigere possunt et debent inter mul
ta puncta per dominum replicantem Secun
do primum ubi dixit quod non habemus
expresse in scriptura canonica quod
christus constituerit petrum summum
pontificem apostolorum 2m quod di
xit ibidem in statu ecclesie primitive
non fuisse nisi tantum duos gradus
scilicet dyaconatus et presbiteratus eo quod
idem erat in primitiva ecclesia sa
cerdotes qui et episcopus et econtra hec
duo sunt contraria expresse et fla
grantissime scripture tamen precedenti cui
dencia De primo scitur quod petrus
a christo positus est supra apostolos tamquam
princeps et prelatus eorum quod ex scri
ptura canonica patet ubi dominus
ait petro pasce oves meas ubi
dicit Crisostomus Eximius enim erat apostolo
rum petrus et os discipulorum
et vertex collegii Unde et nega
cione deleta commisit ei prelacionem
fratrum et negacionem quidem ei non ex
probrat Sed dicit Si diligis me pre
side fratribus Idem Crisostomus super actus
apostolorum ait petrus a filio super
omnes qui fideles sunt potestatem acce
pit non ut moyses in gente sua
sed in universo orbe Et ita patet quod
soli petro dictum est illud verbum pa
sce oves meas Et ita ego bene
addidi hic soli licet in textu evangelii
non habeatur nec addidi ut verba
textus sed ut doctores exponere
solent verba eadem eadem Beatus Bernardus
ad Eugenium inquit que sibi te
sunt que sunt illa si queras terre
orbem exeundum est ei qui for
te vellet explorare que non
pertinent ad tuam curam Et pau
lo post Itaque tu et heres et orbis
hereditas Et infra si indagemus
quis sis videlicet quam personam in
ecclesia dei geras es enim sacerdos
magnus summus pontifex tu prin
ceps episcoporum tu heres apostolorum Et
infra tu es cui claves tradite
sunt cui oves credite sunt Sunt
quidem et alii celi ianitores et
gregum pastores sed tu tanto glosius
quanto differencius utrumque preceteris
nomen hereditasti habent illi sibi as
signatos greges singuli singulos
Tibi universe credite sunt nec modo
ovium sed et pastorum tu unus
omnium ovium pastor Unde id probare
queris ex verbo domini cui enim non dico
episcoporum sed etiam apostolorum sic ab
solute et indiscrete tote commisse
sunt oves si me amas petre
pasce oves meas inquit plane
non designasse aliquas sed desig
nasse omnes et reliqua que ibi
sequuntur Ad propositum istud ad
ea ubi replicans volens ostendere
propositum suum arguit primo ex
canone in nono dis. xxi ubi dicitur

quod omnes apostoli fuerunt pares quia pa
rem honorem et potestatem a domino
receperunt Respondeo quod verum est de potesta
te ordinis sacerdotalis primo et episcopa
lis tandem que non recipit magis
et minus Sed non est verum de potestate iu
risdictionis ut declaratum est etiam
ibi et in positione mea cum multis
doctoribus Et per hoc sunt solute
auctoritates alie quas adducit quia
dominus omnibus dixit simul hoc fa
cite in meam commemorationem loquitur
de potestate ordinis Similiter illud
accipite spiritum sanctum etc Sed quia dixit
dominus replicans quod illud pasce o
ves meas non fuit dictum soli petro
sed sibi in persona aliorum In opposi
tum ostendere veritatem Nam textus
sibi soli ostendit dicens Dixit ihesus
petro Simon Johannis diligis me plus
his pasce oves meas Et quod soli
petro dictum sit illud verbum pasce
oves meas et quod per hoc petrus sit
constitutus summus pontifex totius ecclesie
patet per subsequentia Dicit enim super
eodem verbo beatus Cirillus episcopus
alexandrinus ut tamquam membra
in capite nostro apostolico throno roma
norum pontifice a quo nostrum est quere
re quid credere et quid tenere de
beamus ipsum venerantes ipsum
rogantes pro omnibus quia ipsius
solius est reprehendere corrigere
statuere disponere solvere et ligare
loco illius qui ipsum edificavit et
nulli alii quod suum est plenum sed ipsi
soli dedit cui omnes iure divino ca
put inclinant et primates mundi
tamquam domino ihesu christo obediunt
hec ille Super eodem Joh ultimo
dicit theophilus Completo prandio
commissionem ovium mundi petro
commendat non aliis Ibi dicitur Cum
igitur prandidissent dicit simoni

petro ihesus Simon Johannis diligis
me plus his pasce oves meas ta
quam non esset ubi ostenderet petrus
ostenderet amorem suum in christum
nisi esset pastor fidelis sub principe
omnium pastorum hec ille Nicolaus
de lyra dixit simoni petro volens
ei beneficium speciale conferre Simon
Johannis diligis me plus his pasce
oves meas hec ille Sanctus thomas
dicit sic pasce oves meas ut sic
non possit dicere christianus qui dicat
se non esse sub cura istius pastoris
scilicet petri Iuxta illud Ezechielis
pastor unus erit omnium vestrum Et
ozee primo ponent sibi caput unum
petro autem hoc officium congrue
omnibus intermissis committit Prima
enim Crisostomus eximius apostolorum erat
os discipulorum et vertex colle
gii hec ille Glosa Sed queritur
cum alii discipuli circumstarent
qui dominum diligebant propter quid
a solo petro quesitum est de dilec
tione Racio una est incipit quia
sibi cura erat gregis specialiter co
mittenda inter alios Ideo ab
eo specialiter dilectionem querit alle
gat Crisostomus ut iam dictum est
Item sanctus thomas contra gentiles
libro iiii° cap° lxxvi quia dominus
corporalem presentiam ecclesie erat sub
tracturus oportuit ut alicui committeret
qui loco sui universalis ecclesie gereret
curam Hinc est quod petro dixit an
te ascensionem pasce oves meas Joh
ultimo et ante passionem et tu ali
quando conversus confirma fratres tuos luce
xxii Et ei soli promisit Tibi da
bo claves regni celorum Math xvi
ut ostenderet quod potestas ecclesie penes
ad alios esset derivanda ad conservandam
ecclesie unitatem hec ille Quare
reprehensibile autem sit cum eo ma
gno dolore enarrare quod sperabam

replicantem providenciorem fuisse
dicere enim quod in ecclesia primitiva idem
fuit episcopus et sacerdos fuit heresis
arrianorum ut dicit beatus Augustinus
libro de heresibus capitulo lxxiiii° Aeria
rius quia desideratum episcopatum a
dipisci non potuit vilipendendo episcopa
tum tandem dixit presbiterum ab episcopo
nulla differencia debere discerni. Contra quod
sanctus Thomas 2a 2e q. clxxxiiii
ar° vi ad primum quod etsi nomen olim
presbiteri et episcopi non semper distingu-
ebantur quia sepe in scriptura
sacra pro eodem sumitur sed tamen rem
semper fuit inter eos distinctio etiam
tempore apostolorum. Et ad hoc autem quod alle
gat apostolum et ungentem similiter respon
deo quod ubi apostolus allegat regulam
episcopalem dicens i ad Thimotheum
iii° Si quis episcopatum desiderat
bonum opus desiderat oportet episcopum
irreprehensibilem esse. Et de dyaconis
post ea loquitur de presbiteris mentionem
non facit. Non ideo factum est quod idem
fuit presbiter et episcopus sed quia illa doc
trina quam ibi tradidit episcopo etiam
convenit et presbitero. Unde dicit Crisostomus
ibidem omelia xi in exposicione eiusdem
textus sic disputans de episcopis et de
signis eos dicens que quidem habere
a quibus autem abstinere oportet eorum
ordinem presbiterorum dimittens ad dyaconos
transilivit. Quid utique quia non multum
se medium est etiam hii sacerdotes
misterium susceperunt et presidenciam
ecclesie et que de episcopis dixit hec et
presbiteris conveniunt. Intronisacione
enim sola super eos ascenderunt et hac
solo videntur superhabundare presbiteris
hec ille. Et idem Ieronimus inquit
quare tacuit de presbiteris ideo quia in
ordinacione episcopali comprehenduntur
presbiteri. Omnis enim episcopus presbiter
est et tamen non omnis presbiter episcopus hec

ille. Et quod nullo modo fuit alia inter
apostoli quam quod alterius gradus essent pre
sbiteri et episcopi patet ibidem capitulo iiii° dicitur
Noli negligere graciam que in te est
que data est tibi per prophetiam cum
imposicione manuum presbiterii que
quod non credis hic apostolum dixisse presbiterum
inquid simplicem sacerdotem non
ita fuisse presbiterum dixit ibi episcopum
Unde Crisostomus in exposicione omelia iii
ibidem cum imposicione manuum
presbiteri non de presbiteris sed de episcopis di
xit. Non enim presbiteri episcopum utique illum
ordinabant hec ille. Preterea quod simeres
non convenienter intronisassent vel
consecrassent episcopum, consuevit quod distincti
ab episcopis presbiteri etiam tempore apostoli sicut
et supra dictum est de patriarchis
archiepiscopis et ceteris. Et quod allegat
Ieronimum dist. xciii olim. nichil pro eo
est quia non dicit Ieronimus quod non esset
distinctio inter episcopum et presbiterum
etiam quoad communi consilio sacerdotum re
gebatur ecclesia nec obstat quod di
cit quod communi consilio sacerdotum actum
est quod unus preesset omnibus quia
nichilominus hoc iubente domino
factum est et non numquam episcopi supra
presbiteros extiterunt. Unde dicit ibidem
Ieronimus in epistola ad Evandrium
nam et Alexandrie a Marco
ewangelista usque ad Heraclam et Dio
nisium episcopos presbiteri ex se semper
unum eligebant et in excelsiori
gradu collocabant quem episcopum no
minabant quasi si exercitus dyaconi
aut eligant ex se quem industri
orem noverint et archidiaconum
nuncupent hec ille. Et assumitur
dist. xciii in capitulo legimus et dicit ibidem
Ieronimus super Ysaiam libro ii super
illo textu In die illa erunt
quinque civitates in terra Egipti porro
qui ab adventu Christi et romano
imperio prophetiam differunt quinque
civitates intellegant dum que in

Ar

allexandrina primum interpretata
est vel quinque ecclesie ordines episcopos
presbiteros dyacones fideles cathecu
minos servavit. Hec ille. Cum autem
dicat idem Jeronimus dist. 93 legimus
idem sacerdotem esse et episcopum in
telligendum est quoad nuncupationem
non quoad rem ut exponit hugwicio
et archidiaconus. Unde ysidorus in libro
officiorum de statu clericali capitulo IX
de sacerdotibus scribit quod moyses
figuram christi in veteri testamento
gerebat et vere per omnia christi qui
fuit similitudo mediatoris veri
qui est inter deum et hominem
ihesus christus qui est verus dux
populorum verus princeps sacer
dotum et dominus pontificum cui
est honor et gloria in secula
seculorum amen.
Aaron summus sacerdos qui primus in
lege sacerdotali nomen accepit pri
mus que pontificali stola indutus
victimas obtulit et iussa quo lo
co contemplari oportet aaron sum-
mum sacerdotem id est episcopum fuisse et
filios eius presbiterorum figuram
monstrasse. Fuerunt enim filii a
aron et ipsi sacerdotes quibus mito
sparare debuissent levite sicut
summo sacerdoti. Hec ibi. Et capitulo
vii° dicit presbiterorum ordo exor
dium sumpsit a filiis aaron ut
dictum est. Qui enim sacerdotes vo
cabantur in veteri testamento hii sunt
qui nunc appellantur presbiteri et qui
nuncupabantur principes sacerdo
tum nunc episcopi nominantur. Hec ibi.
Et ibidem. Item paulus apostolus
eosdem presbiteros ut vere sacerdotes
sub nomine episcoporum ita assenuat
loquens ad titum. Huius inquit
rei gratia reliqui te ut ea que de
sunt corrigas et constituas per
civitates presbiteros quemadmodum
ego tibi disposui si quis sine crimine
est etc. Quod autem episcopum sine crimine esse
quosuia oportet dicunt presbiteros sub
episcoporum nomine taxari. Unde et ad thimo
theum de ordinatione episcopi et dyaconi scri
bit de presbiteris omnino tacuit quia eos
in episcoporum nomine comprehendit.
Secundus enim primo gradu est iunctus
sicut et ad philippenses episcopis et dyaco
nibus scribit cum una civitas plu
res episcopos habere non posset. Et in
actibus apostolorum presbiteros ecclesie
ierusalem congregavit quibus inter cetera
ait videte gregem in qua vos
spiritus sanctus ordinavit episcopos. Unde
etiam tales in ecclesia presbiteros
constituendos esse sicut episcopos. Et apostolus
ad titum loquitur et canones ipsi
testantur. Ex quo patet quod ab initio
sacerdocii legalis usque nunc semper
fuit distinctio episcopi a presbitero licet
sepe eodem vocabulo censeantur
propter propinquitatem quam habent in auctoritate
quia episcopus excedit presbiterum tantum
iurisdictionis auctoritate dignitate. Quod ad
nigrum sinistre in 4to dist. xxiiij
capitulo penultimo dicto quod multi
sunt sue mentis asserere tantum duos
gradus fuisse in primitiva ecclesia
Ita quod presbiter et sacerdos essent
idem ut replicans videtur eum
intelligere sed in eodem capitulo dicit
eos distinctos apostoli enim inquit in
singulis civitatibus episcopos et pre
sbiteros ordinavit sicut loquitur
ibi de sacris ordinibus dicentibus quod
in ecclesia primitiva tantum ipsi duo di
cebantur ordines sacri scilicet dyaco
natus et presbiteratus. Subdyaconatum
esse ordinem sacrum postea ecclesia
instituit ubi dicit sanctus thomas
quod licet omnes ordines sint sacri specia
liter tamen ipsi duo dicuntur ordines sacri quia
isti duo habent actum super ipsum sacrum
Subdyaconatus vero ordo super vasa tantum

Ex isto pz q male respondit replicans
qm de dispositione sancte ierarchie in
lege eterna distincti sub ierarchia
triplici dicit sic dico put comprobabit
pz ista similitudo patitur instanciam
cum ecclia militans solos duos gradus
dub habebat ut dicit magr in mis
Item cum idem erat psbr qui et
eps ut dicit Jeronimus et qui in locis
lxxii or discipulorum subierant
minores sacerdotes hec ille Et quia
istam mat continuando magis elu
cesset vitabis Ideo nondum q quia ego
dixi quod parabola ewangelii per duos in
agro intelligi prelatos per duos in
lecto religiosos per duos in mola
seculares intelligendos ipse dicit
hanc expositionem cum alios non esse
de mente xpi sed per duos in agro
intelligi statum dominorum secularium
per duos in lecto spirituales ut clerum
xpi In mola fideles laicos unde
est contra religiosos invenire ubi
dixi quod ad lectum pertinent quia in
claustro vacant dicit enim paulinus
in lecto contemplacionis quievisse
et tu discurrendo mundum convertisse
et utinam omnes nunc religiosi ita
facerent et libere predicarent qui abi
les sunt Circa quod in primis nondum
q ipse intelligat doctorem nominatim
sed in genere dicit cum alios et quum
tamen sint illi non est adequata com
paracio Sed beatus gregorius qui multum me
lius novit mentem xpi quam quum
que alii innominabiles novelli sen
tenciam meam approbat dicens in
exposicione psalmi cxxxi de hiis
enim ipsis gradibus dictum est duo in
agro unus assumetur et alius re
linquetur quia autem presertim
intelligatur et per quem religiosos de
signatos audite quid premittit beatus
gregorius super hoc Ecce quam bonum
dicens hec sunt consideremus vel

de omnibus xpianis dictum sit Ecce
quam bonum et quam iocundum ha
bitare fratres in unum Cum aliqui sint
certi ac perfecti qui habitant in unum
nec ad omnes pertineat ista bene
dicto sed ad quosdam a quibus tamen
descendat ad ceteros Ista enim ua
psalterii sunt sonus tam in cantica
quam in intellectu est monasteria
peperit ad hunc sonum excitati sunt
fres qui habitare in unum concupie
runt Iste versus fuit tuba eorum cum
sonuit per orbem terrarum et qui di
visi erant congregati sunt in unum
Et infra unde illi centum viginti
qui simul erant in uno loco post
resurreccionem domini et ascensionem eius
in celum et ipsi primi habitaverunt
in unum ipsi primi audierunt sed non
soli audierunt venit enim et ad pa
steros ista caritatis exultacio et vota
dei vovetur enim aliquid deo ut di
ctum est vovete et reddite domino
deo vestro Et infra ex voce hanc psalmi
appellati sunt monachi nec nobis
de isto nomine insultet catholicus
Et infra venitur carissimi sunt et
monachi qui falsi sunt et nos no
vimus tales sed non perit sanctitas propria
propter eos qui profitentur quod non sunt
tamen sunt enim monachi falsi quia
et clerici falsi et fideles falsi omnia
ista tria genera que aliquando vobis
commendavimus habent bonos suos habent
malos suos de istis dictum est duo
in agro duo in lecto Et in agro
sunt qui gubernant ecclesiam In lecto
autem eos intelligi voluit qui
amaverunt quietem non miscentes
se turbis non tumultui generis humani
in ocio servientes deo et tu inde
unus assumetur alter relinquetur
Et hec ibi Idem presertim dicit libro
iio dialogorum super ezechielem q xvi dicens
tria hominum genera hic videtur si
gnificari unum eorum qui in agro
quasi arant qui sunt prelati quod
presidendo laborant alterum eorum

qui ocium et quietem eligunt neque
negociis ecclesiasticis sunt occupati et
illorum quos lecti nomine signavit
et alterum illorum qui in plebibus
constituti reguntur a doctoribus agen
tes ea que sunt huius seculi quos
et femarium nomine significavit
quia consiliis ut dixi prepositorum
regi expedit. Et molantes dixit propter
temptationes negotiorum porbem
ac circuitum quas hii in vinum mo
lentes duxit in quitum de ipsis rebus
et negociis suis prebeant usibus ec
clesie ministerio in eadem qui operantur
in ecclesie ministerio tanquam in agro
dei. In hiis ergo tribus seu generibus
hominum sunt rursus genera hominum hii in
singulis et pro robore virium su
arum discernuntur. Eminem enim omnes
ad ecclesie membra pertinere videntur
advenientibus temptacionum tribula
cionibus et ex illis qui sunt in nego
ciis seculi et ex illis qui deo mini
strant in ecclesia et ex aliis in clau
stro aliqui manent aliqui cadunt
qui permanet assumetur et alius
relinquetur non quasi de duobus
hominibus dictum sed de duobus generibus
affectionibus in singulis generibus trium
professionum. Hec ille. Ecce quod sanctus
pater ille non ponit laycos in agro
quasi ipsi primum locum teneant
in ecclesia dei sed in molendino quia
status infimus ecclesiastice ierarchie nec
ponit clericos in lecto sed religiosos
tertius. Ad idem in eodem libro capitulo xlvi
dicit concordando scilicet psalterium cum
cythara i. legem veterem cum no
va. Illa inquit tria genera que as
sumentur arbitror pertinere ad
illa tria nomina virorum iustorum
quos solos liberandos Ezechiel propheta
pronunciat Noe Iob et Daniel. Videtur
autem Noe pertinere ad eos per quos
ecclesia legitur sicut per illum in archa
quibus archa gubernata est que

figuram gestabat ecclesie. Daniel
quia elegit celibem vitam nuptias
terrenas contempsit ut sicut dicit apostolus
plus sine sollicitudine vivere cogitans
que sunt dei genus eorum significat
qui sunt modo sed tamen fortissimi in temp
tacionibus ut possint assumi. Iob autem
quia et uxorem habuit et filios et abun
dantes terrenas rerum copias ad illud
pertinet cum molendinum deputatum
est sed tamen ut sunt fortissimi in temp
tacionibus sicut et ille fuit. Ipso enim
aliter assumi poterunt. Licet puto
aliqua genera esse hominum quibus constat
ecclesia quam ipsa tam habeat bi
nas distincta propter assumptionem et re
lictionem quarum in sin. multe studiorum
voluntatum quia diversitates ad con
cordiam tamen unitatem quasi concurrentes
possunt invenire. Hec tangit. Concordat
beatus Gregorius de distinctione assu
mendorum et liberandorum in ecclesia
et ordinum distinctione libro xxxii mo
ralium et concordat cum tribus
viris Ezechielis quos nominat libro primo
moralium ubi tractat istum textum
fuit Iob septem filii etc. Et quia
licet dominus replicans in scripturis
non dederit sed tamen bene recolo de me
dicantibus dixit quod illi fratres in lecto
non vacarent eo quod mendicando disc
urrerent. Respondeo quod hic error est
voluntarium non caritativum. Nam
et Christus cum apostolis et discipulis
ad lectum contemplacionis attine
bant quia omnes perfectionis sta
tum exercebant et tamen per mundum
discurrebant nunc predicando nunc
mendicando cum quod deo fuit placitum.
Item non sequitur religiosi non semper
in claustro ibi continue contemplando
quia sufficit quod illuc pertineant et
ad votum prelati exeuntes re
deant. Sic enim dicitur quod Christus tenetur
ecclesiam suam sine intermissione
docere vii. q. i. sicut vir. Videlicet
ceteros super eos sine intermissione

qd aliud bene dicitur. si sine inter
missione licet inedius duos actus
interueniat arg. ff. de v. ob. continuus
ff. de du. re. duos qui duo sic l. dis.
Si quis voluntate vn si testator
decem legauit vxori sue si cum filio
moraretur continua mora no requi
ut per singula momenta cum eo mo
retur. ff. de qd. et de. Si quis ita
diuoss de ar. ad hec contra vero pa
cificus in principio cottidie ibi corpo
ratibie i. assidue Vn dicit archi est
scolaris qui hic tesimonium vz semp iste
operaut ibi spualia uel cottidie et
tn quandoque sint absens sicut causa scil
licarum ipetua e et tn no se cadit ff.
de sin vr. pdior foramen q de
cle no resi. ex pte sin vincencia
hec ibi et in capitlo p venit vn q
i dicit qui vim residencie no e cana
intelligendi ita ut inchyn inde dis
cedat et qui semp vigilet ff. de edili
edicto Si quis venditor sicut go hij
dicuntur residere et docere liectali
qui absunt ita religiosi semp censent
esse in claustro et in lecto contempla
cionis licet aliqn alibi sunt. Ad hoc
autem qui in scripto michi tradidit
dicens qui autem dicit religiosi va
cant in claustris vnde in om venit
paulus qui quamuis fuit in lecto co
templacionis no tn in claustro vaca
bat sed p mundum discurrens ge
rebat sollicitudinem omnium ecclesiarum
et insta vtinam veri religiosi abi
les et ydonei a vacacon in claus
tris exirent et vim dei libere annu
ciarent cum messis quidem multa o
perarii autem pauci Respondeo qui
paulus no debuit stare in claustro
quietus quia ad hec sunt a domino
electus et publice vocatus miracu
lorum gra datusque ut portaret
nomen dni coram gentibus et regibus
et certe si ita essent vocati religiosi

singuli nuto exirent pdicare vim
dei/ sed quia iuxta dictamen multorum
religiosorum melius nobis esset
domine vbicunque claustra aliquis arte
religionis intrare quia in seculo
perdurare et contra preceptum dei a
plorum pracyum vlis ecclie sine
licencia contra phibicion supior
pdicare ibique in pane arto et aqua
breui plita peta deplange et pla
genda itm no committere Ideo opto
et ego quater relictis omnibus mudo
mori et religionem ingredi velitis
ut spectaculum deo mundo et an
gelis exsistatis Contum ad 2m no
tabile sup vo dz posint dicam inter
precepta et consilium quia dicit
bn dz capiendum preceptiue vbi dicit
ego in pugnassem descripcionem suam
consilia qui est doctrina spalis obligat
sub pena peti venialis ostendi
multiplr qui consilia eciam ut co
cilia sunt nullum obligant sub
pena cuiuscunque peti quia tn repli
cans si mentem docilem adhibu
isset contentari debuisset pro ulteriori
eius informacon sciendum 2m
qui communiter doctores scribentes circa
ripta que obtulit in quo preterire
nolo quod cum in medio positorum
sit varius ut clare deo propicio
deducetur In principio tamen et in fine
plurimum loquitur rigide et ecclesiastico
statui detrahendo ut ea que in
ipsis principio et fine loquitur relinquat
penitus sine aliquo fundamento
dicit in principio quod intranquillitatis
et discordie mundi causa est dominacio
cleri super bonis mobilibus seu
inmobilibus huiusmodi et ad hoc
dictum nullam probacionem ad
ducit Ego autem contrario dico quod ad
tranquillitatem et pacem orbis
multum proficit potencia et
dominatus ecclesie Nisi enim ecclesia
ipsam haberet potenciam tanta esset

indisciplinato et arrogancia ho
minu supbor volencia invti o
pinionibus ppriis / q nisi ecc ma
gna potencia ecclie ad copmend
os cotidie hereses pululeret et
crescerent / hoc unusquisq volens
advertere pspicue intelligere pt /
qm varietates opinionu nocap
tuositate et ptinacia no desinut
s ptinorem qpriuntur / et ptht
a pte cognosci pot q erat ante
quam eccia potenciam hanc hret
put pz ex dicto ysidori iam supra
allegato / q ante illa tpa consta
tini iam no erat facultas docen
darum plebium cum xo pdicantes
in diversas hereses scissa esset / et
ex ex dicto Augni supius alle
gato / possem et ad hoc multa alia
deducere que dimitto ne efficiar
nimis longus :

Ponit demum conclusionem suam
sub his tminis / secular possessio
sicut e civile dominium iure divino
et humano doctor sanctor sente
ciis et racion efficaci tpe legis gre
phibetur clero xpi / Ad inde ad de
clarandum tminos facit unam distinct
de possessione / et pq descripcionem posses
sionis quam ponit glo l. i. ff de
ac. pos / que dicta penitus possem mul
tipliciter impugnare s no curo co
tenciones verbor / sto q illam descri
pcionem ponit glo predicta / et q di
uiditur possessio in has tres spes
civilem tm / nalem tm / nalem et
civilem simul / et illam quam ipe
dicit secularem no e c. nec in
fine cu ff. nec in toto corpe iur
/ et tn vult eam fulcire ex quada
glo c. licet de offi. ordi / clare pz
q no facit ad propositum ad proposito
Videamus textum et glo textus

sic dicit licet et / Item etiam viros re
ligiosos quia etiam clericos seculares
distinguit textus duas spes cleri
corum seu ecclasticor hominum / alios
religiosos / alios clericos seculares
glo exponit / quid sit dicere cleri
cos seculares / et dicit / q clerici se
culares dicuntur qui pnt hre
ppnum / sicut et layci / tn religiosi
hoc no pnt / Dicit et hostien in c.
primo de summa trinitate sup vo
commune dicit / q sicut deus creauit
naturam spualem corpalem et
hominem cui e mixta na ut ibi
textus / ita genus clericor p mi
xtam vitam dicit inter laycos
et religiosos / et quid allegata
glo facit hoc ad q dicatur se
cularis possessio. no e spes secu
lar possessionis possessio / ymo
omnis possessio in hac vita est
secular / quia seculare id e q
tpale ut dicit glo sup eplam
ad heb x sup illo vo / sem seculac
i. tpale / Bene scio dram inter res
tpales et spuales / et tpalia pos
sidentur / Spualia vero cum incor
palia sunt no possidentur / s quasi
possidentur / et ipe met dixit.
Certe audeo dicere / q competent
e michi nota ma possessionis
Ita scio me repetisse in civitate
Barchinone dec. iam que descri
Ubi aderant plus sta doctores
et licenciati in Iure / et ibi latissime
examinasse descripcionem et divisionem
possessionis / Et demum qm debebam
assumi ad officium auditoratus
pallacii aplici / repetisse c. cum
dilectus de causa poss. et ppriet
cui quidem quemadmodum hec materia
norunt omnes iurisperiti / tn ego
nescio intelligere quid dicat
ex descripcione tminor / Dico et
q inter dominium possessio capit p re

Ar

possessa ff. de u. sig. l. inter et ita
capitur sepe in sacra scriptura sicut
Gen. xxvi° quod erat possessio cor-
minia. Et in ewo° c. xix de Juvene
qui habebat possessiones multas quos
textus ipse allegat et applicat ad
descriptionem possessionis super me-
moriale ad quam nil facit sal-
va gracia allegantis. Relinquimus
ista et relinquamus eciam alias su-
posiciones quas facit de dominio
per declaracione termini positi in conclusi-
one civile dominium quod est ad
bona mobilia et immobilia iuxta
suum conceptum applicari non potest
quia in bonis mobilibus habetur
ab hominibus privatum dominium
et non civile quorum bonorum domi-
nia ut plurimum acquiruntur iure
gencium quod est ius naturale et val-
de pauci modi sunt acquirendi
dominia de iure civili. l. ex hoc
iure ff. de iusti. et iure de acqui-
ren. re. do. l. i. et ibi glo. enumerat
aliquos paucos modos quibus
dominia acquiruntur de iure civi-
li et videamus ad intellectum
quid potest velle dicere et occurrunt
michi ista duo. Primo quod clerici non
Duo dicta heretica. primum possunt habere proprium sed debent habere omnia
in communi et hoc videtur dicere
quarta supposicio legatur sed ne-
scio si hoc ipse sentit, tamen sicut audio
eius vite contradicat. Nec credo
quod si adveniret sibi bona hereditas
patris vel alicuius consanguinei
vel amici portaret eum in co-
muni cum fratribus canonicis Sancti La-
ncii in praga cum quibus
.2m vivit. Secundum quod ecclesia in communi non
possit habere et possidere bona
mobilia et immobilia. Sed ut
hoc videtur contrariari priori par-
te supposicioni, ubi dicit quod habent

in quid maxime contrariatur con-
tentis in cedula addita ultima
data in qua ut michi videtur videbis
se deficere in probacionibus eorum
que premiserat ipsa destruit et non
nam novam introducit sine aliqua
probacionis fulcimento. Ego autem
Nota bene. dico quod clerici non religiosi seu quod
voto ad hoc non se obligarunt
licite possunt habere et possidere bona
temporalia hereditates paternas aut
aliorum si eis relinquantur et alia
bona iuste acquisita tradicione
donacione ex causa vel alicuius
liciti contractus vel arte
licita.
Item quod ecclesia potest habere et possidere bona
temporalia mobilia et immobilia domos
predia villas castra opida et civi-
tates et in eis habere privatum dominium
et civile. Contra que in contrarium
dicta sunt minime obstant quibus
respondeatur per ordinem. Et primo
allegantur auctores veteris testamenti
Num. xviii° et alie in quibus habetur
quod dixit dominus de tribu le. quod in ter-
ra illa nichil possiderent neque haberent
partem inter eos. Et super eisdem
auctoribus radicaliter fundatur prima
et secunda racio de racionibus que in
fine per allegaciones auctoritatum sub-
iunguntur. Ad hec omnia respondeo
quod sicut dicit magister bona ventura
super iiii° sentenciarum dis. xxiiii q. 1a ar°
2o sacerdocium apud nos tamen sunt figura
sacerdocium Aaron quam eciam melchi-
sedech qui tamen quod dicitur ad Heb. vii fuit
rex et sacerdos sic et xpus et eius
vis honorem regalem accusant
recusant et ipse pauper vixerit
tamen propter suam dulcissimam beni-
gnitatem ad hoc alios non artavit
non nulla temporibus e credendus statum
clericis ecclesie aliter regi quam prius stetit
disponat. Hec omnia Chr. Bonaven

tura Cum igitur sacerdocium xpi sit
secundum ordinem melchisedech qui ait
rex salem et nichilominus sacerdos
altissimi Gen xiiii° sed nolo esse
hac sola responsione contentus pro
parte altera allegati sunt quinque
textus veteris testamenti qui videntur
sonare quod leuite nichil debeant pos
sidere in terra promissionis sed habere
decimas et primicias et oblaciones
pro sustentacione sua Et ego allegabo
xv textus quod leuite habuerunt et pos
sederunt bona mobilia et immobilia
suos domos predia opida et ci
uitates sed etiam nolo premittere quod in
tempore ante legem ut communiter doctores
dicunt primogeniti fuerunt sacerdotes
et pre aliis dominium et here
ditatem habuerunt vnde Gen xxvii
dixit ysaac ad Jacob Esto dominus
fratrum tuorum quia illa erat be
nediccio primogeniti Et Gen xlix
Ruben fortitudo mea prius in donis
et maior in imperio quod exponit
Ieronimus in glosa de sacerdocio maiori
hereditate et imperio super fratres que
habuisset nisi ascendisset cubile fratris
sui Abraham et fuit sacerdos
ut probat Crisostomus super epistola i° et qua
dicens fuit omnibus sicut de melchise
dech iam dictum est Et patet quod in po
pulo dei sacerdotes fuerunt opulentis
simi Veniamus ad tempus legis et
sequamur ordinem i° leui xxv
Edes leuitarum que in vrbibus
sunt semper possunt redimi si redemp
te non fuerint in iubileo reuertentur
ad dominos quia domus vrbium leui
tarum sunt pro possessionibus
inter villas ysrael suburbana autem
eorum non venient quia possessio
sempiterna est Item leui xxvii
homo si voverit domum suam et san
ctificaverit eam domino et infra Si agrum

possessionis sue vouerit domino et con
secrauerit eum et infra Si nolue
rit altari quis alius eius fuit venditus
vltra eum qui vouit redimere
non poterit quia cum iubilei venerit
dies Et domus et possessio consecra
ta ad ius pertinet sacerdotum et
infra Omne quod consecratum fuerit
domino siue homo siue animal siue
sectorum est domino Item numeri xxxv
locutus est dominus ad moysen precipe
filiis ysrael ut dent leuitis de pos
sessionibus suis vrbes ad habitandum
et suburbana earum per circuitum
Item numeri xxxi Cum ysrael vicisset
madianitas et de eis tulisset
magna spolia iussit dari Eleasaro
vnam animam de decem tam ex
hominibus quam bobus asinis et
ouibus et leuitis quinquagesimum
caput hominum boum et asinorum
et cunctorum animancium ex media
parte filiorum israel Item deutro
xviii Dicitur leuitis volentibus
ministrare dominum preter ciborum eandem
accipiant quam ceteri Excepto quod in
vrbe sua ex paterna ei successione
debetur Item Josue xxi dederunt
leuitis filii israel de possessionibus
suis iuxta imperium domini ciuitates
et suburbanam eorum et ibi de
scribitur quo cuius tribus dedit cer
tas ciuitates alia x alia xiii
alia iiii Et in fine subiungit
Itaque ciuitates vniuerse leuitarum
in medio possessionis filiorum
ysrael fuerunt xlviii cum suburbanis
suis singule per familias distri
bute et preter eas sex refugii
que erant xlviii Item iii° Pal
lipon. ii° Salomon ait abia
thar sacerdotem vade ad ana
thoth ad agrum tuum et sa
cerdos habebit agrum Item
ii° Paralippon xi Roboam edificauit

veri dei tenentem et Jeroboam re
linquentes sub urbana et possessi
ones suas Ecce quot possessiones
habebant sacerdotes Item Jeremias
propheta sanctificatus in utero sacerdos
emit agrum solvit precium stipu
lationes fecit et sibi fieri iussit
Jeremie xxxii capitulo Item de eodem
xxxvi capitulo Cum ergo recessisset
exercitus caldeorum ab ierusalem egre
ssus est Jeremias ut iret in terram beni
amin et divideret ibi possessionem
in conspectu civium Item primi
Esdre 2o de redeuntibus sacerdotibus
a captivitate sic dicitur Habitaverunt
ergo sacerdotes et levite et Janito
res in urbibus suis universusque
populus in civitatibus suis Item
Neemie viio habitaverunt sacerdo
tes et levite Janitores et canto
res et reliquum vulgus et omnes
israel in civitatibus suis Item certum
est Jonatam fuisse sacerdotem ex primo
machabeorum et ducem et principem ad
bellandum ibidem x qui habuit
amplas possessiones civium in fine
decimi capituli dicitur Et addidit ad hec sibi
Alexander rex plurificare Jonatam
et misit ei fibulam auream sicut
est consuetudo dari cognatis regum
erat Et dedit ei Accharon nomen
est civitatis et omnes fines eius
in possessionem Item ibidem xi Deme
trius rex predicta confirmavit
Jonate et maiora addidit fecit
Jonate rex sicut fecerant ei qui
ante eum fuerunt et exaltavit
eum in conspectu omnium amicorum
eius et statuit ei principatum sacer
docii et quecumque alia habuit prius pre
ciosa et fecit eum principem ami
corum Item ibidem scripsit rex
Anthiochus adolescentulus Jonate di
cens Constituo tibi sacerdocium
et constituo te super quatuor civita
tes ut sis de amicis regis et mi

sit ei vasa aurea in ministerium et
dedit ei potestatem in auro et esse in
purpura et habere fibulam auream
et Symonem fratrem eius constituit
ducem in finibus tyri usque ad fines
Egypti de sacerdotibus omnia ista
dicta sunt Sed et de Juda machaba
beo et de aliis principatum et pote
statem libri machabeorum ostendit et
sunt xiiii auctores veteris testamenti
Additur una de novo testamento
que tamen pertinet ad vetus Actuum 4o
Joseph qui cognominabatur barnabas
levites cyprius genere emit agrum
Hic erat levita ut magister histo
rie et Nicolaus de lyra habebat
tamen agrum quem vendidit Et sic
habes quindecim auctores quorum quinque
vincere debent tam et qualis co
lore et fortitudinis sunt cum sint
ex textu biblie sancti in sacra scri
ptura nulla est contrarietas Scimus
ergo videamus verum ipsius intellectum
ne sermo dei ad corticem littere intel
lectus sit nobis in ruinam Textus
premi ducti ut plurimum faciunt
testimonium de illa data per deum
Absit sed videamus ipsius verum et
planum intellectum ego dicam
valde plane dominus dedit xii tri
bubus israel terram promissionis ista
terra erat dividenda inter tribus
per partes seu hereditates separatas
ut vi gratia tribus zabulon habuit
kananiam tribus neptalim fran
coniam tribus beniamin austri
am etc Ita sunt distincti et limi
tati fines tribuum in canone bib
lie tribus autem levitica cum esset
sacerdotalis non habebat esse sepe
rata sed debebat fuire in sanctu
ario ad utilitatem omnium tribuum
Et ideo non habebat habere sortem
seu hereditatem ad partem sicut una
tribus ex aliis Sed habebat plus quam
alia tribus quia cum esset xii libr

quarto

sibi non pertinet nisi duodecima pars
et habent decimam omnium et ultra
decimam primicias et oblaciones
vota sacrificia redempciones emen-
das domos et suburbana. Certe quantam
tam opulenciam habebant illi sa-
cerdotes utique ut credo quod vel sal-
tem in paucis locis sacerdotes nostri
habeant maiorem opulenciam, et
ita est intellectus canonis auctoritatum quod
non habent sortem. Si enim deus fa-
ceret tantam graciam germanice
nacioni quod acquirerent illam terram
sanctam et demum deberent sibi divi-
dere per partes et naciones sibi se-
paratas certum territorium bavaris
certum australibus certum bohemis
etc. Ideo darent sacerdotibus sortem
vel hereditatem ad partem sed cum omnibus
partibus haberent in unaquaque, ha-
bebant autem illi sacerdotes sicut
dictum est mobilia et inmobilia domos
et predia in quibus habebant dominium
utile quia poterant illa vendere
et alienare que non potest facere nisi
dominus. Certe autem possent vendere
et alienare patet per illam auctoritatem Iere-
mie xxxii et Levit. xxv. Immo ecclesia
hodie in temporalibus bonis non habet aliud
nisi oblata a fidelibus. Si quis ob-
tulit ecclesie domum vel agrum, castrum
aut opidum, sic et illi habuissent
si oblata fuissent, quia ita erat lex
divina ut supra est allegata Levit. xxvii.
Si voverit domum suam etc. Sed forte di-
ceret sed non habebant civile dominium ali-
quod, dico textus non dicit non habebant
civile dominium sed nichil aliud quam
decimas et primicias possidebunt.
In nullo illorum textuum fit mencio
de civili dominio. Postea dixit et
verum dixit. Certe civile dominium
non est applicabile ad bona mobilia
et inmobilia. Sed dicamus quid est

civile dominium de quo forte loqui
voluit adversarius licet non expressisset
illud de quo dicitur quod imperator est dominus
ipsius civitatis vel mundi. De quo
per doctores in l. bene a zenone C. de qua-
dri. prescrip. et in c. quemadmodum xxiii q.
viii. sed non est dominus illius domus
vel illius, quia immo illi privati vel
divites domorum et prediorum sunt.
Sed est quoddam utile dominium — dnm ule
quod magis proprie dicitur potestas de pu-
blico seu iurisdictio, cuius descripcio
habetur per glo. in l. de iurisdic. omnium iudi.
sed certe tale dominium in populo
israel a principio nullus habebat nisi
solus deus. Ideo cum voluerunt
habere regem dixit dominus ad samue-
lem non te abiecerunt sed me ne
regnarem super eos. Reg. viii. Immo
et Levit. xxv dicit: terra quoque
non vendetur in perpetuum quia mea
est et vos advene et coloni mei
estis. Hunc autem dominium seu iuris-
dictionem administracionem et exercicium
habuerunt quidam sacerdotes primus
moyses qui erat sacerdos unde
psalmista moyses et aaron in sacerdoti-
bus eius et idem dux et rector
populi israel. Deinde tempore iudicum
qui regebant israel fuerunt iudices plures
de tribu levi ut ait magister historie
scolastice et Hugo in questionibus
veteris testamenti tractando, quod
helcana pater samuelis decimas
offerebat cum esset levita, et ibi ad
nostrum propositum dicit quod quia acci-
piebant uxores de aliis tribubus
sicut ioiada sacerdos duxit filiam
regis Ioram et habebant posses-
siones uxorum. Tandem super
omnia iudicium erat sacerdotum
dicente domino Deutro. xvii si dif-
ficile et ambiguum apud te iudi-
cium esse prospexeris inter sanguinem
et sanguinem lepram et non lepram
causam et causam et iudicium inter portas

videris va varia surge et ascende
ad locum quem elegit dns deus
tuus Venies q3 ad sacerdotes levi
tici generis et ad iudicem qui fuerit
pro illo tpe queres q3 ab eis qui
iudicabunt tibi iudicii veritatem
et facies quecunq3 dixerunt tibi qui
presunt loco quem elegit dns et
iusta [illegible] Qui aut superbierit nolens
obedire sacerdotis imperio qui eo tpe
ministrat dno deo tuo et decreto
iudicis morietur homo ille/ Post ea
vero venerunt reges in quorum tpibus
non legimus quempiam preter reges
habuisse dominium alicuius civitat
opidi vel castri Si nemo habebat mi
nimum si sacerdotes non habebant
Est namq3 mos in aliquibus regionibus
sicut audio esse in affrica/ q3 solus
rex habet dominium civitatum opi
dorum castrorum et villarum
Sed post ea tpibus Machabeorum nonne
Mathathias Jonathas Judas macha
beus et fratres eius sacerdotes sol
fuerunt et principes ut historia ma
chabeorum liquide attestatur/ et sic
habuerunt civile domini
um:—

Jam venio ad auctes novi testamenti
et primo loco allegantur quatuor au
ctes ordine successivo que salva bo
na gra allegantis valde parum
faciunt Prima e de vocatione petri
et andree/ quarta de vocatione ma
thei in quibus magna vocantis virtus
et obediencia vocatorum multo commendatur
sed cum non habeant notam precepti
neq3 prohibicionis non pt ex eis
argumentari ad licitum vel illicitum
sed bene ad laudabiliter imitandum
personarum rerum et tpm circumstanciis
adhibitis sicut decet/ Allegatur 2o
loco illud Mt vo Si quis te per
cusserit in unam maxillam etc que
nichil ad propositum faciunt/ et illa
qui tecum vult in iudicio contendere

et tollere tunicam etc que sic ad litteram
accepta/ et q3 solum ad amicos dictum
esset posset induci contra allegata
Nam constat q3 clerici possunt habere
bona Et sicut omnis doctrina sua
Sic hec precepta in preparacione cordis ha
benda sunt/ in eo interiori aut operacione
id potius agendum e q3 proximi sa
luti convenit Unde Augustinus ait in
sermone de puero centurionis et habetur
xxiii q. pa/ paratus debet esse homo iustus
et pius pacienter eorum maliciam
sustinere quos bonos fieri querit
et infra Ista precepta magis sunt
ad preparacionem cordis que ad opus
q3 in aperto fit ut teneatur in se
creto animi paciencia cum benivole
cia In manifesto autem id fiat quod eis
videtur prodesse quibus bene vel de
benemus/ Hunc liquido ostenditur q3 ipse
dominus ihesus exemplum singulare pacie
ncie percuteretur in faciem. respondit
si male locutus sum etc/ Nequaquam
igitur preceptum suum si va inspiciantur
implevit et reliqua preter eum ibi scrip
ta/ ubi etiam hoc confirmat ex paulo
de quo Act. xxiii q3 percussus in ma
xillam non prebuit aliam. sed dixit
percuciet deus paries dealbate Tercio
allegatur illud/ q3 xpus dixit vulpes
foveas habent etc/ ad hoc et aliud q3
sexto loco allegatur/ Si vis perfectus
esse etc Et ad illud q3 apli dixerunt
Ecce nos relinquimus omnia etc/ et q3
in vi loco allegatur ex luca Vende
omnia que habes etc Respondeo opus
non esset quia omnis homo scit illa
non ad aplos tm dicta/ nimio ad litteram
dicta fuerunt non aplo sed scribe/ et in
veni illi Item non obligamur oia
agere que xpus/ Nam licet omnis
xpi accio sit nostra instructio/ non tn
semper ad eiusdem imitacionem alias op
porteret nos omnes crucifigi/ et ex se
xtus ostendit necessitatem non habe
ntium ad consequendam vitam eternam

sufficienter premisit sua mandata
et subiunxit / si vis perfectus esse / vade
et cetera. Quod si intelligat illud necessarium
esse ad perfectionem esse caritatis / cum
ut apostolus testatur ad Col. 3o caritas
sit vinculum perfectionis / sed illud
est quoddam instrumentum actionem divinam
tanquam removens id quod posset esse
impedimentum / essentiale aut per
fectionis consistat in hoc quod dicit /
sequere me / non gressibus corporis
sed affectibus ut hic dicit sanctus Thomas
2a 2e q. lxxxv v ar. vi et in mul
tis aliis ut communiter omnes
doctores.
Ad quartam iam responsum est / decimam
ad quintam et simul cum ista accipio
septimam et nonam / quia idem Christo
dictum est sed a tribus communiter recitatum
ut tangit de dicat de consensu evangelistarum.
Et quia hoc videtur urgere / insiste
dum est etiam ipsis / quia de ipsis solet
fieri magnum festum / Et nunc omnibus
obsecro memores esse nostre perfectionis
ne sermo dei ad corticem littere sit nobis
in ruinam / Et ne efficiamur Christi fal
si testes / sicut illi qui dixerunt Christum di
xisse / possum destruere templum
dei et post triduum reedificare illud / et
utique cum in templo salomonis eu
eiecisset ementes et vendentes / et pe
teretur ab eo signum / solvite dixit tem
plum hoc et in tribus diebus exci
tabo illud / Iudei intelligebant de tem
plo illo in quo erat / ipse autem loque
batur de templo corporis sui / prout Joh.
verus eius testis et interpres atte
statur ut dicit Johannes 2o ca.o Sumus
quoque idonei ministri testamenti quoque
sicut dixit paulus 2a Cor. 3o non
littera sed spiritu / quia littera occidit spiritus
autem vivificat / Et primo sciendum
est quod per hunc modum loquendi nolite
vel noli non semper inducitur prohibitio
ut contrafaciens peccet / sed est sepe quod

exhortatio vel confortatio deriane
nimis esset / si ubique in scriptura
sacra talis invenitur locutio / prohibi
tionem induceret super expressa ad spiritum
ymaginationem cap. ix et Luce v. pre
cepit ne cui dicerent cap. x de libello
repudii Septimum est in cano Luce
xiiii Cum facis prandium aut
cenam noli vocare amicos tuos
neque fratres aut cognatos / numquid est
intelligendum ex hoc prohibitum
et invitare amicos / non Beda ut
Tho. allegat in glo. Vana igitur
fratres et amicos et divites alterutrum
convivia celebrare non quasi scelus
interdicit / sed sicut cetera necessitatis
commercia ad promerendum vite cele
stis premia modicum valere / Item
scriptum cap. x Nolite timere eos
qui corpus occidunt / numquid propterea
est abiciendus omnis timor eorum
qui possunt corpus occidere / certe non
sed hoc est intelligendum / ne propter
timorem corporis iustitiam deseras.
Item Nolite solliciti esse quid man
ducetis et cetera / neque solliciti esse de
crastino / numquid propterea est sic abi
cienda omnis sollicitudo victus et
vestitus profutura / certe non / Unde
Aug. in li. 2o de sermone domini
vehementer cavendum est / ne forte
cum viderimus aliquem servum dei
providere ne ista necessaria desint / vel sibi
vel his quorum sibi cura
commissa est / iudicemus eum contra
preceptum domini facere / et de crastino
sollicitum esse / Nam et ipse dominus
cui ministrabant angeli propter exem
plum ne quis postea scandalum pateretur
cum aliquem servorum dei animum
advertisset ista necessaria procurare
loculos habere dignatus est quibus por
tabatur pecunia / in usibus necessariis
quicquid opus fuisset preberetur /
hac prudentia alii apostoli paulo
et Barnabe preceperunt collectas
fieri in usus sanctorum qui erant in

irlm hec aug^s hoc de collatis hetur
Act^s xi et ad Rom xv. Et ipse paulo
profuturo suo itinere talem puide
ciam habuit ut ipse ascendit 2^a ad
Cor xi et ad phil iiii Iterum cum
xpus dixit Nolite cogitare quo ad
quid loquamini numquid hec phibita
sunt aut magis confortacio quedam
ne timorem aut solicitudinem formi
dolosam herent sic in proposito Iterum
cum xpus dixit luce vi nolite iudi
care numquid omne iudicium phibi
tum absit. Iterum cum apls Iacobus
dixit Nolite iurare numquid pter
hoc debet omne iuramentum cen
seri prohibitum absit Tandem
cum paulus dixerit Thimoteo.
Noli aquam bibere peccavit thimo
teus si postea aliquo aqua bibit
in huiusmodi locucionibus attendenda
sunt plura persona loquentis Cui
loquitur res de qua quo dicendi ge
nere et qua de causa quam ut dicit
hilarius intelligencia dictorum ex cau
sis est assumenda dicendi ut ineb
dicentibus magis est attendenda quam
verba hec una regula supposita in-
fallibili que trahitur ex augo 3o
de doctrina xpiana cuius lib^r prin
cipalis intencio est instruere nos
ad intelligendum sacram scriptu
ram Regula est ista quod cum scriptura
saluari non potest in sensu litterali
gramaticaliter acceptorum tropica
seu figurativa locucio est Solet
enim scriptura tropice seu parabolice
loqui ponens interdum causam
pro effectu vel effectum pro causa vel
rem pro inicio vel virtute que utrumque
velut plurimum solet consequi ad
eam vi gratia dixit ihus mat v^o
Quicumque dixerit fratri suo fatue
reus erit gehenne ignis certe ibi
cordis rancorem ad apertam con
tumeliam prosilientem intelligit
aliquis reus fuisset gehenne ignis

paulus dixit Galat^s O insensati ga
late vii aug^s xxi de civitate dei iux
finem Qui fratri suo dicit fatue qui tu
hoc dicit non fraternitati sed peccato insulsa
est Iterum aliud cum xpus dixit mat
xxiii Nolite vocari rabi Item ipse
dicit ibidem patrem nolite vocare
in terra Certe non hec nomina nec of
ficia phibere intelligit sed ambicionem
superioritatis et excellencie que talia
officia et nomina ut communiter consequi
solent vii aug^s sup ps^o attendite
popule meus vbi communiter patribus
dicit paulus semper dicit non ut con
fundam vos hec scribo sed ut filios
meos carissimos moneo cum habeat
utique a domino dictum Ne vobis
dicatis patrem in terra quod non ideo
dictum est ut vocabulum honoris
humani de loquendi consuetudine
tolleretur Sed ne gratia dei qua mer
ito regnamur ne vel potestati vel
etiam sanctitati tamquam hominis
tribueretur Ecce quomodo aug^s docet
nos intelligere verba xpi in sensu
mistico non gramaticali ut dicunt
quod quicumque aliquem vocat patrem
peccat nec quicumque vult vocari
rabi quod idem est quod magister alioquin
peccaret magister petrus anglicus quia
bene vult vocari magister et multi
alii cotidie peccaremus:

Nunc autem ostendendum est quod ipse auctoritates
ad literam saluari non possunt primo ex
hoc quod eciam contrarie sibi invicem contradicere
videntur Cum christus et lucas dicant
neque virgam neque calciamenta aut nisi virgam pre
quas duo negare videntur aliter vi
dedere Quomodo apte quod figurative loquitur
putat aug^s dicit inde consensu c
vincitur Item quia nec xpus nec
apli hanc doctrinam servaverunt
pro Nam xpus habebat loculos
in quibus portabantur pecunie
ad emendum necessaria Ioh 13° c^o
Super quo aug^s in omelia lx

habebat / ergo et dominus loculos a fidelibus
oblata conseruans et suorum neces-
sitatibus et alijs indigentibus tri-
buebat Tunc primo ecclesiastice pecunie
forma est instituta / Ubi intelligendum
quod precepit non cogitandum esse de
crastino / non hoc ad hoc fuisse precep-
tum ut nichil pecunie seruaretur a
sanctis / sed ne deo propter ista seruiatur / et propter
inopie timorem iusticia deseratur
hec augustinus / Hoc idem patet quod ille ewangelista
Johannes iiij / cum ihesus loquebatur cum
samaritana / quod apostoli iuerant in
ciuitatem cibos emere / et Mt x vio
dixerunt discipuli / emamus cc denarijs
panes et demus eis / Nec
prius intrans ciuitatem interrogabat
Et nec intrabat quamcumque domum
et ibi manebat / sed recipiebat communia
et a sanctis mulieribus sibi mini-
strabatur Item panem secum de-
tulerant / petrus et andreas qui in-
erant piscari Joh vlt Item non
legimus quod apostoli seruauerunt illam regulam
ut intrantes ciuitatem peterent quis
in ea dignus esset / et ibi manerent
Sed de paulo legimus in sua legenda
et in hystoria scolastica quod conduxit do-
mum Rome / et ipse recepit stipendium
seu subsidium ab alijs ecclesijs / de
quibus viuebat apud Corinthios / 2a
Cor xi / Et ad philippenses iiijo Scitis autem
vos philippenses quod in principio sum a ma-
cedonia nulla mecum ecclesia communicauit
in racione dati et accepti nisi vos soli
qui thesalonicam semel et bis michi
misistis / Certa ista veritas est quod in pe-
cunia mittebantur et ab eo seruabantur
/ sed ut cumque sit sine pecunia
sine eis sine peris sine vestimentis
omnia essent contra prohibicionem si pro-
hibicio esset Et collecte misse in ihe-
rusalem de quibus Act xi / et ad Ro xv
contra prohibicionem essent si prohibicio
esset Et petrus calciamenta habebat

quia angelus dixit ei Calciate caligas
Act xij / Cum tamen textus ewangelij
dicat neque calciamenta / et omnes debe-
re discalciati tamen neminem video di-
scalciatum / sed omnes calciati ambulant
Sed et sixtus et laurencius qui the-
sauros habebant ecclesie Nicolaus et
Thimbro et multi immo sancti trans-
gressi fuissent quod nullatenus sunt
dicenda :

Dicamus ergo vim intellectum / quia
ad literam iuxta sensum gramaticalem
stare non potest / nisi dicamus quod sunt
non preceptum / sed documentum vtile
pro illa missione / quia missi sunt
ad populum iudeorum predicare
primum / et quod appropinquabat regnum
dei Ita dicit augustinus in libro contra ad-
imantum discipulum manichei
/ hoc non fuit preceptum / sed documentum
vtile pro illo tempore / et hoc est de men-
te Crisostomi prout dicit sanctus thomas
2a 2e q xvi vo ar 6o in corpore ad
2um articulum / Tercio modo declaracio
est dicendum quod apostoli bis sunt a xpisto
missi / primo tantum ad iudeos predicare
quod appropinquabat regnum celorum
et pro hac illam legem acceperunt
/ Secundo sunt missi post resurrecci-
onem a xpisto in vniuersum mundum
predicare ewangelium omni creature
/ et hec missio fuit libera nec coar-
tata tantis terreris sicut prima / nec
sanctimonialibus regulis limitata
sed in lege perfecte libertatis sicut dicit
Jacobus 1o cao Et hoc satis ostenditur
Prima sicut dicit augustinus 2o libro de
doctrina xpistiana illi credentium qui
fuerunt ex iudeis seruarunt illa quin-
datam qua erant legalibus one-
ribus assueti / alij autem qui de
gentibus conuersi sunt / talem vi-
uendi modum non seruauerunt Illa
ergo prima missio cum suis regulis
preterijt Nec iam predicamus quod
appropinquat regnum celorum / sed in
2a missione succedimus ad predicandum
ewangelium omni creature / Vel dicamus
ad mentem loquentis magis atten-

dentes / quod magis confortacio fuit . pro
hibicio sunt et de incrtacio facultatis
et potestatis ut non timerent sine sacculo
et pera ire ad predicandum / sed omnem
anxietatem et solicitudinem deponerent / et hic est quis modus loquendi / Si enim aliquis regum mitteret
servum suum / et sciret quod in via nil
sibi deficeret / quia alius servus
omnia necessaria secum ferret pro ambo
bus vel irent per domos amicorum
ubi eis nil deficeret / diceret illi noli
portare panem neque vinum / sic ergo
volebat eos carere omni solicitudine
et passionum et omnem timorem expel
lere / augereque fiduciam ut confortati
essent et docti in providencia
divina hanc fiduciam / et hoc est
de mente Cris. prout enim allegat
s. thomas in glo. continua sup mat. x.
ubi inter alia sic dicitur / Absolvi
eos solvens solicitudine ut una so
la detineantur cura que est docere
quia ergo eos absolvit dicens / nec
solliciti sitis quid loquamini / et
alia dicit que longum esset hic
recitare / sed potentius in li. vide
hoc ergo de mente Aug. in de consensu
ewangeliorum / ubi sic dicit / in satis os
tenditur cur eos hoc possidere aut
ferre noluit / non quod necessaria non sint
sustentacioni huius vite / sed quia
eos sic mittebat / ut eis hec deberi
demonstraret / et reliqua que longum
esset scribere videre poterimus
in libro / et tandem ut huius fine in
ponamus / cum glo. ordinaria ra
dicem omnium malorum avariciam
de cordibus pectoribus voluit ampu
tare / ipsam intendens per aurum
argentum es etc. que avaricie
solent esse materia / sicut et per dyvi
de illis auctibus / nolite vocari
rabi / et nolite patrem vocare /
et in hoc concordant multorum
doctorum sentencie / quas ex glo. continua
sancti thome potius videre

Sic et in illo deutro. xvii. Cum
electus fuerit rex / non multiplicabit
equos etc. intelligendum est / non simpliciter
sed ad pompam et superfluitatem / alias
peccasset in hoc / dauid tam commendatus
a domino qui certe multipli
cavit equos et familiam amplia
vit / Sic ergo illi sub illis verbis non
absolute illarum rerum prohibicio
intelligenda est / sed ad pompam et
superfluitatem / et ibi dicit lira / sic
et hic avaricia prohibetur / que utique
et si in omnibus hominibus reprehen
denda sit / est in sacerdotibus dete
standa / Huic sensui concordat Am
bro. sic alle. thomas sup illud luc. duos
vestes / etiam qui noluit adhuc divi
tare tractatum ut spirituale tempus locum
iste formare videatur affectu qui ve
lut indumentum quoddam videatur
corporis exuisse non solum potestate re
rum contemptis divitiis sed etiam car
nis illecebris abdicatis / Et theophilus
quidam etiam apostolus non portare pe
ram aut baculum aut duas tu
nicas sic intellexerunt ut non
thezaurisent :

Venio consequenter ad septimum secundum
et hunc quinque vero / quia similes
sunt una est oct. / alia luc. decil
lo si vis perfectus esse / ad idem dictum
est supra non apostolis sed illi iuveni
fuisse dictum / Et si dicatur quod
prelatis competit esse perfectos dixi
et dico / quod illud vende etc. non est essenciale
perfectionis / sed instrumentum sine quo
bene potest esse perfectio prout de abraham
de quo dictum est Gen. xvii. ambu
la coram me et esto perfectus / de
job / thobia et multis aliis de
sanctis sixto laurencio katherina
agatha et multis aliis de quibus
infra dicetur / Sicut autem subiugi
talibus est camelum perforamen
acus intrare quam divitem intrare
regnum celorum / hoc equaliter
ad omnes pertinet tam clericos
quam ad laycos / Item aut hoc

intelligatur reperiet. Christus declarauit
cap. x. Nam cum dixisset quam difficile
qui pecunias habent in regnum dei in
troibunt et discipuli obstupuissent
quasi declarando rursus ait filioli
quam difficile est confidentes in pecu
niis intrare in regnum dei. Hic de
quo dauid loquitur qui spem suam
in pecuniis ponit. Unde cantus super pec
catoribus gloriaris in malicia ysu. ecce ho
qui non posuit deum ad iutorem suum
Cum dominus noster ihesus christus dixit ad
eum illi a se diuiti contristato dix
erat vende omnia que habes et da
pauperibus etc. Et magnam desperacionem
diuitibus prominarat ut diceret fa
cilius posse camelum per foramen
acus intrare quam diuitem in regnum
celorum, non discipuli contristati sunt
dicentes apud semetipsos quisquam
poterit saluari, ergo cum dicebant quis
nam poterit saluari diuites pau
pes attendebant latebat eos tanta
pauperum multitudo, non sibi poterat
dicere si difficile ymo impossibile
ut intrent diuites in regnum celorum,
sicut impossibile est ut intrat camelus
per foramen acus. Omnes pauperes
intrant in regnum celorum diuites
soli excludunt. Quot sunt enim diui
tes ac vos pauperum innumerabilia mi
lia. Vos enim turmatim inspecturi sumus
in regnum celorum et vestis eius
fulgor iusticie deputabitur. Erunt
ergo pauperes equales angelis dei in
duti stolis immortalitatis fulgebunt
iusti sicut sol in regno patris sui
Cum nobis est de diuitibus paucas
solicitus esse aut laborare. Vnde hoc re
serunt apostoli si enim dominus hoc di
xisset, facilius est camelum etc. Illi
apud se quisquam potest saluari. Cum
attenderunt non facultates sed cupidi
tates, viderunt enim et ipsos pau
peres et si non habentes pecunias habere
tamen auariciam et ut nouit non pecunias

in diuite sed auariciam condempnari
aduertite. Cum dico respicias illum
diuitem stantem iuxta te, et forte
in illo est pecunia et non est auaricia
in te non est pecunia, et est auaricia.
Pauper vlcerosus erumpnosus
linctus a canibus non habens opem
non habens escam non habens forte ipsam
vestem ablatus est ab angelis in
sinum abrahe. Ecce tu pauper gaudes
modo nunquid non tibi et vlcera op
tanda sunt. Nonne primonio tua
sanitas est non est in hoc lazaro
meritum paupertatis sed pietatis. Verum
diues qui sublatus est non videtis
quo sublatus sit. Cum est sublatus
ab angelis pauper erumpnosus
et vlcerosus quo sublatus est
in sinum abrahe, lege scripturas
et inuenies diuitem abraham,
ut noueris quia diuicie non puni
untur. Sed abraham multum auri
et argenti pecorum et familie
diues erat, et in eius sinum
lazarus pauper sublatus est
in sinum diuitis pauper receptus
cum pocius ambo deo diuites cum
bo cupiditate pauperes. Cum ergo
culpat scriptura. Non dixit ecce
homo qui sunt diues sed ecce ho
qui non posuit deum adiutorem
suum, sed sperauit in multitudine
diuiciarum suarum. Non quia ha
bunt diuicias sed quia in ipsis spera
uit. Ideo dampnatur, ideo punitur,
ideo mouetur de tabernaculo tu
cum motus ille terrenus sicut
puluis quem proicit ventus
a facie terre. Ideo extirpatur ra
dix eius de terra viuencium.
Nunquid hinc similes sunt diui
tes de quibus paulus loquitur
precipe diuitibus huius seculi,
non superbe sapere nec sperare in
incerto diuiciarum sed in deo
viuo et vero. Deinde illis quid
precepit diuites sunt in operibus

bonis facile retribuant quinimmo et si facile tribuerint si confidunt non possunt intrare per foramine acus. Intrabunt plane. Nam per illud ipse camelus intravit. Ipse enim prior intravit quem sicut camelum nemo sarcina passionis onerare poterat nisi se ipse in terra deponeret. Et ipse hoc dixit quod hominibus impossibile est deo facile. Et ista quibus eorum locutum est vanitatem pravum usque nunc clamor in plateis. Denique quid in illis reprehenditur? Non quia ista habuerunt, nam et boni habent ista, sed quia hoc intendite ne passim divites reprehendatis. Et rursum ne de paupertate presumatis in qua ista notantur qui bonum duxerunt populum cui hec sunt. Hec omnia Augustinus. Et ad hoc Crisostomus super Mattheum 19 capitulo quod allegat magister Petrus. Crisostomus sic dicit: non possidentes detrahens sed eis qui detinentur a divitiis.

Septima sunt coniuncta cum quinta et utrique simul respondeo.

Venio ad octavam cum et nonam coniungo, quia eadem auctoritas est a duobus eorum recitata, quarum solutio satis liquet ex originali Crisostomi quem magister Petrus allegat. Dicitur quia principes gentium dominantur eorum quia non contenti regere suos subiectos violenter eis dominari nituntur. Inter nos autem episcopi comites mei non erunt. Hec ille. Quod intendit reprobare tirannicum dominium et ostendere ut prelatio ecclesiastica debet esse iusta et caritativa ad modum pastoratus cum sollicitudine pro utilitate omnium ministrando eis ad animarum salutem. Et hoc est quod Petrus apostolus ait prima Petri 5 que auctoritas in loco finali per magistrum Petrum: Pascite qui in vobis est gregem domini etc. Non dominantes in clero sed forma facta gregis. Sed advertendum est quod ibi cum una glossa que sic dicit: Pascite non solum verbo et exemplo sed et corporali subsidio. Quo apparet quod prelati ecclesie de bonis temporalibus debent tamen habere quod sufficiant pro eorum vite necessitatibus et quod possint subditis et pauperibus in necessitatibus subvenire, quod in suo loco latius deo propicio declarabitur.

Nona sunt coniuncta et quinta et septima et simul utrique respondeo. Et hoc quantum ad illud Luce 14: qui non renunciavit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Et si odit patrem et matrem etc. Dico quod ista non pertinent ad clericos tantum sed ad quoslibet christianos dicta sunt. Et hic sic accipitur christi discipulatus communiter ad quoscumque. Quo hic intelligendum sit glossa ibi declarat dicens quod omnibus mundanis renunciant qui ita eis licite utuntur que possident ut tamen mente tendant ad eterna. Veritas huius glosse patet ex sequenti textu ubi dicit: qui non odit patrem et matrem etc. que non potest intelligi de actuali odio sed quia illa divino amori non preferat ut late deducit Gregorius in omelia super illo evangelio. Hec ille. Patet. Nam Lazarus et Maria et Martha non renunciaverunt facultatibus et tamen discipuli erant christi. Item Nicodemus princeps iudeorum et Ioseph ab Arimathia divites erant et discipuli christi. De quo Rabanus super Mattheum 27: Magne dignitatis fuit apud seculum sed maioris meriti apud deum. Quia non erat divites divitiarum amore sed titulo possessione. Et ideo divites non excluduntur a discipulatu salvatoris. Iste autem dives erat et discipulus quia non pecunie amator sed distributor. Hec Rabanus. Sequitur conclusio 21.

A[illegible] paulus hospitatus fuit in
domo philippi evangeliste qui habebat
quatuor filias / et non renunciavit
et tamen erat evangelista et predicator evan
gelii / Unde Beda sic dicit / Omnium
fidelium est renunciare omnibus
que possident / hoc est sic tenere ea que
mundi sunt / ut tamen per ea non teneatur
in mundo habere rem temporalem in usu
eternam in desiderio / sic terrena ge
rere et tamen tota mente ad celestia
tendant / Ideo venio ad decimam
que est / Nemo potest duobus dominis
servire / que utrique statui pertinet / Nemo
potest servire deo et mamone / neque
clericus neque laycus / Et ego licet
abusum in homine excusare nesci
rem / qui servit ipse divitiis sed utatur
debite illis / et tunc non mamone
sed deo servit ipse et mamona sibi
subiectam deo servire facit / utique deo
servit prelatus ecclesie fideliter qui
res ecclesie administrat / quarum est pro
curator non dominus prout etiam chr petrus
allegat questio de donacio. fraternitatem
Et Aug. ut habetur xxiii q. una. Ama
Nos autem si aut preatum que
nobis sufficiant possidemus non
illa sunt nostra sed pauperum quorum
procuracionem quodammodo gerimus
et habet etiam magister p. allegat cer
ta xiiii / Relique autem que in
ducuntur parum urgere videntur
/ quapropter illas obmitto causa
abreviandi / Si autem aliqui vel
aliquis earum velint insistere
designet illos / et ego deo propicio
satisfaciam / et etiam ex premissis dicendis
satis patebit responsio.
Venio igitur ad originalia doct
orum que tamen sunt multa et
longa per singula respondere tempus
longissimum occuparet Sed ego
brevius quo potero amplectar

tandem ad omnia simul quasdam
generales responsiones dando / ad
aliquas vero illarum que magis
urgere videntur specialia dabo re
sponsa / In primis non nulla ipsarum
de religiosis loquuntur licet chr pe
trus extra scripturam extulerit
vocem suam dicens / Non dicant
hoc aliqui de monachis / quia mo
nachi non dum erant / Quid quod ego
debeo dicere / quod dixisse legimus
Aug. xxiii q. i. Ama quod dicit usque
adeo calumpniandi cupiditate
cecantur et non attendant quam
sunt inter se contraria que locu
tione ipsemet allegat Dionisius
de ecclesiastica ierarchia capitulo 6o dicit
Monachos esse de statu eorum
qui perficiuntur / sed dionisius fuit
discipulus pauli et contemporaneus
apostolorum / Item clare liquet ut
in principio nascentis ecclesie fuit
monachi / Eusebius dicit viventes
in congregatione / Item prout cassia
nus recitat libro 20 / et in historia
ecclesiastica libro i. ante finem / Marcus
chr evangelista apud alexandriam
Monachorum vitam instituit / Et
in legenda beati chr legitur quod sub
damit Monasterium sanctimonialium
seminarium / Nemo ergo detrahat re
ligionibus que a tempore apostolorum
ab ipsis apostolis et Christi discipulis sump
serunt inicium / et utique plurime
dei ecclesiam illustrarunt / Magna
pars doctorum ecclesie fuit religi
osi / Ecce Augustinum Ieronimum et gregorium
de quatuor principalibus doctori
bus tres fuit religiosi / hiis addimus
Cris / Cyprianum Gracianum qui compi
lavit volumen decretorum Raba
num Bedam Haymonem Hugonem et Ri
chardum de sancto victore / Anselmum
Nicolaum de lira / sanctum Bernar
dum Thomam de aquino / Albertum

Ar

vm est de studioso amicorum gra

Scotum bonaventuram petrum de
Tarantasio et valde plures alios
qui ecclesiam dei suis illustrarunt
scriptis / utinam denuo tales emu
lationes cessarent / et omnes una
uniter curaremus agere que nostre
sunt tanquam diversa membra
unius corporis / Nam sicut dicit apostolus
sicut in uno corpore diversa membra /
ita in una ecclesia diversi status omnes
ad decorem et utilitatem ecclesie / Et
licet in religiosis multa sint hoc
tempore que reformacione indigent /
sicut et in ceteris statibus / tamen michi
lominus multum illuminat ecclesiam
predicacionibus et doctrinis / Et nemo pro
dens in caliginoso loco omnibus luc
nam extinguit / non bene sibi
lucentem sed quitem suctum seu
scoriam sed curet aptare quo me
lius potest / Nam melius est quod aliq
mantulum turbide luceat quam
si penitus esset extincta / Et hec vo
lui incidentaliter non sine causa
dixisse / Secundo volo notare / quod talia
qualia de prelatis et ecclesiasticis
dicta sunt / ita volo ostendere de
principibus de privatis laicis esse
scripta / Et primo dicit de utro
la cum electus fuit rex non mul
tiplicabit equos / si sic ad literam
capiendum esset debuisset rex
Saul post asinas sicut quando fuit
assumptus in regem / Et David
de post fetantes / Deinde illud cano
xxxii Rectorem te constituerunt
Esto unus quasi ex illis / Et proverbiis
ſi c. Noli dare vinum regibus
~~apud~~ / apud Hermogenem anti
quum philosophum legitur signum per
feccionis esse in rege abstinenciam
a pecunia et possessionibus / Et
Aristoteles ad alexandrum declina
conatus bestialium voluptatum
et desideriorum divitiarum illi in
verecundiam istud in presumpcionem
mergit / Et ibidem 9 Ethicorum gratia
multa agere et pati / Et si opor
teret mori proiciat enim et pecunias
et honores et totaliter expugna
bilia procurans sibiipsi bonum
virtutis / Et valerius libro iiii° ca°
3° Magna cura precipiacionem
studio referendum est quam ope
libidinis et avaricie impetus ab
illustrium virorum pectoribus
consilio et cum semoti sunt quod
ibi in multis illustrium / Unde
confirmat exemplis / Et Tullius primo
de officiis capestentibus rem pub
licam nichilominus quam philosophis haut
scio an magis eciam despicencia
adhibenda sit rerum humanarum
Ecce quod dicit / quod non minus immo
magis quam philosophis adhibendus est
contemptus rerum temporalium ca
pestentibus rempublicam / Et Seneca
Nemo alius deo dignus est quam
qui opes contempnit / Multa de
ctorum philosophorum ad hoc possem
adducere nisi timerem esse pro
lixius / Nemo tamen indignum reputat
philosophos allegari cum in imitacione
dignius beatus Basilius utile
esse valde dicit eorum commemorare
sermones / quia dum apud eos magna
et ardua precepta legimus eciam ca
levius ferimus / et facilius perpendimus
quod per multa exempla declarat / Michi
autem unum occurrit nunc conforme
proposito Seneca epistola l ad lucillum
ad finem / satis dui cum bonis
litigavi tam nunquam satis cum
malis que oro prosequere sine
modo sine fine Nam illis quoque
neque finis est neque modus / que
quecumque cor tuum lacerant / que

si aliter ex tali si requirerent cur ipsum
tamen illud euellendum erat. Proncia
lenius audiuimus a xpo illud Math. v°
Si oculus tuus scandalisat te erue
eum et proice abs te. Cum audimus
philosophum in agitatione
viciorum intantum prosiluisse ut
dixerit cor etiam euellendum.

Tamen veniamus ad ea que sunt ma
iora auctus et dignitatis. Et primo
occurrit illud Luce xiiii ubi sic legitur
Ibant autem turbe multe cum eo
et conuersus dixit ad illos Si quis
venit ad me et non odit patrem suum
et matrem et vxorem et filios et filias et so
rores adhuc et animam suam non
potest meus esse discipulus. Et in eodem
ca° Omnis ex vobis qui non renun
ciauerit omnibus que possidet non potest meus
esse discipulus etc. Beda dicit omnibus
xpianis dictum esse dicens Omnium
fidelium est renunciare omnibus que
possident ut supra allegatum est.
Et ibidem capitulo x° Qui non accipit crucem
suam et sequitur me non est me
dignus. Hec non ad clericos tantum sed ad
omnes generaliter dicta sunt. Similiter
qui non baiulat crucem suam et se
quitur me non potest esse meus discipulus.
Sed et addamus quedam originalia
dicta sanctorum doctorum et primo
volo capere de dictis ipsius magistri petri
ut apud eum et suos minus dubia
sint. Scilicet Aug in libro de opere mo
nachorum Si homines terrene rei pu
blice principes preclarissimorum laudum
suorum eloquia predicare solent eo
rum tamen vniuersi populi sue ci
uitatis priuatis suis rebus sic ante
ponant ut quidam eorum africe do
mite triumphator quid nuper tue
filie daret non haberet nisi ex senatus
consulto de publico dotaretur quo animo
esse debet in rem suam publicam ciuis
ciuitatis eterne. Allegant ex Aug
in li° de cathezizandis rudibus et
notate titulum libri. In ipso li° Aug
sic dicit. Si mundi gloria vera non
esset si diuicie terrene vera bona es
sent non earum possessoribus impro
peraretur dominus dicens Ve vobis di
uitibus et reliqua. Quomodo ergo ciuitas ad
hoc faciat et ad propositum de infor
mandis hiis qui veniunt ad baptismum fa
cit illa ciuitas ad hoc faciat et ad
propositum de informandis hiis qui
veniunt ad baptismum facit illa ciuitas
dyonisii quam magister petrus allegat
sed non est summe contrarius simul
participandum etc. Et si attendamus
interpretationem huius nominis xpianus
sicut de nomine clericus arguitur
et abrenunciationem que fit ante bap
tismum dyabolo et omnibus pompis
eius et quid significent vnctiones
de quibus in c. i. de sacra vnctione etc
que fiunt baptismo et veste candida
que traditur de qua Rabanus
post baptismum traditur xpiano vestis
candida que significat innocentiam et puri
tatem quam post ablutas veteres ma
culas studio sancte conuersationis
immaculatam conseruare debet de con
se. di. iiii ibi multi textus ad hoc si
ex hiis omnibus volumus argumen
tari sicut ex nomine clerici et con
monicionibus ordinum profecto grandia ar
gumenta districtionis xpiane re
ligionis accipiemus. Concordat similiter
quod Aug scribit in libello de conflictu
viciorum c. de auaricia loquitur
de bonis temporalibus dicit sic Ipsa nec
apud homines seculares sine periculo
vel offensa procurantur quia quan
to magis quisque hec concupiscit
sit quod in modum concupiscendo
non habeat dum in mundo huius
seculi curis deseruire festinat ut
enim ait scriptura Auarus pecunia
numquam implebitur. que nimirum

quam sit detestanda paulus indi
cat dicens Et avaricia que sit ydo
lorum servitus / quamque sit noxia ex
ponit dicens Qui volunt divites
fieri incidunt in temptacionem et laque
um dyaboli / et desideria multa et no
civa que mergunt homines in inte
ritum et perdicionem / quam sit detesta
da Sap. demonstrat dicens Avaro
nichil est scelestius / quod sit noxia
Jacobus aperit dicens Agite nunc di
vites / plorate ululantes in miseriis
que advenerunt vobis / divicie vestre
putrefacte sunt / vestimenta vestra
a tineis comesta sunt / aurum vestrum
et argentum eruginavit / et eru
go eorum in testimonium erit vo
bis et manducabit carnes vestras
sicut ignis / Sed nec redemptor noster in-
perire volunt cupiditatis malum
quam noxium asserit esse / Dicit enim dif
ficile qui pecunias habent regnum
celorum intrabunt / Et rursum / fa
cilius est camelum etc. quam divitem
intrare regnum celorum Mathei
Et post hoc sequitur si secularibus
ita periculosa etc. quod Origenes p. allegat
de voto obligantis loquitur ut demonstrant
sequencia / sed et nunc qualiter divi
cias spinas esse xpistus dixit et suf
focare verbum dei / super quo Johannes
eleganter adiunxit Fallacia divi
ciarum suffocat verbum / Blande enim
sunt divicie / aliud agentes / aliud
pollicentes / lubrica est earum
possessio dum hinc illuc ubique
transferuntur et instabili gradu
vel habentes deserunt non habentes in
ficiunt verbum et dominus divites as
serit difficile intrare in regnum
celorum / suffocantibus divitiis
verbum dei et vigorem virtutum
emollientibus Et multa alia pos
sem ad hoc propositum producere

que per sacram scripturam sanctosque docto
res scripta et dicta sunt / que divi
cias detestantur et exaggerando
mirum dictas videntur proferre simul
/ sed utique in omnibus hiis non est intel
ligendum ipsos censere abiciendas
esse divicias Sicut Seneca dixit / Ne
mo alius dignus est nisi qui contemp
sit divicias subiunxit quarum posses
sionem tibi non interdicitur / sed efficere volo
ut illas intrepide possideas quod uno
consequeris / uno si illas tamquam excidendas
semper aspexeris / si te sine illis beate
victurum persuaseris tibi hec idem qui
et maior auctus est David propheta
divicie si affluant nolite cor appo
nere / non dicit abicite / sed nolite cor ap
ponere Ambrosius ad Simonianum / nec
diviti obsunt opes si eis bene utatur
nec pauperem egestas commendabilio
rem facit Et Gregorius x moralium capitulo
xx. Sunt non nulli quos census
i. bona temporalia per timorem non elevat
sed per hoc opera exaltat / Et sunt non
nulli qui dum se terrenis opibus
habundanter conspiciunt et veras
dei divicias non requirunt atque
eternam patriam non amant / quod hec
sibi sufficere putant quod rebus
temporalibus fulciuntur Non tamen est
census in crimine sed affectus Et Augustinus
primo de civitate dei capitulo x. Sermo
apostolus dicit / qui volunt divites
fieri etc. profecto in diviciis cu
piditatem reprehendunt non fa
cultatem / quam precepit alibi
dicens / precipe divitibus huius
mundi non superbe sapere / nec spe
rare in incerto diviciarum / sed in deo
vivo qui nobis prestat omnia ad
fruendum habunde / benefaciant
divites in opibus bonis facile
tribuant communicent / thezaurizent
sibi fundamentum bonum in futurum
ut apprehendant veram vitam / eternam

sup pbo. Item glos. in maliaa 20
v. Ecce homo qui dicit ut supra
locus allegatum e. Item apli cu
audierunt facilius e camelum etc
Cum ipsi paupes essent facultatibus
et in mundo maior sit multitudo
paupum quam diuitum et contristati
fuerunt Item nos poterit saluari quod
attenderunt ad istam facultates non
sed cupiditates. Viderunt autem ipsos
paupes et si non haberent pecuniam
haberent tamen auariciam et ut nouistis
non pecuniam sed auariciam in diuite
condempnari. Et sic ut nouistis quia
diuitie non puniunt. Habebat Abra
ham multum auri et argenti pe
corum et familie diues erat et
in cuius sinu lazarus paup subla
tus est etc. Denique quid illis respo
dit non quia ista habuerint nam
et boni sunt ista sed quod hoc inten
dite ne passim diuitiis reprehendit
Et rursum de paupertate et egesta
te simmat. Si enim non est psumendum
de diuitiis quanto magis non est psumendum
de paupertate sed de deo vino in 4o go
isti vocantur Item be. dix. po. cui h
sunt et deo filii alieni go ipso insi
na reprobatur paucite beatitudinem
in diuitiis reprobatur cupido et aua
ricia Nam et sicut sanctus doctor dicit
in summa contra gentiles lib. 3o cao
xxxiiio paupertas de se non est bona
nisi inquantum liberat ab illis per
quod homo impeditur a pfecto virtutis
Concludo igitur ex allegatis omnibus
non probari quod ecclie non licet
habere temporalia in comuni hoc immo comprobat
praxis xpi et aplorum. Et ipse
mgr pe. ad hoc allegauit duas
auctes Augni vna e de conflictu
viciorum ubi dicit a sanctis et re
ligiosis plura habenda sunt ut inde
luis ab ipsis quam a popularibus
erogentur xpi pauperibus. Et ego co
sentio sed prelatis alia si pauperum

comptuipes sunt Et ego hoc esse
licitum multis auctibus inferius
comprobabo sed nec est obstat adhuc
quod dixi quod ecclia immo et xpus ut
habere temporum primordia Itaque de hoc
constat sicut Sermonibus aplorum xii q. i.
Sunt manifeste ipse res xpi et ecc
ie ut potestatem habeant de ipsis
morientes Epus si voluerit et cui
voluit relinquere hoc est satis in
dicat doctrina aplica. Nam tunc
possent habere et filios quos in omni
castitate nutrire debebant ipsos quos
iubeat aplus hospitales esse satis
quaturat quod in bonis suis Epus
et quibus eius remanebat et hic est
per ex illo dicto apl. Et intrantes in
domum Philippi ciuitate qui erat
unus de septem manus apud eu
hunc erant quatuor filie virgines
et ppterea statim aplorum consilium
inuentatorum fieri separatim de bo
nis ecclie et de bonis Epi ne co
funderentur per mutacionem quorum tempora
sed appareret quid esset proprium epi et
quid ecclie etc. apparet ex eo tempore
aplorum iam ecclia habebat
nichilominus est Epus tamen suis bo
nis remanebat nec obstant alle
gate auctes Augni et Jeronimi et
aliorum que expont prelatos nois
argumentes hec videtur innuere
Nam primo de origo constat quod ipse
dicit se primo disposuisse non nolle habere
clericum nisi renunciaret omnibus et
esse sine proprio sed postea mutasset sua
sniam sic dicit Certe ego sum qui
statueram nullum ordinare clericum
nisi qui mecum vellet manere et si
cere in conspectu dei et viro multo
coniulum Itaque volunt habere aliquid
proprium maneat ubi velit et ubi put
non eius aufero clericatum xii q. i.
De Jeronimo est ipse scribens ad
damasum papam i. q. ii. sicut
clericos illos qui ecclie stipen
diis sustentare quos putamus aut

proximorum nulla suffragantur qui
autem bonis privantur aut propriis opi
bus etc. Patet ergo quod clerici possunt habere
proprium, et ad hoc concordat carmen sca
lensis, et est prosperi: pastor ecclesie habens
quibus sua sufficiunt etc. Nec propter
hoc quod clerici proprium habent nunquam de sor
te domini sunt, nec dominum in partem seu
hereditatem habere desinunt, quia non
in illo quod possident beatitudinem
ponunt, sed in deo; nec illud precedente
habent sed deum, et ad eius obsequium
illa bona convertunt; nec propterea quia
habent bona temporalia non possunt dicere: dominus
pars hereditatis mee; quoniam et David
qui illam primo dixit civitates ca
stra et regnum obtinebat. :-

Multa possum ad horum proba
tionem adducere sed gratia brevitatis
obmitto cum Haymone et hoc tamen consi
tentur in cedula ultimo data, ubi
dicitur quod usus bonorum temporalium
cum ipso clero licitus resecata omni
superfluitate et habundancia vicio
sa. Et hoc etiam ego dico, quia non
laudo sed reprobo superfluitatem vicio
sam, et confiteor quod clerici de bonis
ecclesie non debent thezaurizare ad
ditandum parentes consanguineos
vel affines, sed recepta sufficiencia
pro necessitatibus persone domus et familie
et etiam hospitibus cum caritate et
decenter suscipiendis secundum condicionem
et statum persone, residuum dent vel
in utilitatem ecclesie vel pauperibus
erogare; et si de bonis ecclesie sibi
sumptuose vivant laute vel crapulose
aut pro pompa superfluitatem vicio
sam faciant compensarum multipliciter
delinquunt quia rem illicitam fa
ciunt, quod etiam est commune laycis, sed
clericis gravius; et quia ad exem
plum aliorum dati sunt male agendo plus
ut Gregorius inquit tot mortibus di
gni sunt quot populo viciorum

scandalizant.

exempla transmittunt. Item quia pau
perum est male in illicitis expendendo
quasi rapinam committunt, de quo
coram deo districtam dabunt rationem.
Sicut non est illicita possessio sed abusus,
usus vero modestus laudabilis in
mensura certa prescribi non potest sed
consideratis qualitatibus personarum
condicionum patrie et generis natura
administrationis et aliis huiusmodi numerus
familiarium et modus expensarum
moderandus est. Etiam oportet quod ratione
presidencie vel officii nunquam nec plus
iuris ministros habeant et hoc se
pe errat invenerimus iudicium
reputaverimus aliquem prelatum
nimiam habere familiam. Et in veri
tate loquor quod hic contingit quod cu
riam bono viro meorum con
sentire visum esset quod quidam prelatus
~~contederat~~ excesserat in familia, ego dixi
sibi vultis vos et ego calculem
quis esset competens numerus, et fe
cimus tamen et reperimus nichil esse
superfluum, et ipse congratulatus esset
erat michi dicens: vere michi valde
placens placet hoc sic discussisse
quia in me ~~esse~~ ipso scandalisatus
eram, et nunc cognosco quod nil sup
fluum est. Facile in hiis erramus
quia aliorum necessitates aut non
bene scimus aut non bene advertimus.
Fateor autem quod plurimi sunt caveant
prelati et principes a pomposa et
inutilium familiarium sequela, propter
ex hoc eis crescit paupertas et vivi
te anguste; multa etiam oriuntur
gravamina subditorum, potest esse
etiam usus non tamen laudabilis sed
multum meritorius et fructuosus
cum videlicet clericus bona ecclesie diligenter
et utiliter administrat in seipso; mag
na paupertate servata largas elemo
sinas facit. Sicut ego scio et vidi

aliquos p dei gratiam nolo comedere
viuentes s; de mortuis plurima opa
nostra subiungam vt predicta bene
faciat 1 q. ij c. sacerdos Ep migr pe
allegat vbi textus sacerdos cui
dispensacionis cura commissa e non
solum sine cupiditate s; cum laude
pietatis accipit a populo dispensa
da et e dictum p ppi cui concordat
bus Aug XXIIJ q ca vir qs
amo iuxta finem no dominandi
cupiditate s; bene vtendi pietate
possideant Item hec sollicitudo q
prebens fideliter ad ministrandis bonis
secularibus dicenda e s; cetera ca pss
in libro de vita contemplatiua posses
sionis quas oblatas a populo
suscipiunt sacerdotes Nam non
sunt res mundi credende s; dei
nec est reprobanda s; laudanda
in prelatis et hijs quibus ex vi
officij vel ad ministracionis cui pre
sident competit Nam vita prelatorum
ecclesie no e simplex contemplatiua s;
mixta ex actiua et contemplatiua
Exemplum moysi qui nunc ascendebat
in montem ad orandum nunc de
scendebat ad populum gubernandum
ideo sacrorum censuit auctas epis
qui assumendus e in Epm debet esse
in spiritualibus et temporalibus prouidus
et circumspectus 3 q dis in prin et e
petrus dyaconus et sunt verba beati
Gregorij tocl in regem debet acte co
situm qui no solum de salute anima
rum ac de exteriori vtilitate et cau
tela sciat esse sollicitus et glo sup
illo vbo pascite qui in vobis est
gregem dei no solum vbo et exem
s; et temporalium subsidio et credo q
illa glo sint accepta ex dictis Gre
gorij in pastorali c xviij vbi sic
ait Nonnulli gregis quidem curam
suscipiunt s; sic sibi vacare ad

spiritualia appetunt vt rebus exterioribus
nullatenus occupentur qui cum cunc
temporalia funditus negligunt subditorum
necessitatibus minime occurrunt quorum
nimirum predicacio plerumque despicitur
quia dum delinquencium facta corri
piunt s; tamen eis necessaria presentis vite
no tribuunt nequaquam libenter au
diunt et hoc late prosequens indu
cit dictum eiusdem petri et dicit hec
pressioni no tam cordis s; corporis
post ea tamen subiungit no d; prelatus
se sollicitudini temporalium sic sic totum
impendere spiritualia derelinquat dicens
Sollicitudo ergo que subiectis exterius
impenditur sub certa necesse e vt
mensura teneatur vnde per Ezech dr
Sacerdotes caput no radant neque
comam nutriant s; tondentes ton
deant capita sua Sacerdotes namque
iure vocati sunt qui vt sacrum
ducatum prebeant fidelibus pre
sunt Capilli vero in capite exte
riores sunt cogitaciones in mente
qui dum super cerebrum insensibiliter
oriuntur curas presentis vite designant
quia igitur cuncti qui preesunt habere
quidem sollicitudines exteriores debent
nec tamen in eis vehementer incumbere
Sacerdotes recte et caput simum
radere prohibentur et comam nutrire
ut cogitaciones carnis de vita sub
ditorum nec a se penitus amputent
nec rursus ad crescendum nimis
relaxent vbi dum dr tondentes
tondeant capita sua vt vz cura temporalis
sollicitudinis inquantum necesse e pro
moueantur et tamen recidantur ne
in moderatius excrescant Dum igitur
per administratam exteriorum prouidenciam
corporum vita protegitur et rursum
per moderatam cordis intencionem no
impeditur capilli in capite sacerdotis
et seruantur vt cutem cooperiant et
resecantur ne oculos claudant
hec gregorius :-

Ex premissis clare liquet prelatos et clericos non tantum debere esse contemplativos sed etiam activos in spiritualibus et temporalibus providos et circumspectos et pro spiritualium intentione curam et sollicitudinem temporalium non abicere sed ad utrumque se apte et decenter aptare et prelatus sic vivens non propter hoc dicendus est hic intentionem contrariam nec diversos affectus in proponens in actionibus quas in fine sibi iungit videtur minime quia hec omnia ordinavit ad unum finem videlicet ad curam gregis sibi commissi ut expressa ante etc. Ad eandem sententiam pertinet dictum Gregorii vi moralium xxi c. ubi sic ait Rectores fidelium predicator est qui vel propter contemplationis studium opera negligit vel propter operationis instanciam contemplanda postponit ad hanc sententiam ibi late pati dominum bene humanis usibus vinceret gladio sue quietis confuncti sunt Hinc namque est quod nonnulli quieti plus iusto plus exquirunt contemplando quam capiant usque ad perversa dogmata erumpunt et dum vitalis discipuli esse humiles negligunt magistri errorum fiunt Veniat etiam audiamus Iheronimum docentem nos non scandalizari si aliqui prelati temporalium prelatu dum totaliter dati sunt quia a dei ordinatione prodit ad utilitatem ecclesie Ita Ieronimus inquit de summo bono libro iii° capitulo 39 providencia plerumque divini consilii ordinantur prepositi in dama et exteriora sectantes ut spiritualibus rebus totaliter se impediant ut spirituales qui occiosam vitam contemplationis exerceant quia dure sunt quiete vive volentibus sarcine curarum temporalium providet sepe deus cuius dedictos secularibus ad susceptionem regiminis ut dum hii

Nota quod non scandalizari si quidam prelati temporalibus curis sint dediti.

exteriora sine tedio procurent spirituales una rebus interioribus sine impedimento terrenorum temporalium deserviant Dei ergo ordinem accusant quo instituunt qui episcopos contempnant dum non spiritualia sed magis terrena sectantur Ex divini enim thabernaculi dispositione alium vias mundi secundas et turbines quosdam instituit ipsis secularibus curis insistentes ut hii qui intus superna desiderant nullo terreno obsistente negotio liberius in hoc quod amant intendant Hec Isidorus Chalicia etenim tempus et audacia et protervitas hominum malignorum hoc exigit ut prelati non tantum sine peccato sed etiam meritorie has temporalium curas exerceant pro fide vel rebus ecclesie defendendum prout infra patebit auctibus et operibus beati gregorii et aliorum et miraculo ostenso in altero gregorii de quo in etc. me breviter expedio de omnibus originalibus dictis doctorum ad que omnia clare patet responsio ex predictis ut unusquisque per se potuit applicare Itaque ad singula sigillatim respondere nimis fuisse perplexum Si autem magister petrus aliquid speciale responsum designabitur id et dato precio sufficiens responsio sibi dabitur :-

Item autem in cedula ultimo data dicit dominium autem civile ipsi clero Christi non convenit aut congruit sed nec licet ipsi in persona propria civiliter dominari si intendit quod clericus in persona propria non debet iudicium sanguinis exercere, fateor, prout tamen hic et clericus non religiosus de ipso patrimonio et ad ministrationem pro ecclesia civile dominium castrorum villarum oppidorum civitatum etc. in quo

tale iudicium per laycos officiales fiat
exercere / put ait hugo de sacr' 2a pte
et est allegatum per iugrim / et tale?
sat contra ipm sicut ibi ad literam
sit hic / Notandum est quod principes tem
in temporibus possessionibus quas in sp
ualibus possident ecclie aliqui non conced
solam vtilitatem aliqui vtilitatem
et ptatem vtilitatem sine ptate co
cedunt qui fructum possessionis ad
vsum ecclie disternunt sed ptatem iu
stitie exercende in ipsa possessione
administrationem transsire non pmittunt
Aliqui vtilitatem et ptatem simul tr
ansferunt / vbi est aduertendum est
quod eis licet fructum temporalem possessionis
ad vsum capiant sed exercende iusti
cie ecclasticas per psonas cum iudicia
secularia exercere non pnt sed in mi
nistros habere laycas psonas per quas
iura et iudicia ad temporalem ptatem
ptinencia tenorem legum et de
bitum iuris temporalis exerceant / Et ita
cum manifeste ista cantatis iugrim
hic allegata ostendit ecclasticas
psonas posse habere ciuile dominium
et dat modum iurisdictionis exercende
principes enim temporales katholici et deuo
ti ceteri pro dei gloria et suarum anime
dis animarum contulerunt ecclesiis mul
ta preciosa donaria castra villas
opida et ciuitates transferendo in ea
etiam interdum solam vtilitatem
fructuum interdum ptatem et iurisdi
cionem quod est ciuile dominium et in hoc
completa sunt prophetica eximii prophe
tae dauid in psalmo Exurgat deus
que quidem per Nicolaum de lyra
litteralis expositor testatis psalmi sensu
litteralis inducentium volencium illum intel
ligere de exitu isrl de egypto cum
dicat illum nimis inuolutum et
captum plene non posse Exponit
paulus ad ephesios iiii secundum quod ipse
ascendens xpus in altum captiuam

duxit captiuitatem dona dedit ho
minibus et applicat ad dona spus sancti
missi in corpus ecclie dicit enim pre
sensum ee de ecclia katholica xpi
anorum post xpi passionem Et ad hunc
sensum exponit totum psalmum super
illum Et vsum speciei domus di
uiderent spolia / Ita dicit lyra quia
principes et potentes quesit ad fidem
dederunt ecclie pciosa donaria
ex quibus ornata est ecclia vt in ipsis
libris hystoriis et legendis sanctorum
Et hoc est quod dicitur speciei domus di
po[?] At est diuersis ecclesiis et psonis
ecclasticis pdicta donaria Con
sequenter ostendit qualiter talibus
temporalibus sit vtendum cum dicitur
Si dormiatis et cetera ad cuius intellige
ciam est dicendum quod clerus grece
id est quod sors / columba aut accipi
tur pro ecclia / que columba frequent
in canticis nominatur / penne aut
sunt virtutes eam ... ad celestia
eleuantes Dicit igitur si dormiatis
id est quiescatis inter medios cleros
id est inter status ecclie scilicet militantis
et triumphantis / quod sit eis sic vtun
tur bonis bonis pennis vite vt non
amittant bona eterna sed magis
acquirant / diuicie enim impedime
ta sunt reprobis / Ita probis sunt
adiumenta virtutis hec omnia
Nicolaus lyra / Cum enim ciuile do
minium sit rebus quietabilibus vt est
quod docetur sub Imprimis etiam
more maiorum ff. de iur omn iudi
Et sepe venduntur castra ville opida
et Iacronie quid igitur prohibet
quod laycus huius tale dominium titulo
dono legati vel hereditatis vel alio
legitimo titulo in ecclias transferre
non possit / Dicit tamen prae quod eo
... retrum ... repugnare
videtur et ad hoc allat Dominus
... et alia ad quae forte aliud
quesiuissem nisi hic in principio dictum

Cr

tam clarz celebre et famosum quod res publica Romanorum senatu recta magnum habuit ciuile dominium et multe hodie ciuitates sunt que habent ciuilia dominia quod non repugnat communitati habere ciuile dominium sed et hoc clare liquet quod nec illa racio valet prelatus ecclesie non potest exercere in propria persona temporalem iurisdiccionem quod ecclesia non potest illam habere Nam et senatores et consules Romani non poterant exercere iurisdiccionem in prouinciis in propria persona / sed dabant presidentes pro vicariam Racio quod ciuitas habet ciuile sed villas castra non sunt consules ciuitatis prout ibi iurisdiccionem exercere sed tenetur ibi officiales qui iurisdiccionem exerceret Iam restat at [illegible] ex aduerso in fine cedule vltimo date vbi sic habet In super etc predictum punctum tenemus quod ad tantum potest iniquitas regnare in clero quod in defectu spiritualis positi licet brachio seculari auferri temporalia viris ecclesiasticis Similiter de loquentibus que posicio est multum confuse posita et absque aliqua probacione et declaracione et ideo posset eadem facilitate contempni qua ponitur Sed volo eam pretire quia circa ipsam do principio eiusdem veritatem sed illud puto facilius et luculencius agere cum sicut premisi in principio ecclesie et prelatis et personis ecclesiasticis licitum esse habere et possidere bona temporalia mobilia et immobilia et ciuilia dominia firmissimis racionibus docuerunt Ideo hanc veritatem ad probandum quadruplici medio vti intendo ut sicut in quatuor ciuitatibus testimoniis ciuitatum doctrina fundata sit in qua [illegible] fundamentis veritas ista firmiter consistat Et primo sic Illud constat esse licitum quod nulla lege est prohibitum Ita dicit Augustinus ad Pollentium xxviii q. i iam nunc sed hoc nulla lege prohibetur igitur est licitum Racio est in forma maior est nota de se et est Augustini ut supra Minor probacione non indigebit mihi sed asserenti contrarium qui dicat hoc prohibitum prohibicionem ostendat Nam ad ea que allegata sunt sufficienter responsum est Secundo sic illud est licitum immo et debitum quod diuina ordinacione et beneplacito factum est sed donacio et glorificacio ecclesie in potencia et dominio temporali diuina ordinacione et beneplacito hoc tempore scilicet a Siluestro est facta est sicut ipse deus ante promulgauerat per prophetas quod erat Maior est nota et ad probandum minorem offero tria testimonia prophetarum Primum omnium propheta Dauid in psalmo Exurgat et qui psalmus pertinet ad glorificacionem ecclesie post Christi passionem ut probat egregius Nicolaus de Lyra exponens Pauli ut predictum est Tamen propheta Dauid hoc prophetauit vbi dixit species domus diuidere spolia quod ponit Ni lira quod ad decorem domus dei que est ecclesia pertinet diuidere spolia i. donaria a principibus et potentibus ecclesie data inter ecclesias et ecclesiasticas personas distribuere Inter alias magnas gracias et glorificaciones ecclesie hanc temporalium honorum amplificacionem futurum pronunciauit propheta Secundum testimonium Ysa. lii Consurge consurge induere fortitudine tua Syon induere vestimentis glorie tue Ierusalem ciuitas sancta Vbi

Nicolaus lyra primo capitulo pauli
qui allegat illud quod infra sequitur
Quam pulchri pedes annunciantis et
predicantis pacem dicit hoc est loqui
de ecclesia post xpi passionem et dicit quod
hoc tamen reconcietur/ 2m impedime
tum liberacionibus facte per xpm quam
ad incredulos quod prevenit quod tempore
tu humilitatis xpi ostendendo quod hu
militas xpi fuit disposicio ad gloriam
2m quod dicitur ad phil. ij. humiliavit
seipsum etc. propter quod et deus exaltavit
illum non solum post mortem fuit glo
rificatus sed eciam ante in operibus
miraculorum ad declaracionem sue deitatis
propter quod et ipsius petens clarifica
me pater Joh xvij audivit clarifi
cavi et iterum clarificabo te per gloriam
etc. est in corpore mistico quod est ecclesia
quia post dispersiones eius per iudeos
et tyrannos in magna gloria etiam
temporaliter et in ipsis depressionibus
spiritualiter in recepcione spiritus sancti et
miraculis que fiebant per apostolos et
alios sanctos et sic propheta etiam primo
alloquitur ecclesiam primitivam/ con
surge consurge ad opera virtutum in
venire fortitudine ad tollerandum con
stanter persecuciones sed post secuta est
pax et honor. Et ideo subditur Indue
vestimentis glorie tue et hoc fuit im
pletum tempore constantini qui patrem
ecclesie per totam urbem romanam de
dit et mirabiliter eam honoravit
Et infra sede iherusalem in sede honoris
quod tunc impletum quando roma que est
capud mundi facta sedes summi
pontificis sede imperiali translata ad
constantinopolim. Hec Nico. de ly.
Expositor glossalis biblie hanc pro
pheciam ysaie exponit. Eundem testi
monium sic ysaie lx. tamen quod Nico.
de ly. ostendit intelligendum esse de
ecclesia dicens Et sicut in precedenti capitulo
descripta est salus xpi ita in hoc de
scribitur magnitudo eius salutis
primo ex parte non recipientis. Et sub
iungit quod primo ponitur prosperitas mi
litantis ecclesie ad fidelium multipli
cacionem 2o quantum ad ecclesiarum edificacionem 3o
quantum honorum assecucionem etc. declarat quod
quod ponit totam terram et super vo
testus fortitudo gencium dicit i.e. im
perium romanum veniet tibi quod im
pletum fuit tempore constantini et infra
et inundacio camelorum dicit
sic Constantinus imperator et multi
alii potentes exemplo eius habiati
divicias multas miserunt super
talia animalia ad sustentacionem
ministrorum ecclesie et pauperum xpia
norum et edificaciones ecclesiarum
Et infra et edificabunt. hic descri
bitur prosperitas ecclesie in ecclesiarum
edificacionem muros tuos i.e. ecclesias
et hoc patet impletum tempore constan
tini et infra In indignacione mea
percussi te quia ecclesia primitiva fuit
multum afflicta ante tirannis
quod iudicium humanum videbatur
procedere ex indignacione dei
licet fuit ad probacionem scriptura
sepe per talem modum loquendi
et sequitur in reconciliacione mea
misertus sum tui deus tibi pace
ampliacionem et honorem tempore Const
antini Et ideo subditur et aperientur
porte tue iugiter quia ecclesias
prius clausas precipit aperiri
et per imperium suum novas edificari
et sequitur in textu ut afferatur
ad te fortitudo gencium et reges
eorum adducantur quia exemplo
Constantini multi potentes et
reges venerunt ad fidem cristi
sequitur gloria libani ad te veniet
etc. quia ad edificacionem ecclesiarum
adducebant ligna electa et sequitur
in textu et venient ad te qui filii

Ar

corum qui humiliaverunt te et adorabunt vestigia pedum tuorum
dicit lyra hic describitur sublimitas
ecclesie quo ad consecrationem honoris
Et infra sequitur in textu ponam
te in superbiam seculorum i. in gloriam
et honorem Ita quod superbia non
sonat hic in vicium set honorem
aut honoris excessum et sequitur
in textu Et suges lac gentium
et mamilla regum lactaberis
i. ab eis recipies nutrimentum
sicut videmus impletum de
dotatione ecclesie de bonis prin
cipum et sequitur in textu pro
re afferam aurum aurum quia
in primitiva ecclesia fuerunt calices
et alia utensilia ecclesie de ma
teria preciosa postea ea facta sunt de
auro et argento et lapidibus
preciosis et habemus tria testimo
nia prophetarum quibus apparet sic
a deo fuisse ordinatum et per pro
phetas prenunciatum et de ista
temporali exaltatione ecclesie facta per
Constantinum in persona sancti Sil
uestri figura precessit in Iona
tas summo pontifice cui alexander
contulit coronam et fibulam au
ream et potestatem bibendi in auro
et esse in purpura primo Machabeorum xi
Ministrabunt michi domus Quar
tum testimonium ex prophetis ut in
quadrato unico velut ex vinculo con
structura huius articuli probato se
dicat et est ex propheta dauid psalmo
C.iiii quem prius Augustinus exponit
de ecclesia Vnde in versu Super montes
stabunt aque dicit sic propheta dixit
quia ecclesiam futuram in diluuio
persecutionum voluit intelligi
Fuit enim tempore quo ecclesiam dei co
operuerunt ut non appareret

nec ipsi magni montes Et infra
et infra fugerunt eum aque ab in
crepatione dei quia cor regum in ma
nibus dei deflexit quo voluit Et
Iussit per eos pacem dare christianis
Cuncti et emmunt curtas aplicat
et in Cum multa dixisset hic propo
situm commandans que omnia inserere
longum esset tandem super versum
Cedri libani quas plantauit illic
passeres nidificabunt sic inquit
Augustinus Etenim cedri libani nobiles
huius seculi dum cum timore
audiunt Beatus qui intelligit super
egenum et pauperem attendunt
res suas villas suas et omnes
superfluas copias quibus videntur
excelsi et prebent illas famulis dei
dant agros dant ortos edificant
ecclesias et monasteria colligunt pas
seres ut in cedris libani nidificent
supra exposuerat qui sunt passeres
nidificantes dicens Sunt quidam
spirituales nidificantes in cedris li
bani i. famuli dei Tercio illud debet
licitum reputari quod a viris dumta
xat doctissimis vita quoque et religi
one sanctissimis pro licito habitum
est et factum Sed hoc est huiusmodi igitur
etc. hoc autem est in hac propria materia
viri religiosissimi ysidori Cuius scripta
inter canonicas scripturas habentur
ponit dicit quod xv. distinctione sancta hec autem
est in decretis xvi q. i Expedit fa
cultates ecclesie possideri ubi tra
tato exemplo paulum concludit quo
facto statim ostendit sine impe
dimento perfectionis posse ecclesie
facultates que sunt perfecto quia
possidere ad perfectionem huius assu
impte maioris est textus Iohannis
xxviij distinctione Sed nec ipsa ubi ex
facto Sindracii Ionathe et Abde
nago probat non esse licitum

facere qui ibi fecerunt Ad idem est textus
sub c. i. c. Lugdunen. ix q. i. Item ad pro
bationem maioris liceat possessiones possidere probatur
quod ante Silvestri tempora iam ecclesia
habuerat predia et possessiones
tempore Urbani primi qui presedit an
no domini CC xxiiii Item tribus
pontificum Anthori Fabiani Cornel
ii Lucii Stephani Sixti Dionisii
Felicis Euticiani Gaii Marcelli
Eusebii et Melchiadis romanorum
pontificum qui precesserunt Silve
strum et thezauros sicut Sixtus
quos Laurencius instante persecutione
pauperibus erogavit et ex Cunile
Dominicus sicut in scriptum datur
est quod Philippus dux Pannonie
dedit Lauriciano archiepiscopo qui
tunc Metropol. Pragen. villas
et predia inclusiva que nunc
tenet Pataviensis ecclesia De hoc Phi
lippo scribit Gotfridus in Pantheon
suscepit imperium populo plaudente
Philippus iste primus cesar voluit co
gnoscere Christum Qui dedit ecclesiis
predia multa suis sed quia de
tanti dominio fit mentio festinans
de hiis qui presederunt ecclesiis
quibus magna dominia cum hac
est loquendum Et primo de sede ro
mana incipiam a beato Silvestro
de cuius sanctitate et doctrina vict
oria eorum satrapibus fidei catholice
ex alterius testimonium perhibet Sed
hoc Nicenum primum sacrum et ve
nerandum concilium fuit et
post dotationem ecclesie ex quo satis
auctorisatur factum Constantini
quod si fuisset illicitum reprobassi
hoc tam celebre sacrum concili
lium Sed et hoc testimonium
beati Ambrosii super psalmo lx. dicentis
Constantinum magni meriti apud
deum quia primus imperium videns

fidem et devotionis principibus
dereliquerit Et Ysidorus in Ispanis
idem in suis cronicis attestatur
et Greci qui tunc erant catholici
ipsum Constantinum cathologo
sanctorum annumerant et festum de eo
cum solempnitate agunt xxi
die May Preterea dicam de sancto
Marco sub quo fuit celebrata secunda
sinodus Nicena et claruerunt
cuius tempore sanctus Athanasius Eu
sebius Nicolaus Hylarius et Jo-
Crisostomus Item sanctus Leo papa qui
fuit xlii post beatum petrum Item
Felix 2us qui martirio coronatus
est Item Damasus primus sub quo
sinodus Constantinopolitana cele-
brata Cui Jeronimus scripsit illa epistolam
quam vetus circulus inter se fervore
indiscretam dicit trinitatem de sub
stantiam numinatum per frustra de
scripsit et petens ab eo sue fidei
confessionem approbari et alias mul
tas epistolas Item Ciriacus qui
cum xi milia virginibus in Colo-
nia martirio coronatus est Item sanctus
Simachus papa de cuius vita mira
culis in historiali libro xxii c.
i et ii Item sanctus Jo. papa de
quo idem viii° c. li° c. 33 Item
sanctus Agapitus eodem li° c. lxi
Item sanctus Gregorius primus de mirum
doctoribus ecclesie cuius sanctitas et
doctrina nota est Item sanctus
Martinus de quo viii° li° 29 c.
84 Item sanctus Stephanus
papa de quo idem viii° et i c. clxvi
Item Deusdedit papa sanctus qui cum
osculare leprosum mundatus
Item Honorius papa mire pietatis
fuit cuius tunica demoniacus quidam
indutus fuit et liberatus Item
sanctus Severinus benignus fuit
amator cleri et pauperum et pos
sessiones ecclesiarum ampliavit Item

Iohannes quartus thezauris ecclesie
distractis multa milia hominum
per austriam et dalmatiam rede-
mit Item sanctus martinus Tu-
dertinus cuius festum celebra-
tur festo sancti martini Turonensis
Eugenius hic omnibus benignus
et amabilis maxime quod sancti
Agato dum quendam leprosum
osculatur mundatus est Iohannes
nomine grecus hic martirio coro-
natus est Paulus mitissimus
et misericors nocte cum paucis
familiaribus ibat visitando
pauperes et infirmos et eis mi-
nistrando Leo quartus multe pa-
ciencie multe quod humilitatis fecit
mirabilia in vita sua cuius festum
celebratur xviii kl Augusti Ni-
colaus primus hic vir fuit sanctis-
simus post magnum gregorium
vix in sede Romana similis
omnes predicti sunt et plures
alii virtutibus et scientia clari sicut
Innocencius tercius qui tam re-
cienter allegatur in tractatu de
missa et aliis operibus Petrus
de tarantasio dictus Innocencius
quintus doctor clarissimus et mul-
ti alii quos nominare longum
esset volui solum predictos
exprimere qui sancti intitulan-
tur aliis multis obmissis Sed hoc
unum nolo obmittere quia ad
propositum valde facit quod narrat
octavo misteriali libro 26 c. 27.
de gregorio sexto qui magna
studia et labores impendit
ad recuperandum temporalia ecclesie
a tirannis occupata et cum
nec exhortacionibus nec censu-
ris posset hoc efficere vi armorum
hoc fecit Unde cardinales eum
virum sanguinarium dicentes
cum in infirmitate decumberet
de qua decessit dicebat eum non
debere sepeliri in ecclesia sancti petri
cum aliis pontificibus quod cum ipse
intellexisset vocavit cardinales et ha-
bito cum eis colloquio tandem dixit
quoniam iure et vere raciones falli possunt
committamus omnia divino examini
corpus meum antecessorum more
compositum ante ianuas ecclesie si-
stite et firmentur ianue seris et re-
pagulis si deus voluit ut ingrediar
applaudantes miraculo si minus de ca-
davere meo faciatis sicut vobis pla-
cuit sic factum est mox enim ut corpus
eius ante portas ante portas seris
obclausas positum est turbo ingens
divinitus emissus repagulorum obstacula
disrupit et ipsas valvas vehementi
impetu patefactas ad parietem cum
magno fragore impulit Et hec
dicta sunt de romanis pontificibus
possem per alias mundi ecclesias Ita-
lie galie hispanie et anglie colli-
gere magnum numerum sanctorum episcoporum
qui prefuerunt ecclesiis huiusmodi tem-
poralitatem et civilia dominia sed nolo
pro presenti nisi de hiis [illegible]
et cognitis et etiam non de omnibus
loqui incipiam ab ecclesia magu-
ntina Ecce sanctus bonifacius
qui tante auctoritatis fuit quod tempore suo
dicebatur apostolorum tempora redisse hic
sua predicacione multas provincias
illustravit In eadem ecclesia sanctus
lullus confessor Item Rabanus
magnus doctor cottidie allegatur
Item in eadem maguntina ecclesia
bardo archiepiscopus Item in eadem
Willigisus In ecclesia Treverensi
quam Elena mater constantini que
de Treveris fuit oriunda plurimum
dotavit reliquiis et bonis temporalibus
addiciendo quod a prima dotacione sunt
per lxx archiepiscopi usque ad dominum Otto-
nem ultimo defunctum ex quibus
xxx sunt sancti Et ut hic in ka-
lendario archiepiscopi Baldwini

q in ipsa ecclesia observatur Item
in ecclesia Coloniensi sanctus Severi
nus qui miraculis claruit et claret
miraculis Item sanctus Brunus
Item sanctus Cunibertus Item sanctus
Anno Item Agilolfus martir Item
Euergilsus martir Item Heribertus
omnes isti fuit sancti archiepiscopi
Colonienses in ecclesia Leodiensi que
opulentissima in temporalibus est Sanctus
Maternus sanctus Hubertus sanctus
Theodardus sanctus Servacius sanctus
Lampertus martir sanctus Guecgislus
episcopi omnes Item in ecclesia Laureacensi
fuit sanctus Maximilianus a sancto
Sixto consecratus episcopus ecclesie eiusdem
qui CC xviii annis patrimonium
dicte ecclesie contulit Ad hunc [illegible]
dicitur cum omnibus vicinis oppidis et
iudiciis secularibus que manent
usque ad presens in custodia et optinet
illa Pataviensis ecclesia Item sanctus
Albertus etiam Pragensis ma
gnifice dotatam pluribus annis
feliciter rexit Item sanctus Proco
pius opulentissimi monasterii
in Bohemia fuit cuius possessiones
inquietantes divina vltionem
in se experti sunt Item sanctus
Wolfgangus in Ratispona Item
sanctus Corbinianus Frisingensis episcopus
predia pro eadem ecclesia hodie
nota comparavit Item sanctus Ulde
ricus Augustensis etiam episcopatum
prediis et civilibus dominiis rexit
Item sanctus Conradus Constan
tiensis episcopus Item sanctus Virgilius
ecclesie Salzburgensis dominia dilatavit
fuit quoque sanctus Virgilius episcopus
Tridentine ecclesie civili dominio
opulenta Pretermittendum non est
memorandum de sancto Stanislao Cra
coviensi episcopo qui passus controversiam

super villa ecclesie a sepulchro eum qui
ante triennium mortuus fuerat re
suscitatum ad iudicium duxit in testem
possem sine fallo si bene quesivissem
etiam multo plures repperisse sanctos
episcopos et abbates qui prefuerunt ecclesiis
et monasteriis habentibus temporalia et
civilia dominia Exortet utique pre
auritis audire indubitatum dedu
cum licitum sit quod a tanta sanctorum
multitudine per tanta curricula temporum
pro licito fuit practicatum et obser
vatum Secundo idem sic probo
Illud indubie licitum sit est quod est
ante canonum apostolorum et sacrorum
venerabilium conciliorum approbatum
sicut est huiusmodi igitur etc maior est
manifesta quia omnis fidei nostre
et christiane discipline doctrina ab
ipsis apostolis et sanctis qualibus con
ciliis et eorum ante hec quod hec
que legimus sunt circa xpi verba
ad simbolum fidei factum sunt ab apostolis
vel generalis nisi a sacris conciliis
et approbatione ecclesie ipsa enim quoad
ad fidem et mores pertinet per universali
tate salubris errare non potest sicut Augustinus
Ambrosius Ieronimus Gregorius et omnes
doctores consentiunt et tenent immo
Augustinus dicit evangelio non crederem nisi
auctoritas ecclesie me moveret inquit
enim legitur ab aliquo concilio vite
congregato aliquid pertinens ad fidem
vel mores ordinandos erronee
determinatum fuisse propter assistenciam
spiritus sancti regentis ipsa concilia
Ad probandum minorem habeo primo
ex canonibus apostolorum xii q i Sunt
manifeste res proprie episcopi si tamen ha
bebat proprias et manifeste res dominice
Ecce res dominice proprium et dominium
Item eadem causa et questione
precipimus ut in potestate sua res ecclesie
episcopus habeat Si enim anime omnium
preciosiores illi sunt tradite multo
magis oportet eum curam de pecuniis

agere hys adde libet de ere p(ri)n(cipi)pe
quem longo ante siluestrum fuit
Anno d(omi)ni ccc(?)lxx(?)o Ubi sic legitur
predia diuinis usibus tradita quidam
humanis usibus applicant et deo
in quo cui tradita sunt subtrahunt
ut sibi inseruiant quapropter ab om
nibus illius usurpationibus contu
melia depellenda est ut predia us(i)
bus secretorum celestium dicata
a quibusdam irruentibus vexent(ur)
Quod si quis presumpserint ut sacri
legus iudicetur vemat et auctas
sancti urbani qui est longo prece
ssit siluestrum tanquam et originem
quare et cur ecclesia predia et posse
ssiones habere incepit et dicit quod vi
dentes aut summi sacerdotes et alii
atque leuite et reliqui fideles plus
utilitatis posse conferre Si here
ditates et agros quos vendebat
ecclesiis quibus presidebant eorum
tam presentibus quam futuris temporibus
plura et elegantiora possent mi
nistrare fidelibus quam vitam du
centibus quam ex precio ipsorum
ceperunt predia et agros quos
vendere solebant matricibus ecclesiis
tradere et ex sumptibus eorum
viuere Ipse vero re mutacione sin
gularum prachiarum eporum qui
locum tenent apostolorum erant et
sunt usque ad hunc et futuris debent
esse temporibus Ex quibus epi et fi
deles dispensatores eorum omnibus
quinni vita degere volentibus
ministrare cuncta necessaria debent p
ut fideles poterunt ut nemo in
eis egens inveniatur Ipse enim
res fidelium oblaciones appella
ntur que domino a fidelibus offe
runtur memoratis quo augme
ntacionibus in tantum ecclesie quibus
epi presidebant adminiculante
creuerunt et instantis maxima
pars eorum habundat ut nullus
in eis quietem vitam ducens sit

indigens sed omnia necessaria ab epo suscep
in ministris percipiat Ideo si aliquis co
ntenderit moderimus aut futuris temporibus
qui hec euellere conatur Iam dicta
dampnacionis feriatur hec urbanus
finis autem iste refertur ad c. adde
tendum iuxta allegacionem et illa
dampnacionis hic loquitur decreta
xi conciliorum primum sequendo ordine
volumus decretorum in c. benequid
xcvi dis. xvi martini ppe xii q.
i manifeste Secundum anthiocenum
eadem causa et q. Tercium quartum cu
generum apud romam c. ca. et q.
nulli quartum quintum in sexta
synodo ubi eadem ca et q. ii aplicos
et c. non licet Sextum in concilio
leonis pape quarti c. ca et q. mo
nemus Septimum urbani pape
eadem ca. et q. de laycis Octauum
Innocencii tercii de re. non alie. c.
cum laycus Nonum concilii latra
nensis et castamentis c. cum in offi
cys Decimum gregorii decimi in
generali concilio lugdunensi c.
hac consultissima de re. non alie.
li. vi. undecimum in generali co
ncilio viennensi clementina prima c.
ty. in omnibus istis unde sunt ge
neralibus conciliis pro conseruandis
regende et manutenendis bonis
temporalibus decreta sunt facta quod
tandem dicam ut istis conciliorum
quadrilium finem imponam primum
illud Nicenum concilium in quo
simbolum fidei condictum sunt
quod in missa cantatur post dotacionem
factum est Et deinde omnia alia
concilia quorum decretis et ordina
cionibus regitur ecclesia catholica
et quicquid ordinacionibus decorum
et norme et sinar quicquid boni
habemus in xpiana religione totum
pullulauit ab eo tempore dotata fuit
nam eo tempore antequam per doctrinam
beatissimi silvestri constantinus

ad fidem conversus fuisse dicendarum
plebium facultas non erat sed in diversos
errores erat scissa christianitas et omnia
fere confusa et perdita erant prout
ysidorus dicit ut supra allegatum
est et ex historiographis multimoda legitur
palam est utique ab inimico humani
generis hec suggestio est qui vellet
ecclesiam ad illum statum deducere
ut libere posset christianum populum
laniare / Bene facit fabula de tractatu
inter lupum et pastorem dixit
lupus pastori quare tu expendis
panes tuos ad sustinendum canes
qui nichil laborant sed tota die dormi-
unt / dixit pastor ad defensionem
omnium ne tu devores / respondit lu-
pus / et ego hoc facio propter canes
quia molestum michi est quod illi
non laborant / et tu eos pascas do
capio michi de tuis omnibus pascua
sed non des illis ad comedendum et
ego non accipiam laborem tuis omnibus
ad quemdam victum / dixit pastor
placet michi non dante pane ta-
libus canes mortui fuerunt et
tunc lupus libere potuit invadere
gregem / Ita dyabolus vellet hoc
suggerere ut depauperata ecclesia non
esset nisi clerici pauci miseri et
ignorantes ut ipse posset libere inva-
dere gregem christi / Sic ut supius
allegatis velim adducere decreta
aliorum conciliorum que et si genera-
lia non fuerint tamen ab ecclesia generaliter
recepta sunt et in ius commune fuerunt
quia in corpore iuris sunt clausa
venire poterunt decretum ligatum
concilii xii q. i. Episcopi de rebus et
c. ca. q. ii. Statuimus et c. si quis
de clericis et tribus c. sequentibus Item
ex concilio hylerden c. ca. et q.
presbyterorum placiti Item ex concilio
tolletano iiii° c. ca. et q. h° Et si
illi Item ex concilio Aurelianen
c. ca. et q. Si quis de clericis et c.

sequenti Item ex sinodo Anguiri-
tana c. ca. et q. si qua de rebus
Item ex concilio Calcidonensi c.
ca. et q. pravie Item ex concilio
affricano c. ca. et q. c. non licuit
et c. placuit Item ex octavo con-
cilio tolletano xi c. ca. et q. in-
quietimus Item ex concilio bracha-
ren c. ca. q. iiii quinque Item
ex concilio hyspalen c. ca. et q. v.
fixum Item ex concilio parisien
23 q. viii c. Sicut canonicam au-
ctem Item ex concilio lugdonen
de rebus non alie c. i et ii. Item ex
concilio apud siluanen c. ii. nulli
liceat alienare rem immobilem
ecclesie et ultra illorum xi generalium
per prius allegatorum habemus
auctoritates xiii conciliorum quas ego
sic perfunctorie querendo collegi ubi
quod multo plures me crederem
invenire si temporis oportunitate ha-
bita accuratius quesivissem et
habeo pro me duos canones ap-
ostolorum decreta pii et urbani qui
presserunt silvestri xi decreta
generalium conciliorum et xiiii decreta
aliorum conciliorum que ab ecclesia generaliter
sunt recepta.
Jn calce huius repositionis recolli-
gere volo brevissime xii doctores
magne auctoritatis in lege dei ve-
racissime se fundantes qui hanc
meam sententiam confirmabunt
Primus sit religiosissimus prosper
qui ut supra allegatum est dicit
expedit facultates ecclesie possideri
Secundus gregorius Nazarenus
magister beati Jeronimi conquerens
de persecutoribus suis dicebat / si
hunc inquit excludor astabo
illi altari de quo david introibo
ad altare et cetera Et quasi primis de celesti
illa relinquere nos potuit fugare
facultatibus defraudabunt quin
meis facultatibus alas michi inducat
si autem calicantis hoc utique pro

Ar

quo est omnis pugna / per quod omne
certamen. Hec ibi. Habeat ergo ecclesia
facultates. Veniunt veniant quatuor
principales doctores ecclesie. Primo
Ambrosius qui ecclesie mediolanensi
prediis opulente prefuit et di
xit. Aurum habet ecclesia etc. et de fa
cultatibus ecclesie in diversos pios
usus prudenter et sagaciter ad
ministrandis non effundendas ost
endit in libro de offi. Que sumpta
sunt c. in decretis 80 non sat et
21 q. ii. Aurum habet ecclesia. Et in
libello de obitu fratris ostendit se
patrimonium habere indivisum cum
fratre suo Satiro quod et competentes
fuisse ostendit cum ait / et certe
erat non pauper opibus sed pauper
spiritu. Bene probat predicta c. co
Venior 23 q. viii. Hinc succedit
Ieronimus qui in epistola ad Damasum
papam dicit: clericos illos convenit
stipendiis ecclesie sustentari quibus
parentum vel propinquorum nulla suffraga
tur. Tam supra allegatum est / etc.
ostendit ecclesiam facultates habere
et clericos posse proprium possidere.
De Augustino autem tam ab ipso quam
petro quam a me plura dicta
hec pertinencia inducta sunt / sed quia
delectat me hoc unum addere
ex omelia scripta super Ioh. ubi
multa ad hec pertinencia sed propter
brevem accipio. Hec verba
columba ecclesia est quid clamas
non devoramus villas columba
illas habet querat que sit columba
et ipsa habeat. Nam nostis fratres
carissimi que ville iste non sunt
Augustini et si non nos nostras et pri
tatis me gaudere in possessioni
villarum. Deus novit. Claudat hunc
quaternarium illum sanctissimus
Gregorius papa qui ecclesie romane

prefuit civitates et amplissima do
minia obtinenti cuius amplissimum
patrimonium quam solicite pro
videnter quoque rexit in registro eius
inserte epistole manifestant. Nunc
pe. ad regendum ciciliam instit
uit scribit ut a colonis census
non exigatur antequam fructus po
tuerint vendere. Nunc de expendendis
mannibus et frumentis ad urbem
de insula cicilie transferendis curam
gerit ne in urbe fiat tritici carestia.
Nunc contra principem milites defenden
pro nimium ecclesie. Atiramnis exhor
tatorias litteras mittit. Et alia plura
huiusmodi ex ipso colliguntur registro
que discerere longum esset. Sed hec
solicitudines atque cure non eum im
pediebant quominus predicacioni verbi
dei instaret prout omelie que
leguntur ostendunt atque sacrarum
scripturarum expositionibus studiis
incumberet. Moralium hoc probant
volumina et scripta super Ezech.
Cum tamen Bernardus incipit ob
sidio urbis et barbarica ensi
um tunc cervicibus immi
neret ut ex ipsius libri serie
colligitur evidenter. Denique sex
Veniat autem venerande me
morie hispanus ysidorus cuius
dictum ex tercio libro de summo
bono iam supius est insertum
nec illum repeto nec alium
addo brevitatis amator. Octavo
loco succedit ille devotissimus
ipso contemplator Bonaventura
super quarto sententiarum dis. 24 q. 1 ar.
iii. Ubi late hanc materiam prosequitur.
Nonus erit doctor sanctus in duobus
locis sed signanter secunda 2e q. c. 87
ar. vi et 1o et in summa contra
gentiles libro 3o c. cxxxi. Decimo
veniat Nicolaus de lira quem
super expositionem totius scripture
supius iam audistis quam apte
declarat hanc sublimacionem ecclesie
in gloria et potencia temporali

benignia ex divina ordinacione prede
terminata apprehendit David et usque pre
innatam fuisse videtur. Unde illum locum
tenuit venerabilis Gracianus qui
in C. Tue 23. q. 8. Sic inquit pon
to alii sunt loquitur de episcopis qui
predia villas castella et civitates
possident ex quibus Cezari dent
tributa nisi imperiali benignitate im
munitatem ad huiusmodi promeruerint
claudat nunc duodenarium huius
memorandum quem ad hunc locum
specialiter reservavi quia Cy. pe. illius
dictum non tamen michi incognitum
contulit quo nil aptius dici potuit
dicat ecclesiam civilia dominia habere
posse Iura redditus et utilitates iu
risdicciones tamen prelatus non in per
sona propria sed per seculares ministros
faciet exercere possent et plures
doctores ex allegare sed duodenarius
nus michi placuit sacro apostolorum
collegio consecratus.
Cum igitur ex premissis sole clarius
innotescat clericos qui ad hoc vo
to se non astrinxerint licite propria
patrimonia possidere et ecclesias posse
habere bona mobilia et immobilia
privata dominia et civilia quo per
seculare brachium sive per laycos
a viris ecclesiasticis possunt auferri et
si fuerint delinquentes talibus siquidem
assercio praxi et doctrine Christi ma
nifeste contradicunt. Nunquid tempore
Christi erant pessimi sacerdotes vi
ciis et sceleribus involuti et actuali
ter delinquentes ut domum dei fecerunt
speluncam latronum / et ex parte divina
eos esse et opera patris eorum facere
Christus assereret possunt viri nequiores
sacerdotes magis scelerati aliqui scribi
legi hiis qui in mortem unigeniti
dei filii conspirarunt / non tamen eis quia
diu cornu durauit sacerdocium
aut emolumenta aut honorem vel
obedienciam a populo subtrahi Christus
consuluit non utique immo eis prestari

et exhiberi mandavit unde cum mun
dasset leprosum ait illi Vade ostende
te sacerdotibus et offer munus et cetera
rantes cra credibile sz affectu depu
tato cupiditate student eme vel ve
dere spualia et ideo no sunt hetici
sz gravissime peccant et in grandi
piculo anime sue vivunt nec fru
ctus beneficiorum simoniace adeptorum
suos faciunt sz ad restitucom tenentur
nec saluari pnt si no renunciant

beneficiis symoniace acquisitis:
Nunc ad solucionem illius argumenti et c. principes 23 q. v. dico prout doctores communiter dicunt in c. ac si clerici de iudi. et hostiensis in c. ut fame de sen. ex. com. li. vi. casus sunt speciales in quibus laycis potestatibus a iure conceditur potestas in clericos Et ut breviter me expediam secularibus potestas in clericum non degradatum et traditum non est potestatem nisi ab ecclesia in subsidium invocata et ita loquuntur ista capitula circa quare de illis ad alios casus arguendo non est sed ad argumentum quod accipit ex capitulo principes Rogo ad vitatis qua formalem consequenciam facit / licet secularibus potestatibus facere cohercionem clericorum per aliquam speciem tenentem disciplinae ablacio temporalium est species terroris disciplinae ergo etc. aliquis homo est ergo iste homo etc. / modo licet aliquid facere in persona petri ipsum mutilare est aliquid facere ergo etc. Postea hic arguit sic Omne quod debet efficere potestatiue finem aliquem per racionabilem commensuracionem mediorum ad ipsum potest licite uti potestatiue subtraccione excessus et addicione ipsorum mediorum etc. quod arguit propter ipsam commensuracionem faciendam Sed ergo seculares domini debeant potestatiue efficere necessariam sustentacionem cleri per racionabilem commensuracionem temporalium que tenentur conferre clero xpo secundum quod possunt licite uti potestatiue subtraccione et addicione ipsorum temporalium etc. quod congruit propter ipsam commensuracionem racionabiliter faciendam ita dicat nec maiorem nec minorem probat sed totum sine fundamento relinquit et sine fundamento cadit / dico primo quod actum deficit quoniam bona ecclesiarum non sunt solum propter sustentacionem cleri sed ipsa facta residua debent in pios usus converti ut in primo actu latissime dixi Secunda si hec potestatiue determinat actum commensuracionis prout verisimiliter facit neganda est minor quia talis potestas commensurandi eum

remocionem superfluorum non est apud seculares potestates Et nescio si ipsi concederent se teneri ad conferendum sustentacionem clero bene propterea plus tenerentur Ubi ecclesia non haberet sed grave nimis esset eis Unde bene providit divina clemencia que dedit ecclesie unde vivant clerici et quod faciunt elemosinas populo et non audeat gravare populum Deinde arguit sic clericis licet subtrahere sacramenta ecclesie laicis delinquentibus ergo laicis licet subtrahere temporalia potestatiue a clericis spiritualiter delinquentibus Ista est una pulcra consequencia / nescio si in yponoma vel cantalorigia fiunt tales que bene scio quod non admittentur sic sequitur a simili Regi licet denegare iurisdictionem suam subdito propter delictum quia ut sciunt iuriste est quedam species cohercionis et de leuioribus ergo et subdito licet denegare obedienciam regi propter delictum sed tamen omnibus communi et humani Iuris regula quod superior in inferiorem habet iurisdictionem potestatem et non econtra Deinde arguit sic quecumque potestatiue potest stipendiens suum stipendium ab indignis operariis sicut patet ea conferre dignis cum ergo temporalia clericorum sunt stipendia laicorum sequitur etc. videte quomodo bene facit argumentum in forma bene accipit medium quoniam in minori sub locto maiorum habet diceret sed layci sunt stipendiantes clericos et tunc minor est falsa quia non sunt stipendiantes ~~clericos~~ bene posset dicere quod sunt solventes ea de quibus stipendia clericis preveniunt etc. et similiter argui posset quod licet rusticis subtrahere stipendia militibus quia solvunt principi ea de quibus stipendia prestantur militibus Deinde arguit quod rectificacio facilima clericorum esset per subtraccionem temporalium et medicina debet dari per quam aptius sanctur infirmus etc. Ista tercia petunt fundamentum / oportet primo probare quod rectificacio clericorum et medicine

exhibitio pertinet ad laycos et tunc
esset bonum querere quo et ap[?] cuius
fieri alias frustra consultat de me-
diis ad que non pertinet finis. Cum
ergo probatum non sit quod laycus hic per-
timeat ymmo per ius contrarium supra
est deductum, et deficit argumenta-
cio sine fundamento constructa. Ulterius
arguit ex c. Quicumque vult xvii q. iiii
ubi Augustinus recitat sanctum laudabi-
le Aurelii episcopi quod cum quidam non habens
filios omnia bona sua usu fructu
retento donasset ecclesie postea cum habuit
filios Aurelius restituit sibi bona quod
ad propositum utique nichil ut michi
qui est magnus iurista doctores ob
canonicos ceteros reputans aliquid de me
adiscere debet scire quod cum quis non habens
filios et donavit omnia bona sua fi-
liis nascentibus postea habet ius ad revo-
candum donationem illam patet in ti.
de off. dona. Sed an in totum aut
solum in legittima est questio inter
doctores aliqui tenent quod in totum
aliqui quod in tantum pro legittima dicebant
ante statum Aquis in hiis partem be-
nigniorem accipe et quia illa ecclesie
impios usus erogatus pietate pa-
terna consulere filiis cuius quedam
secum facit vinculum caritatis. Quinto
in fine facit quandam suppositionem quod clerus
enormiter peccaret si vellet inter-
ficere reges armis interceptis mili-
tares spoliare gentes supprimeret [illegible]
gravius tunc non esset remedium esset
remedium et remedia que scientibus
iura et eis utentibus ratione faciliter
est reperire sed non illud usurpare bo-
na ecclesie quia delictum persone
in dampnum ecclesie redundare non
debet. Et cum ut dictum est prelati ecclesie
bonorum ecclesie sint procuratores non do-
mini propter delictum procuratoris inva-
dere bona domini non est iustum. Ce-
terum de inceptis sit quicquid clerus
a brachio seculari potest debet cohercere iuxta
legem debet brachium seculare illud
perficere sed clerus a brachio seculari debet
cohercere quod adiuvat eum ad tuendum

et defendendum bona ecclesie et cetera
ad subministrandum non autem debet cohercere
quod bona ecclesie layci sibi subripiant
et usurpent. Et auctas quadam
allegat Act. vi c. dixerunt apostoli
non est bonum nos derelinquere verbum
dei et ministrare mensis videte quomodo
bene facit pro ipso an potius faciat
contra. Numquid dixerunt apostoli laycis
surripite ista bona que ad pedes
nostros offeruntur quia eorum admini-
stracio impedit nos a predicatione
verbi dei. Sed potius constituerunt dya-
conos qui illos coercere facerent
ita prelati ecclesiarum apostolos imitando
non dicunt laycis surripite bona
ista sed constituunt officiarios et mi-
nistros qui illud ministerium imple-
ant. Et ad idem pendet confirmacio
que subscripta et articulus eius finale
et eadem solutionem depellunt licet
ibi multa inmiscentur que debet po-
ste facere postea docere. Decimo
arguit ex illo privilegium meretur
amittere etc et dicit dotaciones ecclesie
privilegium ad hoc multa posset
dici cum illud sit brocardicum et
multas habeat limitationes sed hoc
sufficiat pro nunc quod cum privilegium
confertum in non subditum non potest
per concedentem revocari. Sed dotacio
ecclesie non habet nam privilegii sed ex
donationibus vel [struck] ultimis
voluntatibus in dominio aliorum trans-
lati sunt per successores illorum non
revocantur quantumcumque illi qui clericos
res huiusmodi abutantur quia talem
ius vel actio illius successoribus nullo
iure competit. Arguit demum de cor-
rectione evangelica que quo faciat ad pro-
positum bene videtis sumus namque
illius textus evangelium est dic ecclesie et
si ecclesiam non audierit sit tibi tamquam
ethnicus et publicanus. Denique
facit unum articulum hoc habens in effectu
quod sicut licitum est auferre gladium
de manu frenetici ne se interficiat ita
licitum est auferre bona temporalia
a clero qui ab utendo interficiat animam
suam. Ista comparatio quam sit efficax
omnibus habentibus oculos est manifestum

unicuique enim licitum est auferre gladium furenti ne ipso abutatur ergo unicuique licitum est auferre bona temporalia eis abutenti. Si hoc concederetur quanta occasio spoliandi alios preberetur quantaque seditionibus et turbationibus occasio. Vero ita concussiteur sed dicit forte aliquis cogitat etc. in primo actu. Et habetur xxiiii causa q. v. et c. Reos enim si agens :

Respondeo hec ad rationes meas nititur respondere et quomodo ille responsiones valeant cunctis sit notum. Legant utraque toto effectu solutiones et que omnes auctores prius introducte loquuntur de clericis non delinquentibus spiritualiter sed manifestum est quod non procedunt quia auctores inec loquuntur de nequissimis sacerdotibus et spiritualiter delinquentibus qui domum dei fecerunt speluncam latronum et in mortem ipsius dei filii conspiraverunt. Et de episcopis qui relicta kathedra plebe deserta aucupabant nundinas negotiationum et usuris insudabant ut ex canone lectori lucidum est videre. Ultimate sic subiungit. Videre quod Christus subtractionem temporalium a sacerdotibus approbavit et per suo tempore huiusmodi subtractio est adimplenda dicit Mt. xxiii: Ecce relinquetur vobis domus deserta id est ipsum templum secundum literam. Quia per Romanos fuit destructum nec reedificabitur amplius hec litera. Item Mt. xxi: Auferetur a vobis regnum dei super quo litera i. regimen ecclesie aliud regimen et dabitur genti facienti fructum eius i. apostolis et eius successoribus hec litera. Videte manifestam calumpniam scripturas que loquuntur aperte de iudeis dicit esse prophetias de clero et ad sui confusionem ipsemet aufert expositionem litere licet ex textu eius satis sit clarum. Dicit Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta i. templum quia per Romanos fuit destructum. Quales sunt iste prophetie tales omnes alie quas adducat talium impiose sophistice extorte et pure cavillationes. Respecto igitur ad monitionem illam ex verbis sapientis Ecclesiastici xxviii° dicentis tuis sepiens: Sepi aures tuas et noli audire linguam nequam et ori tuo facito ostium et seras auribus tuis. Deo omnipotenti gratias :

Finis istius Responsionis super Replicacionem Bohemorum completa est m°cccc° anno xxxiiii° feria quinta ante festum gloriosissimi Episcopi et martiris sancti Stanislai Cracoviensis Episcopi Basilee tempore Concilii etc.

Hec sunt collecta et excerpta ex summa Benedicti Abbatis Massilie super capitulo Firmiter credimus de summa Trinitate et fide catholica. Additis paucis aliis contra diversos errores impugnancium fidem catholicam Ecclesie sancte Romane, qui clavibus ministris et sacramentis ecclesie multipliciter prout subscribitur contradicunt. Et qualiter illis obviandum sit auctoribus racionibus et exemplis

In primo capitulo continetur quod una sola est Ecclesia Romana extra quam nemo salvatur in alia quacumque fide quam illius ecclesie in qua sola perfecta veritas invenitur etc.

Una est fidelium universalis ecclesia que unit in unitate fidei et in una credulitate articulorum ac sacramentorum. Et in una conformitate signorum sacramentalium universe fidei etc. xxiiii q. i. Hec est fides. Huius universalis ecclesie radix est fides. Ro. i. Iustus ex fide vivit sicut arbor ex radice. Ipsa eciam est fundamentum edificii spiritualis i Cor. iii°: Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod Christus Iesus est i. fides Iesu Christi. Quia ergo prima

cognicio ecclesie ex fide est. Pillam enim
primo cognoscitur et distinguitur
ab ecclesia malignancium Gal iii
Cognoscite qui ex fide sunt hii sunt
filii dei. Ideo premisit apostolus de fide
per quam ecclesia consistit Hebre xi fides
est substancia sperandarum rerum et sine
qua impossibile est placere deo / que una
dicitur collective sicut multa membra v-
num corpus Ro xii Et sicut in uno
corpore multa membra habemus lxxx
ix di. Singula Et sicut ex multis
granis unus panis fit sic unum
corpus multi sumus i Cor x Una
et nulla alia est ecclesia nisi que est
in apostolica radice fundata xxiiii
q. i. pudenda de qua dictum est Math
xvi Tu es petrus et super hanc pe-
tram edificabo ecclesiam meam Et xx
iiii q. i. loquitur Et ne apostolica sancta
et catholica est quia recte credit in
deum de conse. di. iiii. prima Nec
due possunt esse ecclesie quia una que
corpus christi est constat esse ecclesiam
que in duo vel plura dividi non potest
simul enim cum ab ea quisque discesserit
ecclesia esse desistit xxiiii q. i. Scisma
Et ideo nichil sit deus formidare christi-
anus quam separari a corpore eius Si
enim separatur a corpore christi non est me-
mbrum eius si non est membrum non
vegetatur a spiritu eius xi q. iii Ri-
chel Et xxiiii q. vii. Quemadmodum
christus enim est caput ecclesie Ephe v
Ecclesia vos corpus et membra christi i
Cor vi Nescitis quia corpora vestra
membra sunt christi Huius ecclesie fidei
unitas cadit in preteritos presentes et
futuros Nam qui preibant et qui se-
quebantur clamabant osanna fi-
lio david Math xxi Est enim una
semper et eadem quia super uno fun-
damento fundata quia ab uno
cepit eius origo Quia per unam
columbam unam perfectam unam
electam signata Cant vi Quia unum

corpus in christo / quia uno spiritu per
gratiam unita et unificata quia
in una spe vocata una fide uno
baptismate uni deo uni domino ad
serviendum in caritate coniuncta Hec
autem una ecclesia in multitudine
incremente fecunditatis extenditur
Sicut unus radius solis in multos
radios Sicut una arbor in multos
ramos Sicut unus fons in multos
rivulos sicut plenius habetur
xxiiii q. i. loquitur Nec obstat di-
versitas observanciarum religionum
et ordinum diversorum statuum unius
ecclesie / sicut in uno ovili diverse
oves diversorum caracterum et vellerum
quarum tamen unum est lac unus
pastor unum ovile Sic in ecclesia
christi Joh x dicentis ego sum pa-
stor bonus etc. multa diversitas in-
venitur Quia alii sunt coniugati
alii virgines alii continentes Et tot
diversorum varietates ordinum
qui tamen ex eisdem fidei spei et caritatis
unica religione concordant ut dicit
Aug. Sicut per eandem viam alius
pedes alius eques alius in comitatu
alius solus incedit / sic per eandem unam
christianitatem diversorum ordinum professo-
res in qua alius sic alius sic ambulat
omnes tendentes ad unum finem scilicet
ad salutem Hec secundum ecclesia in-
cepit a primo iusto Abel in quo inci-
pit et persecutionem pati et in persecucio-
nibus crevit ecclesia usque ad finem
seculi numquam desitura et in ea Abel
esse tenuit que tamen malicia
non cessaret Et ante ecclesia fuit an-
te christi adventum prout Act xxvi in
textu contra dicens quod ea que lo-
quti sunt prophete Item ii Cor iiii
habentes eundem spiritum sicut scriptum
est Credidi propter quod locutus sum
et nos credimus propter quod et loquimur
Una ergo et eadem fides fuit in anti-
quis sanctis qui fuerunt ante adven-
tum christi et in illis qui post fuerunt
scilicet sicut illi credebant christum venturum

sicut nos illum credimus iam ve
nisse ut sic distinguuntur tpa s no
fides Unde illi quasi milites in ante
precedebant regem contra dyabolum
pugnaturum muniti sacramentis
illius tpis quasi armis quibusdam
Item cum offerebantur in illis obla
tiones sacrificia mediante fide qd pg
ea sub lege scripta circumcisio ut sub
gra baptismus quia per hec a peccato tam
originali quam actuali iustificabantur
de con. dis. iiii. Cum apud nos et c
sequitur Sed ianua regni celestis no
erat eis aperta donec xpus ascen
dens in celum ianuam se sequentibus
aperiret cum in sinum abrahe i. in tran
quilla requie serabantur Cum vero
pg incarnationem quasi milites se
quntes regem habentes sacramenta si
dei tamquam arma contra demonia
pugnaturi Sic ergo sunt tpa na
turalis legis ab adam usque ad moysen
sive tpe scripte legis a moyse
usque ad xpm sive tpe gre a xpo
usque ad finem seculi omnes unam
fidem veri regi a xpo militaverunt
Qui tyrannum dyabolum superaverunt
qui genus humanum deceperat frau
dulenter et detinuerat violenter
Cum xpo ergo incepit ecclesia que modo
dicitur Romana iuxta illud mt xvi
Tu es petrus et sup hanc petram
edificabo ecclesiam meam Petrus ergo
successit xpo Clemens petro et de
aliis usque ad finem seculi duratu
ris Extra cuius ecclesie unionem
sicut extra archam noe quisquis
perit dampnationis diluvio Et sic
extra ovile quecumque omnes p manes
morsibus luporum exponitur
et furi patet qui venit ut furet
et mactet et perdet :

Capitulum xiii contra illos qui di
cunt romanam ecclesiam defecisse
a tpe Constantini Imperatoris et
bona tpalia possidere no debere

Quod autem hec sancta romana
ecclesia no defecit tpe beati Silve
stri propter tpalia data p constantinum
ecclesie experiencia incrementi declarat
Et dotacionem ecclesie in tpalibus per
approbationem miraculorum deus ratam
et gratam ostendit in mundacione
Constantini a lepra in suscitacione
thauri et in mirabili ligacione dra
conis ut hr in legenda de sancto
Silvestro sed quidam obiciunt here
tici qd Silvester no successit cristo
sed Constantino indicentes illud xpi
xx Scitis qd principes gencium
dominantur eorum et qui maiores sunt
ptatem exercentur in eos no ita
erit inter vos Respondetur qd p hoc
ambicio fugienda innuitur Et Sil
vester xpo successit in cathedra pon
tificali Constantino vero in cathedra
Imperiali unde ex prologus ecclesie ro
mane contess et xx vi. d. Const
antinus et sunt completa prophecia Dan
vii Regnum autem et ptas et magna
nitudo regni que est subter omne
celum detur populo sanctorum altissimi
Xpus autem cathedre regnum humani
di habet sicut ipse ait mt ultimo
Data est m ptas in celo et in terra
et qui habet ab ipso habet prov. viii
p me reges regnant Et dan iiii
Deus celi regnum et fortitudinem
et imperium dabit tibi et cui vult
tribuit illud Ideo de sancto petro dicitur
tibi tradidit deus omnia regna
mundi et ideo tradite sunt tibi cla
ves celorum Item obiciunt qd xpc
fugit regnum humani Joh vi Res
pondetur quia tunc venit xpc
ut pateretur et fuit obediens usque
ad mortem et propter hoc deus ex
altavit eum et dat e. ut etiam
nec decuit tunc eum accipere re
gnum mundi ab hiis qui dare
sibi no poterant scilicet a turba que
subsunt romano imperio sed potius

decuit xpm accipere cessionem xpianiim-
perii per Silvestrum suum vicarium
a Constantino imperatore qui vocatus
ad fidem fuit et potuit dare xpo
imperium et ut sic lapis abscisus
de monte sine manibus percussit sta-
tuam in pedibus ferreis Dan. 2o
Et quod iterum obiciunt regnum meum
non est de hoc mundo etc. Respondet
ut dicitur Joh. x. Pater dedit michi quod
maius omnibus est cuius est quasi mi-
nima portio mundus iste Ideo po-
tius quam mundus iste est de regno
xpi non tamen pro tunc sibi datus a patre
sed post glorificationem sibi dandus ut dix-
erat Joh. xii Nunc princeps huius mundi
eiectus est foras Et ego si exaltatus
fuero omnia traham ad me Deus
eum et regnum quod non finierit sibi pre-
bit Isa. lxi Et erit omnis terra posses-
sio eius Quare autem non deficiat ecclesia
habemus prophetica et angelica et euangelica
testimonia Isa. ix Parvulus datus
est nobis etc. Super solium David et
super regnum eius sedebit ut confirmet et corroboret
in iudicio usque in sempiternum Item Luce
1o Dabit illi deus sedem David patris
eius et regnabit in domo Iacob in eternum et regni
eius non erit finis Sed illud regnum ap-
pellatur ecclesia ergo non erit finis ecclesie
ex quo incepit etc. Item Dan. 2o In die-
bus illis suscitabit deus celi regnum
quod in eternum non dissipabitur et regnum
eius alteri populo non tradetur Com-
minuet autem et consumet universa
regna hec et ipsum stabit in eternum
etc. quod vidisti quod de monte abscisus
est lapis sine manibus et comminuet
testam et ferrum et es et argentum et aurum
Iste lapis xpus est I Petri ii sine
manibus i. sine viri opere abscisus de
monte i. de beata virgine vel de cetu
sanctorum patrum veteris testamenti Item
Mat. ultimo Vobiscum sum omnibus
diebus usque ad consummationem seculi Hec
dixit xpus prelatis ergo ecclesia non

deficiet usque nec deficiet ad consummationem
seculi Item Luc. xxii dixit xpus
Ego pro te rogavi Petre ut non
deficiat fides tua ergo fides eius non
deficit ergo nec ecclesia quia fides xpi
non nisi in eius ecclesia invenitur Item
Johannis xvii xpus orans ad patrem
dicit non pro eis tantum rogo s. apostolis sed
pro eis qui credituri sunt per verbum illorum
in me Ad Ephe. ii et in Phil. i
Thronus tuus deus in seculum seculi v. e. vir-
ga t. Thronus i. ecclesia dei que nunc
romana dicitur et omnibus ecclesiis est
preferenda quia Petrus fuit a xpo
caput ecclesie constitutus dicente Tu
vocaberis Cephas quod interpretatur caput
Item Tu es Petrus et super hanc petram
etc. et eius vicarius et clavigerus
regni celestis effectus Ideo post as-
censionem domini ab omnibus apostolis electus
et princeps prefectus Et fuit ab uni-
versis statutum ut tam ipse quam
quilibet successor eius princeps et
caput esset omnium ecclesiarum ut xxi
dist. in novo et xxii Sacrosancta
Petrus vero Romam veniens et iterum
inde recedere volens obviam xpm
habuit dicentem sibi Vado Romam
iterum crucifigi Reversus Romam omnium
princeps electus xxv annos et menses
vii rexit ecclesiam ibidem crucifixus est
Ideo Romana sedes apostolorum nitro 122
dedicata omnium obtinet principatum ut
ubi fuerat caput superstitionis ibi fiet
caput sanctitatis et que erat magistra
errorum fiet discipula veritatis et ibi
fuerat principatus totius xpianitatis
propter quod qui Romanam spernit ecclesiam
hereticus iudicatur xxiiii q. i. Hec est
fides et dist. xix Nulli fas est Et qui
privilegia Romane ecclesie conatur auf-
ferre hereticus est dicendus dist. xxii
Omnes Quotiens enim de articulis ne-
gotiis agitur vel de fide quod omnes
ad ipsam est recurrendum et quod dif-
finierit firmiter est tenendum xxiiii
q. i. Quotiens Et xvi dist. preceptis
Extra quam nullus omnino salvatur
xxiii dist. Item episcopus Romam aqua

diluuii omnes quos extra archam invenit extinxit 24 q. 1. Quia ex sola catholica romana ecclesia conspicitur vitalis sola est que in se positos custodit valida compage caritatis Augustinus de fide ad pe. Firmissime tene et nullatenus dubites non solum omnes paganos Judeos et hereticos atque scismaticos qui extra ecclesiam catholicam finiunt vitam in ignem eternum positos qui paratus est dyabolo et angelis eius Et ideo non est orandum pro eis quia quem vivus non communicavimus nec mortuus communicare debemus 24 q. 1. Scisma et 24. q. 3. Sane et extra de sen. ex. a nobis Nota Non igitur deficit romana ecclesia per adepcionem temporalis dominii a constantino vel ab aliis regibus sive principibus Non enim per hoc ipsa facta est imperator vel rex. sed caput imperii vel regni illius imperatoris vel regis qui de gentilitatis errore convertitur et subdit obediencie et dominacioni ecclesie se et sua et hec videtur racioni congruere / ut quilibet habens in potestate bona sua commutare vel dare cui voluerit / Convenienius autem hec transitoria commutare possit in eterna et dare illi a quo omnia sunt donata christo videlicet et eius vicario et ecclesie sue sancte Et si non licet ecclesie habere et temporalia possidere / quid restaret aliud nisi quod increduli heretici ac tyranni contempta ecclesie obediencia mox in exterminacionem tocius ecclesie et fidei christiane procederent quantum possent Et si licet inferioribus ecclesie membris pro defensione sua videlicet regibus principibus secularibus regna ducatus et terras et possessiones habere a forciori licebit membris superioribus spiritualibus videlicet principibus hec habere / Alioquin confirmacionem maioris minor esset providencia minoris vero maior a deo concessa / quod esset contra ordinatissimam providenciam iusti dei Et si quis contenderet omnes ceteros catholicos habere bona temporalia / et ipsa non debere hoc inconveniens sequitur / aut omnia temporalia omnino non esse / aut incredulorum et inimicorum fidei omnia ipsa esse Convenit igitur ecclesie habere temporalia sine quibus spiritualia diu stare non possunt Et si allegaverit quis statum ecclesie primitive, in qua plurimi dimissis omnibus christum pauperem sequebantur Et similiter illud euangelium / Nisi quis renunciaverit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus Respondetur / aliud racionabiliter et necessarie fieri oportuit in propagacione tunc nascentis ecclesie / aliud vero nunc in conservacione ecclesie roborate et dotate imperio regnis finibus quam terrarum / In [illegible] (?) enim tunc fuerat christianus sub dominio gentilibus imperatoribus et regum nondum christianorum sed christi fidem extirpare conancium sua bona temporalia sub ipsius potestate retinere Ideo congrue tunc omnia que poterant vendita christianis pauperibus erogabant Quinimmo Phillippus imperator philippi filius thezauros imperiales dedit ecclesie et beato Syxto pape et eosdem thezauros ecclesie beatus laurencius facta de eis inquisicione dispersit dedit pauperibus christianis / quia pro tunc nec thezauros / nec possessiones retinere poterant sub imperatore decio persecutore fidei christiane / Nunc vero postquam imperatores reges et fines terrarum iugo fidei colla subdiderant / esset stultissimum adversariis fidei ipsa committere / quibus patrem catholice fidei necessario tenentur / Patet igitur quod temporalium adepcione non deficit ecclesia sed eorum usu debito fidei potius proficit incremento:—

Capitulum tercium contra illos qui dicunt in ecclesia malos non esse sed tantum bonos solummodo continere:

Sed quod hec visibilis ecclesia militans bonos malosque in se continet ewangelicis auctoritatibus declaratur. Nam quod exponit beatus gregorius de ecclesia militante illud Math. xxv (?) ubi simile dicit

regnum celorum sagene misse in mari
que bonos et malos continet in se
pisces sic fidei sagena bonos et ma
los nos continet sed littus maris indica
bit quid ecclesie sagene trahebat Item
ut habetur Mt xx regnum celorum ecclesia
militans simile dicitur decem virgini
bus quarum quinque fatue et quinque pru
dentes Item ut dicitur Ro. ix In magna
domo domini vasa sunt contumelie et ho
noris Item ecclesia que comparatur ar
che Noe in qua animalia munda
et inmunda sunt xxxiiii q. i. est ecclesia
la continet nunc bonos et malos sed
post finem diluuii de solis mundis domino
offerunt Item ecclesia dicitur ouile ubi
hedi cum agnis tenentur Joh x Item
dicitur ager ubi mixta sunt zizania cum
frumento Mt xiii Item dicitur cena domini
in qua ille non habens vestem nupcia
lem obmutuit Mt xxii Item dicitur
regnum celorum de quo omnia scan
dala tollenda mittet dominus angelos
suos Mt xiii Ita continet ecclesia mili
tans sicut bonos ita et malos dummodo
in unitate fidei permaneant et sunt
tales sicut manus arida seu aliud
membrum in corpore sine sanguine quod
est quidem membrum corporis sed inefficax
et mortuum Sic fides eorum cum
sit vera cum sine operibus mortua
est [...] Sicut dicit Et Jacobi ii
Et ecclesiastica sacramenta que susci
piunt vel conficiunt et ministrant licet
habeant omnem efficaciam et virtutem cum
spiritualem vivificacionem ab eis non su
scipiunt tanquam membrum aridum
spiritum sui corporis vivificacionem non
suscipit [...] Etiam corde tali igitur
in ecclesia tollerantur racionabiliter
inter bonos ad exercitacionem et meritum
bonorum / etiam ad eorum custodiam
et defensionem ut in vite non solum
sunt botri [...] et Uve sed et folia ad
uvarum custodiam et labrusce et
ut in apiario non solum apes fru
ctifere sed etiam infructuose fortes et
magne que licet apium bonarum

vivunt laboribus plus tamen valent
ad expugnacionem apium et noxiorum
brutorum violenciam reprimendam:

Capitulum quartum contra nega
ntes claves ecclesie et potestatem liga
ndi et solvendi et cetera:

Hec ecclesia militans a Christo datur vi
clavibus ut per ipsas aperiat dig
nis ianua regni celestis contra
quos ligamus super terram erit liga
tum et in celis et quodcumque solvis
Clavis aperie regni celorum est illud
quod ipsum regnum celorum aperit et
in illud introducit Et hec est potestas
sacerdotalis et hec claves dantur
eis per ministerium episcopi in ordinacione
sacerdotum cum dicit accipite spiritum
sanctum quorum remiseritis peccata remit
tuntur eis et quorum re. re. sunt Et
sunt due claves Prima est potestas sacra
mentandi officium sanctificacionis
quo utuntur sacerdotes baptisando
et cetera sacramenta ministrando per hec
enim in ipsum regnum celorum in ipsum
veri nominis templum sanctum introdu
cunt nisi impedimentum posuerint
ipsi qui sacramenta percipiunt Et hec
gracia sanctificacionis est sancte civitatis
que est ecclesia militans in caritate et
in fide. Secunda clavis est potestas
iudiciaria ligandi et solvendi exclusio
la apercione et clausione atrii fori
sece et excommunicacionis Communio eius
sacramentorum et suffragiorum proprio
et si non introducunt intus multum
tamen ad ingressum quia pecca prohibe
excludunt contrarios qui claudunt introitum
celorum et turbant pacem subditorum
predicte due claves et racionabili ne
cessitate sunt in ecclesia quia sine
hiis non est gubernacio humani
generis nec est ordinata domus dei
nec bene administrata res publica
spiritualis / racionibus ita patet Quia om
nipotens et sapientissimus deus cuius
providencia ordinacio cuncta dispo
suit / ita ut maiora magis curet
et ordinat et minora minus aliquando

in ordinata esset eius ordinatio /
Sed quia longe maiora et meliora sunt
spiritualia quam temporalia / et ordinatio eorum
tanto necessarior quanto inordinatio peri
culosior / et quanto anima plusquam corpus
Cum igitur temporalia legibus et statutis
et legum ministris regibus et princi
pibus providentissime ordinavit multo
fortius et tanto curatius spiritualia debu
it ordinare quanto ipsa sunt temporalibus
meliora / Item si propter terrenam rem
publicam et propter ea que sunt hominis
ad hominem tam exquisitas leges tot et
tantos magistratus et iudices institui vo
luit / quanto magis propter spiritualem rem
publicam / et propter ea que sunt hominis
ad deum saluberrime leges et iudi
ces et magistratus spirituales instituendi
sunt. Item si potestas est terrena propter tempora
lia erit et potestas spiritualis propter spiritua
lia. Item si temporalis iniurie et offen
se sunt presides pretores et pacifica
tores et ministros iustitie / quanto fortius
spirituales et istos vocamus confessores
et apud deum intercessores. Item si ta
lentis temporalibus presunt qui ea in
to exigunt et quibus reddunt ali
quam rationem multo fortius praesunt talentis spiri
tualibus. Et hii sunt prelati qui debent
reddere computum et rationem totius vi
te sue in confessione. Ipsi enim sunt
velut maiores dei dispensatores sicut
dicit Hebr. ultimo. Item si morbis
et vulneribus corporalibus providit deus
medicos et medicamenta quorum
ministerio corporibus sanitatem presta
rent / quanto fortius morbis et vulne
ribus temporalibus medicamenta providit
sacramenta vocamus et medicos q=
uorum ministerio sanitatem vocamus
Item quia vita humana hec est po
tissimum et fructuosissimum ut deo sit
honorificata et accepta quod utique non
est nisi per cultum divinum et dei
obsequium ne igitur potissima pars
bonitatis sue et fructuositatis desit
humane vite necesse est cultum divi
num / hic autem in duobus consistit scilicet

in dei honorificentia et animarum sancti
ficatione. Sed autem cultus iste per
eos sacerdotium sive sacrum ministe
rium / eos propter hoc ut precepta divini
cultus vel religionis contineat in se vel
quod ita impleat et impleri faciat omni
servitium ge et potestas sanctificationis ani
marum honorificentie dei claves sunt
rum quas claves dei quibus in sacerdotis
officium ordinari ministerium gratie san
ctificationis quo sanctitas divina virtute
patitur aperit regnum celorum tam mi
litantis quam triumphantis ecclesie quod
in eo est quia sanctitas ipsa civitatis
est huius sancte civitatis et intrancitas
quia intus est qui vere in ea est
potestas vero que data est propter dei ho=
norificentiam est potestas iudiciaria et
ecclesie qua deum exhonorantes exho
norantur citatione de sacris locis et de
communione eorum que ad dei honori
ficentiam et cultum pertinet vel etiam
de communione vite communi ut qui con
tumeliam faciunt in facie hominis
contumeliam patiantur. Et hec est
ut medicina sit ut per hoc ad unionem
redeant. Unde nota quod potestas iudicialis
sive iustitiaria est sicut quedam cirur
gia spiritualis que tamquam ferro et ig
ne que putrida sunt aut aliter mor
bida in corpore ipsius vitiantur secantur
vel tolluntur de medio per mortem
etiam corporalem. Gladium autem materialem
et ignem certa quod penarum corporalium
instrumenta exercent principes seculares
velut dei et ecclesie cirurgici Ro. xiii.
Unde gladius potestatis illius est ut fer
rum medicinale quod exterius secat et
intus sanat ut lxxxiii dist. Et ali
quanti hii sunt duo gladii de quibus
Luce xxii Ecce duo gladii hic. Gla
dius autem alius que claves dixi
ut acutior intus trucidat veterem
hominem sive baptizandos sive alia mi
nistrando sacramenta patet ex hiis ne
cessitas clavium ecclesie ad regendum
ad confirmandum eam. Ornatum exerci
torum et officium solis sacerdotibus
commissum esse creditur qui ad hoc per

ecclesiam rite fuerunt ordinati.

Capitulum quintum contra illos qui ordinacionibus sacerdotum et aliis sacris ordinibus contradicunt etc.

De institucione autem ordinis sacerdotalis qui est sacri ordinis sacramentum auctoritatum approbacionibus est non dubium. Est autem sacramentum ordinis sive ordo sacrum signaculum quo spiritualis sacra potestas traditur ordinato sacrum signaculum dicitur quia eius preceptum sacra reb. i. grad. conferetur quam figurarunt ea que in eius collacione ab Christo sunt. Certum esse aliquos sacramentum quod esset sacrum signaculum ordinacionis distinctivum potestatum ad sacra ecclesie dispensanda. Et hoc sacramentum debet cum magna discrecione et solempnitate dispensari et solis episcopis et solis personis liberis et honestis a cunctis irregularitatibus alienis tempore statuto sacro loco tempore misse et temporibus a canonibus institutis. Est autem hoc sacrum ordinis in novo testamento ab apostolis tamquam episcopis solempniter sit exhibitum ut patet Actuum xiiii ubi Barnabas et Paulus per singulas ecclesias presbiteros constituunt. Item Act. vi. Apostoli ordinaverunt septem dyacones et orantes imposuerunt eis manus. Item i Thimo. iiii. Noli negligere graciam que data est tibi per imposicionem manuum presbiteri. Item epistola ad Thimo. v. Nemini cito manus imposueris. Item apostolus tractat episcopis et dyaconibus Philip. primo. Et commendat capitulum Thimo. iii. et iiii. et v. Et tractat se ordinem se in episcopum Thimo. ii. Tite i. Et Christum appellat pontificem Hebre. vii. A quo pontifice Christo apostoli sunt tunc in episcopos ordinati et electi cum in convocatis dedit eis potestatem spiritus immundorum et ut eicerent demonia Luce x. Tunc autem in sacerdotium ordinati sunt cum dans eis corpus suum dixit hoc facite in meam commemoracionem. Et tunc insufflavit in eos dicens Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Postea vero scilicet lxxii discipulos et misit eos binos et binos ante faciem suam dans eis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones et super omnem virtutem inimici. Isti sunt minores presbiteri qui predicti. De modo autem et forma consecrandi instruxit eos in cena cum accipiens panem gracias agens benedixit et fregit dicens Accipite etc. Et multa alia relinquit apostolis ordinanda que ipse non ordinavit xxviii q. i. Iam nunc. Et Joh. xvi. Multa habeo vobis dicere que non potestis portare modo cum autem venerit ille spiritus veritatis ille docebit vos omnem veritatem et suggeret vobis omnia etc. que omnia de institucione sacramentorum et disposicione ecclesie intellecta creduntur. Sicut igitur sacrificia veteris testamenti per solos sacerdotes ad hoc ex precepto domini electos et ordinatos licuit ministrare que tamen sola sunt umbra et figura ordinis et sacrificii novi testamenti, Multo forcius nec ipsa que sunt veritas figurata sine debita ordinacione et cetera sine liceat ministrare. Quod autem illa figura fuerat dicit apostolus i Cor. x. Omnia in figura contingebat illis. Item quod exemplari et umbre deserviunt Hebr. viii. Vide inquit omnia facito iuxta exemplar quod tibi monstratum est in monte. Item Heb. ix. Illa sunt parabola temporis instantis. Sed quod ordinis sacerdotalis institucio nota in veteri lege scripsit Exodi ut patet Exo. xxviii ubi precepit dominus Moysi. Applica fratrem tuum Aaron ad te cum filiis suis ut sacerdocio fungantur michi. Ante legem etiam sacerdos fuit Melchisedech cui persolvit Abraham decimas de omnibus spoliis tamquam sacerdoti Gen. xiiii. Et Luc. vi. David etc. constituit

xxiiij simuos sacerdotes quorum omni
bus preerat unum quod statuit principem
sacerdotum primo palip xxiiij Item
Exo. xxviij et xxix et leui. viij° et
x. ubi agitur de ordinacione et officio
sacerdotum Quod ordo sacerdotalis
officij tam in ueteri quam in nouo te
stamento nostitur institutus :

Capitulum sextum contra negantes
quod solis presbiteris liceat conficere sa
crificare et alia facere competencia
solis ordinatis et missis etc.

Quod autem solis sacerdotibus
rite taliter ordinatis liceat co
ficere sacrificare et sacramenta mi
strare et operaciones sacrorum ordi
num exercere patet auctibus scriptu
rarum tam in ueteri quam in no
uo testamento Numeri viij xviij
Nume. dicit quod Externus qui ad ministr
andum accessit moriatur Exem
plo Chore xvi xvij et xviij ubi
dicitur Ne quis accedat alienigena
qui non est de semine aaron ad of
ferendum Item xviij ubi dicitur omnia
que ad cultum altaris pertinet et intra
uelum sunt per sacerdotes admini
strabuntur si quis externus accesserit
occidetur Item saul priuatus est
regno qui obtulit holocaustum primo
Regum xiij Item manus iero
boam aruit quia ascendit
sup altare ut adoleret incensum
iij° Reg. xiij et xiiij Item quarto
Regum xv et ij° palip. xxvi Ozi
as percussus est lepra in fronte quia
sacerdotis officium usurpauit in
censum sup altare thimiamatis
adolendo Item Oza mortuus est
qui tetigit archam ij° palip xiij
Item actuum xix Septem filij sceue
quos afflixit dyabolus qui pau
li officium usurpabant Ex quibus
colligitur qualibus ulcionibus
digni sunt qui sacramentorum officium

noui testamenti non ordinati ad hoc
se immiscere presumunt Sed contra hoc
obiciunt heretici dicentes Quod quibus scilicet
sed potestatem et officium ad predicandum
indiciunt xpistus dominus Multi sacerdotes et
pauci sacerdotes et infra non omnis
sacerdos scilicet sed omnis scilicet sacerdos
Ex hac auctoritate inferunt sed aliquis scilicet
est laycus ergo aliquis laycus est
sacerdos ergo potest conficere ligare et
soluere cum hec ad officia pertinent
sacerdotis Respondetur per distinccionem
equiuocacionis huius nominis sacerdos
quia quidam sacerdos sumitur pro illo solo
qui ad officium sacerdotale consecratus
est ut hic dicitur Nemo potest conficere
nisi sacerdos qui rite fuit ordinatus
Extra. vlt. Et luce xvij Vade osten
de te sacerdotibus Et prima ad thimo
iiij Noli negligere graciam que data
est tibi per prophetiam cum impositione
manuum presbiterii Aliquando uero sacerdos
sumitur large pro quolibet sancto viro qui
dici potest sacerdos uel quia unctus
spiritu sancto ut se ipsum offerat igne
caritatis accensus in ara contri
cionis psalmus Sacrificium deo spiritus
contribulatus etc. Vel quia est me
brum illius summi sacerdotis de
quo psalmus Tu es sacerdos in eternum
Vel quia sacris id est sacramentis dotatus
de quibus prima petri ij° Vos estis genus
electum regale sacerdocium Apok.
i Fecit nos deo regnum et sacerdotes
etc. Ad sacerdotes igitur primo solos
pertinet sacerdotale officium et ad
alios modos dictos non Item non quia iste
laycus est sacerdos id est sanctus ideo
potest consecrare et absoluere ut sacer
dos primo quia est fallacia equi
uocacionis Item dicit obiciunt ex o
apostolorum qui erant piscatores
capitulum iiij° Et layci actuum iiij° videntes
petri constanciam Et johannis quod
homines essent sine litteris et
ydiote admirabantur Ex hoc arguunt

q licitat quiter laicis pdicare et
in ecclia locum regiminis tenere Res
pondet q hoc q dnr ydiote et
sine litteris ad eorum primitiua re
fertur q erm opinioz wlgi dr pro
ut fuit ante eorum vocacom et
instruccom et ordinacom sicut iuis
de rustico layco aut mechanico fit
ctus et pq ea sacerdos no tn sq
q sacdos sit laicus s fuit laicus uel
ydiota Et sicut ille nos docet per
laborem ure studij et ordinat p
suu vicarium Ita idem ipse voca
uit et ordinauit aplos et docuit
p se ipm et apruit illis sensum
ut intelligerent scripturas luc ultio
Et luc xxi Ego dabo vobis os
et sapiam cui no put re. o. a. v
Item Johannes xvi Spus vitat do
cebit vos omez vitatez Item Gal j
vro ab hominibus neqz p hominez sed
p ihm xpm Et ī neqz ab homine accep
ti eum neqz didici s p reuelacom
xpi Et ut in plo biblie Item act
iijo vtam sicut linguas apli didi
cerunt a spu scto ita et lras po
Joh ij vo nec habetis ut aliquis do
ceat vos s vnctio eius docet vos
de omnibus Sz q apli no p acquisita
s infusam sciam fidem catholicam
fundarunt Ideo fuit nc fidei veritas
inventa p humanaz sciam creditur
Item obiciunt q liceat etiam mulieri
bus predicare inducentes de beata
maria magdalena que legitur predicasse
quare licet et alijs pdicare Respon
detur q si ex spali priuilegio sibi licuit
ad tpus pdicare aut quia a xpo mis
sa tanquam aplorum appla ut dicit et nu
ciat discipulis eius et petro quia
surrexit a mortuis ut qui ad vocem
mulieris xpm negauerat et ceteri
omnes fugierunt Ita ad vocem illius
mulieris reuerterentur ad fidem

Aut quia sedens secus pedes dni
audiuit vbm illius Aut quia ob illud
osculabatur sepius pedes ihu Sz
tm priuilegium vni datum ab al
tero trahi no dz ad sequelam Ideo
actum in casibus dissimilibus nichil
vz Eciam respondetur q cum prohi
bicom ecclie licebat no vm in
speculo historiali legitur Enim
beata maria magdalena diutius
pdicasset maxime cum ad eius
noticiam puenisset q aplus
mulieres in ecclia tacere precepisset
contemplacom vacans ad heremu
se contulit et p xxx annos ho
minibus incognita no obstante p
uilegio supra dicto pq ea nunc
pdicauit / dixerat enim aplus
pa ad thio ijo Mulier in silen
cio discat cum omni subieccone
docere aut mulieri no p mitto
s esse in silencio Chalunt ergo de
terminacom ecclie hunc obedire
quia contra preceptum apli tenere
predicare Nulli igr liceat pre
dicare aut alia ordinis sacerdo
talis officia exercere nisi ad hoc
rite fiat ordinatus et missus
prout dr aplus Ro x Quo pdi
cabunt nisi mittantur Et Jeremie
xxiij Currerunt et no vocaui
eos prophetarunt et no ex me et
tales no intrant p ostium in
ouile s ascendunt aliunde ut
fur et latro qui no venit nisi
ut furetur et mactet et pdat Si
quis autem credit uel conte
dit se posse sacram altaris co
ficere aut alia sacerdotium
officia exercere qui no sit p
visibilem Epm et psbrm or
dinatus hereticus est censendus
et pdicacionibus Chore participes
Et ideo ab ecclia segregandus

Exo. xvi et de con. d. ij. Dixit dominus
pro quo nota quod sacerdotes in suo
officio sunt nuncij interpellandi ecclesie
ad deum xxiij. q. i. Nulli dubium est
sunt enim literas precatorias et suppli-
catorias ex parte ecclesie orationes eius
ad deum deferunt et ei offerunt
Et in officio predicandi sive docen-
di sunt internuncij dei ad ecclesiam
quia quasi literas monitorias exor-
tatorias comminatorias et velut epistolas
doctrinales et decretales in ipsa do-
ctrina in ipsa ex parte dei ad ecclesiam
deferunt plenius d. Sic rector Sunt
etiam ad illum summum pontificem xpm
deum Et velut nuncij literas sponse ec-
clesie deferentes ad ipsum regem rogan
Sed ipsi non est procurator qui nec missus
est nec mandatum sed nec auditur ad
impetrandum ymmo punitur ut fal-
sarius Sic qui non est ab ecclesia con-
stitutus sacerdos ad procurandum sacra-
menta et sacerdotalia officia exequen-
da si huiusmodi usurpet officia non im-
petrat ex parte ecclesie ymmo tamquam
falsarius a deo iudice et vindice
repellitur et punitur Item non est
procurator nisi constitutus ab ipso domino litis
vel cause ut extra de rescript ex
parte et de procuratoribus In nostra
Est autem sacerdos procurator ecclesie quoad
ad interpellandi officium Ergo quoad
ad hoc officium non est procurator ecclesie
nisi sit ad hoc ab ecclesia constitutus
Item nuncium non facit litere depor-
tatio sed missio sic sacerdotem non fa-
cit usurpatio officij sed ordinatio Sed
enim est ordinatio sacerdotis et
constitutio quod missio ad interpellandum
Sicut autem gubernaculum navis
se ingerens sine commissione domini
navis non nauta sed traditor na-
vis putaretur Et sicut custodie
ovium sine locatione domini ovium
et custodie civitatis sine ordinatione
principum ad hoc non custos aut
vigil sed fur et traditor putaretur
Et sicut exercitui bellatorum se ingerens
sine militari ascriptione et signo
principum tamquam ad falsarius haberetur
Et sicut cudens monetas sine man-
dato principis ut falsarius teneretur
Sic apparet similiter falsos esse mini-
stros et sacerdotes quicumque sibi aliter
usurpant sacerdotale officium nec
est ratum a deo aliquid quod in hiis
attemptatur omnibus talibus qui non sunt
rite per claves ecclesie ordinatos Et
non dicitur ordinata quamvis licet bea-
tissima virgo maria dignior et ex-
cellencior sunt omnibus apostolis non tamen
illi sed ipsis dominus claves ecclesie co-
misit quamvis de novo et re nova
in infinitum nunc liceat temere
se cuique talibus immiscere nisi so-
lum hiis quibus commissum fuerit
a xpo et a sanctis apostolis et eorum
successoribus et ad hoc specialiter ordi-
natis ut de c. xi x. Convocatis xii
discipulis etc Item ibidem Ecce ego
mitto vos etc Item xxi Item
Luce vi. et ix Item Joh. xx Item
Ro. x. Quomodo predicabunt Item Ro.
xvi. Et i Cor. xii Ephe. iiij Item
ii Thi. ii. Hec commenda fidelibus
hominibus qui ydonei erunt alios
docere fidelibus dicit non hereticis
ydoneis non ydonee vel mulieribus:

Capitulum septimum contra illos qui constitutionibus ecclesie et sacris canonibus contradicunt:

Quod vero liceat huic ecclesie sacre
constitutiones prout viderit utili-
tati ecclesie ac saluti fidelium convenire
Contra illos qui contempnunt sacros
canones et ecclesie statuta breviter
est videndum Et sicut regum et potestatum
secularium est potestas constituciones fa-
cere ad eas servandas sub penis rerum
aut corporum subditos coartare aut

gimonij tpalium eis auferre Ita re
gimi spualium est canonicas consti
tuciones facere penis vallare et co
munioz spualium .i. sacramentorum
et sacramentalium no suantibꝫ hos
auferre Item sicut de ciuitate corpa
li eiciendi sunt qui leges et statuta
que susceperunt suare contradicunt
sic de ciuitate spuali que est ecclia
eiciendi sunt que statuta eius ser
uare contempnunt que se suaturos
professi sunt in baptismo / sicut ibi p
iudicem secularem / sic et hic p iu
dicem spualem et ecclasticum / pter
qz licet prelatis ecclie statuere et
ordinare put saluti animaz vide
rint expedire / sicut licuit prelatis
ecclie primitiue Act xv. Itez Joh
xvi Multa habeo vobis dicere s
no potestis portare mo Cum autez
venerit ille spus veritatis docebit vos
omnez veritatem Item pa Joh iio Vnc
tio docebit vos de omibꝫ Item ij
Cor vijo Ceteris ego dico no dns
Ex quibꝫ pz qz ecclia dei no sunt
nec est contenta hijs que xpus
pncipaliter docuit Et ideo pt et po
tuit constituciones facere illo inspi
rante Cht x. Vo eni vos estis qui
loquimini etc Item ecclie de Jude
is que moris est anticis fuit lici
tum constituere preter legez dei
Hester ix Item 1o Macha iio et
iiijo Item apli imitauit formā
baptismi traditam sibi a xpo et bap
tisauit in nomine ihu xpi Act iio
et x. et xix Ex quo pz qz tradices
ecclie que spectant ad religionem et ho
nestatem no sunt reprobande Et hic
est contra hereticos qui constituciones
ecclie condempnat innitentes de
vbis . iio Vo addetis adum qz ego
loquor nec minuetis ex eo Item
xiio Quod ego precipio tibi hoc
fac nec addes quicqm nec minues
Et ita videtur qz no tenent seruare
ɔstituciones quas modo facit ecclia
Respondetur qz iudei no debebant aliq
addere legi ne insufficiens lex esse pe
videretur Item inducunt ysaie xxix
ix et cht xv. Sine causa colunt
me docentes doctrinam et mandata
hominu / s ɔstituciones ecclie sunt ta
les ergo qui eas suant frustra deu
colunt Respondeo qz ɔstituciones ec
clesie no sunt tm hominu s dei q
p ministros suos illas instituit cht
x Vo vos estis qui loquimini s
spus pris vri qui loquitur in vo
bis Item luce x Qui vos audit
me audit Item Ro xv no audeo
aliquid loqui nisi ea que p me ef
ficit xpus Item obiciunt Gal io
Si quis vobis euant pter id quod
ewan est vobis anathe sit Vnde
pter id .i. contra id Cum'ri vnde
ipo in fine Si quis apposuit ad
hec .i. contra hec Ex predictis pz
qz no tm homo s deus instituit
qz ecclia instituit vnde nota qz
sex sunt bona pter que efficienda
conseruanda augenda siue adim
plenda licet statuere ingratum
spuali et subditos / primo dei glo
rificatio et honoracio / 2m animaz
salus / 3m emendatio delictorum /
4m declinatio abusus / 5m ɔseruatio
bonorum / 6m amplificatio sine
ppagacio ipoz que oma contempt?
ecclie ɔstitucionibꝫ cassarentur :

Capitulum octauum contra illos qui
dicunt qz propter pcta prelatorum
et sacerdotum nulla eorum admi
nistracio valeat nec sacramenta
posse conficere nec soluere nc ligare etc

Radix omi errorum est arro
gancia illorum et temera
rium iudicium qui no ex humi
litate sunt nec obediunt suis su
perioribus no tm bonis s et discolis
imo iudicant illos acsi essent pa
tres spualiter ex officio iudicandi

herreditantes maledictionem maledicti scilicet
ham qui derisit verenda patris ebrii
et impudenter disco opti Ita tales
modo videntes prelatorum et mi
nistrorum clauium et sacramentorum
ecclesie aliquos diuisos excessibus et vicia
putantes quod propter ipsorum maliciam
ipsos perdere omnem ecclesiasticam pota
tem propter quod totam romanam ecclesiam
cum omnibus que in ea sunt condep
nant derident et vilipendunt exci
dentes a fundamento fidei in quo
positi sunt preter quod nemo potest aliud
ponere et per hoc in heresim deteri
mam incidentes Quorum erroribus
necessarium est ut obuietur auctoritatibus
racionibus et exemplis / videndum
est autem quibus probacionibus in
nitentes seducunt simplices et ab
veritate fidei retrahunt ignorantes
quia ut dicit aug in libro de na
boni studio contradicendi perdiderunt
sensum Et ideo et ad scisma sua
incongrua adaptant testimonia
scripturarum etc Inducunt enim illud
1 thi iii oportet autem Episcopum irrepre
hensibilem esse Ex quo volunt quod
si reprehensibilis est non potest esse Episcopus
et per consequens omnis administracio eius
cassa et ita de aliis ordinibus
arguunt a maiori Respondetur quod ir
reprehensibilitas episcopi solum obstat
ipse saluti et vite iuste et quod minus
edificat ecclesiam moribus et exem
plo Nichil tamen obstat quo ad execu
cionem officii et ad valorem spiritualium
et sacramentorum que rite ministrat
quia hec non ex virtute aut bonita
te ministri sed ex potestate clauium et ex
diuina virtute dependent Nam et
petrus reprehensibilis fuit ut dicitur
gal ii et xpm negauit ut legitur
in passione xpi Et discipuli re
licto eo omnes fugerunt quos
dyabolus cribrauit ut triticum Et xpm
resurrexisse a mortuis non credide
runt reprehensibiles et reprehensi
a xpo ut stulti et tardi corde ad cre
dendum non tamen per hoc desierunt esse
Episcopi quibus dictum est vobiscum sum
omnibus diebus usque ad consummacionem
seculi Nam sicut septies in die ca
dit iustus non tamen iusti nomen amittens
Sic cadit minister ecclesie quod tamen effectum
virtutis eius administracionum non amittit
Item Judas licet fur erat et traditor
fuit tamen Episcopus et apostolus et missus pre
dicare et baptizare quicquid egerat
ratum erat Act i domine ostende
quem elegeris ostendere accipe in
locum ministerii huius et apostolatus
de quo preuaricatus est Judas etc Et
ps Et episcopatum eius accipiet alter
Item apoc ii et iii angeli ecclesiarum
i. Episcopi reprehensibiles ostenduntur
et tamen depositi non censentur ymo
ad penitenciam inuitantur Ex quibus
patet quod propter maliciam suam non de
sinunt quin esse Episcopus vel presbiter
vel dyaconus nec propter ministri ma
liciam virtus minuitur sacramenti
quia nec a bono magis nec a ma
lo minus perficitur sacerdote q. 1. c. xli /
sicut de sacramento baptismi dicitur
1 Cor i. Anima non in iusto consecr
antis sed in verbo efficitur creatoris
et in virtute spiritus sancti de con. di.
ii. Utrum licet non digne ministret
indignus minister quo ad se neque
decenter quo ad alios qui foris sunt
a quibus propter hoc nomen domini blas
phematur / sicut a Cam pater rep
rehensibilis et ebrius deridebatur
non tamen desiit esse pater nec virtutem
benediccionis perdidit sed rem cognoscens
in spiritu filios suos prouidus bene
dixit Item opponunt heretici per
illud Math v. Ubi xpus ait discipulis
Vos estis sal terre quod si sal euanu
erit in quo salietur ad nichilum
valet vltra nisi vt mittatur foras
et conculcetur ab hominibus Ex quo eis
videtur quod postquam prelatus euanuit

per vrbanam [illegible] non pt condi

p prauam vitam no pt condire alios
p eccle sacramenta Respondet q in
quo euanuit in eo no pt alios condire
Si em euanuit in fide no pt ali
os condire in vo fidei Si euanuit
in vita no pt alios condire in eo
bone vite Sz si euanescat in ordine
inchilominus pt eo vi ordinis condi
re sacramentorum collacon ergo aut
prelatus pt euanescere quo ad vnum
et no quo ad aliud pz mt xxiij arguc
diciunt facite Isti euanuerunt quo
ad vitam et tamen tn valebant quo
ad doctrinam ergo idem mduenit mt
vi Nemo pt duobus dnis seruire et
Si autem prelatus est male vite ser
uit dyabolo g manens talis no pt
seruire deo et ita no pt ministrare
sacramenta ipius Ad idem no pt
arbor mala fructus bonos facere
mt vij Item qui michi ministrat me
sequatur Joh xij qui g no sequitur
xpm no est minister ipius et ita
no pt ministrare sacramenta ipius
Respondetur in omnibus hiis ergo quia
qz no sequitur xpm in eo q non
sequitur no est minister eius In alio
tn pt esse minister ipius s. pascen
do fame morientem uel ostendendo
aliis viam mandatorum dei licet
no vadat per eam et alia hmoi Itez
obicitur mt xij progenies vipperarum
quo potestis bona loqui cum sitis ma
li Item eccli xv. no est speciosa
laus in ore peccatoris Item ps peccatori
aut dixit deus quare tu enar. iusti
tu. et as. t. in. p os tuu Respondetur
quo potestis no utili modo vobis
potestis quare tu enarras i. ad quam
vtilitatem tuam enarras cum sit
speciosa laus i. deo placens in ore
peccatoris ergo ad confirmandum hmoi ra
tionem dr j Cor xiij Si linguis
hominum loquar et ange. aut no h
nichil michi prodest tamen prodest
eccle vel aliis ex ordine officii mei

ego sicut tintinabulum ad ecclesiam
conuocat et manet extra Item obicitur
Mala. ij. vbi dominus dixit prelatis
Maledicam benedictionibus vestris
Respondetur i. faciam q vestra bene
dictio qua alios inutiliter benedicit
cedat vobis in maledictionem uel di
stingue ad soluendum omnia hmoi
ergo benedicere ul benefacere dupli
dicitur s. vtiliter aliis uel meritorie sibi
Item ex vite merito uel ex officio de
bito Et notandum q hoc facit contra
hereticos qui uel hec no distinguunt
dicentes orationes malorum sacerdo
tum no exaudiri eo q dicit Joh
ix peccatores deus no exaudit Sz
dic q licet no eos tn audit ecclesiam
in cuius persona orant uel conse
crant uel absoluunt Sicut petitio
aliena in scriptis aut in voce
oblata principi recipitur ob gratiam
eius cuius est et cuius nomine offertur
q ipse per se exauditur cuius desiderium
ad impletur Non autem ille per
quem petitio uel scriptura porrigitur
nec necesse est propter hoc q dr orremus
q ipse vnus illorum sit pro quibus hoc
petitur sicut nec necesse est ut ad
vocatus qui proponit pro vniuersitate sine
collegio sit vnus de illis cui dicit
ad iudicem nobis hoc tn iusticiam
petitam impetrat Sic g oz ut sa
cerdos rite ordinatus ex officio licet q
tiam ut rite orans personam indu
at et vocem assumat eccle pro
qua necessario exauditur per ordinem
enim sacerdotii ordinatur quis ad
officium interpellandi sacramentorum
di sacrificandi et pacificandi et ad
officium publicum advocandi in
causa animarum coram iudice viuorum
et mortuorum deo Sz q apostolus
innuit ij. Cor v. Et si quis obi
cit q melius interpellatur gratia
sanctitatis pro animabus quam offi
cio huius publice functionis Respondetur
q aliud est interpellare pro alio

ut amicum et promerendi aliquid
ex gratia sanctitatis que est ipse sacer-
dos illud ut interpellare ut inimici
et preces alterius offerre quod
ipse est sacerdotium qui preces
ecclesie deo offerunt tanquam
mediatores et internuncii ipsius
ad deum. Sicut enim ad vocatus
non ista se allegat vel statuta
sed aliena vel causa eius videlicet cui
patrocinium prestat in ore ge-
stat. Sic sacerdos ex officio pu-
blice interpellacionis voca ecclesie
et oraciones in ore gestat et talis
quemadmodum servi preci nuncii
porrigitur audientibus ex persone
ecclesie sue et propter hoc dicit oro
ex persona sua sed oremus ex persona
ecclesie. Et ita ille agit cuius non
nomine agitur de sua ex ignacione
ut fame mulieres. Cum igitur
in illo misterio nichil agat sa-
cerdos nisi ex persona ecclesie vel
nomine eius. Sicut enim exau-
dire ecclesia exaudire impossibile
est ante deum repellere vel non
exaudire ecclesiam suam igitur impossibile
est irritum misterium sacerdotis
in altari licet eius persona cum
se accepta non sit. Quia non in meri-
to consecratur sed in virtute efficacie
creatoris de con. dis. ii. utrum sicut
et procuratorem seu ad vocatum
publicum non facit gratia ipsius
vel favor quem habet apud iudicem
seu principem neque scientia iuris
aut eloquencia nec etiam ipsa iusticia
cause de postulacionis propter se sed sola
constitucio et mandatum. Sic ad
esse sacerdotem et officia ordinis
exequi necesse facit ordinacio et
institucio legittima sine qua nec
est gratia neque sanctitas qualiscumque
ad ordinis execucionem sufficit neque
iniquitas qualiscumque rite ordina-
tum impedit ab execucionis effectu.
In nota. Si non possit conficere
aut sacra alia rite perficere nisi
existens in gratia sive sanctus sed tunc non
possit esse certum nisi per revelacionem
quod aliquis sit in gratia sive sanctus
qui sacramentum exequitur sacris inse-
rvitur non potest esse certum cum
illos quod aliquis conficiat aut bapti-
zet. Et ita illuderetur sepissime fide-
libus dum pro sanctissima eukari-
stia adoratur eis purus panis materialis aut
puer non baptisatus permanet. Item
cum illos aut aliqua est virtus sa-
cramentorum in se ipsis omnino non de-
pendens ex ministris aut nulla.
Si aliqua sive quod boni sive mali
sint ministri virtus illa sana manet
per omnia et illesa et nichil per hoc
ad virtutem sacramentorum. Si vero
nulla est virtus nisi que dependet
ex ipsis ministris quod virtus sacrame-
ntorum non est divina. Nulla enim
virtus divina pendet ab hominibus.
Item sacra sunt sicut medicamenta
virtus autem medicamentorum non de-
pendet ex sanitate vel infirmitate
ministrancium. Nulla enim medicina
corporalis a deo debilis et parvum
efficax est ut eius virtutem infir-
mitas medicantis evacuet. Infir-
mitas spiritualis in sacerdote est eius
indignitas. Ergo patet quod nec bonitas
nec malicia ministrancium addit vel
minuit aliquid virtuti sacramentorum.
Quid enim ad panem vel virtutem
ipsius si sit sator vel famelicus
est qui ministrat. Quid ad
sitientem cum siciat qui potum ad-
ministrat. Quid ad ignem si friget
vel calet qui porrigit ipsum. Quid
ad lumen si cecus est qui porrigit
ipsum. Quid ad carissimos filios
si pater per immunda animalia vi-
ctualia illis mittit. Sicut deus
ipse per corvos panes mittebat

et carnes helye iii° Reg. xviii. Ita est
de sanctissimo pane vite qui per corvos
bonus mallatamus ledi vel neguinari
pt. i. q. i. Si fuit iustus dedit begrm
iudas ecce quidam dicunt et xv.
q. ulti. c. ultio Item que est ca
quare malicia ministri impedit sacrum
Si dicant quod iusticia dei que misterium
huius ministri reprobat et repellit et
eam contumeliam tanto sacro non
sustinet irrogare ut polluto ore con
secratur et inmundis manibus con
tractaretur Unde quibus error latitat
sub velamine iusticie et pietatis arma
rum hoc plus poterit unius iniquitas
apud dei iusticiam et pietatem ad im
pediendum quomodo exaudiatur ecclesie
peticio quam in mirabilium sanctorum
milium generositas ad promovendum
eandem Et quod est iniquius quam plus
in parte ista nocere potest ipsi ecclesie alie
na iniquitas apud dei iusticiam et
maiorem quam propria sanctitas et gracia
prodesse Dum quod tota ipsa ecclesia per
oblatam peticionem obtinere nititur
malicia sola ministrantis ne obtineat
impedit et avertit Absurdum illa
est credere quod divina iusticia et divino
iudicio dilectus filius et innocentibus
propter alienam maliciam panem vite
subtraheret pius pater Ex premissis
claret quod bona vel mala merita mini
strorum non pertinent ad virtutem vel effi
caciam sacrorum eo quod sola omnipotencia
divine virtutis et una fiant solisque mu
nus et generositati ecclesie presentur
i. q. i. Non nocet ecce autem mala vi
ta ministri non auffert effectum suo
ministerio credentibus patet Mt. vii dicit
Christus Et multi dicent in illa die do
mine domine in nomine tuo prophetavimus
et in nomine tuo demonia eiecimus
et in nomine tuo virtutes multas
fecimus Et tunc confitebor illis quia
non novi vos Isti mali erant et pre
dicta bona faciebant non per vitam
sed per misterium quod mala vita non
tollit effectum suo misterio quod
nec ordo amittitur per peccatum Item
Mt. viii° vade ostende te sacerdoti
hoc dixit leproso non ob iudiciarum
Iudeam quia iam erat mundus sed
ut propter plus iudicaretur mundus
a sacerdote qui hoc habebat facere
ex ordine Ex quo patet quod approbavit
sacerdocium malorum ministrorum quod
non amittitur per peccatum Item non di
xit vade ostende te illi bono ho
mini sed sacerdoti ut ostenderet se
approbare ordinem non tamen vitam
sacerdotum quos sepe tam acri
ter reprehendit Mt. xxiii° ve
vobis etc. Item super cathedram moy
si etc. quecunque dixerint vobis
facite secundum opera vero illorum nolite
facere dicunt enim et non faciunt
Item Actus vii dure cervicis et
incircumcisi cordibus semper resistitis
spiritui sancto etc. Propter hoc eorum
sacerdocium et misterium cassum
erat Iam et Christus eis semper
participavit docens in templo ad
festa ascendit Item petrus et
Johannes ascenderunt in templum
ad horam oracionis nonam Et pau
lus purificatus secundum legem implevit
dies et cerimonias legis Et Ja
cobus minor semper in templo et
in sancta intraire permissus est Ita sa
cerdocium licet malorum veteris
testamenti solum ad tempus duraturum
dampnatum a Christo et apostolis approbatum
fuerat Et multo magis sacerdocium novi
testamenti usque ad finem seculi du
raturum propter maliciam sacerdo
tum ab hereticis dicitur aut poterit
reprobari Et ideo qualiscunque sa
cerdos sit est ab eo percipienda co
munio usque quo ecclesiarum iudicio
reprobetur xv. q. ulti. c. ultio
et xxiii. q. i. Scisma et q. v. Sane

Heretici vero si excommunicatione scismate vel
heresi sunt ab ecclesia separati ut xxxi
ii. dist. Verum quod autem obiciunt
heretici 1 q. 1. Sacerdos sacrosancta
nece in q. vii. In gradibus quibus
positus aliena non diluit crimina sua
concordanciis. Intellige excommunicato mi
nistro non diluit peccata nec graciam impe
trat sed ex officio. Talis enim iudicium
sibi manducat et bibit. I Cor. xi.
Ecclesia vero inde haurit aquas sa
lutares indulgenciarum et graciarum
Ysaye xii. Et hauriet salutem a
domino. Armi enim bonus est haurit
sibi graciam a domino Prov. xii. Ma
li vero bona ministrando se ipsos
ledunt / sicut terra fex in mensa quo
quidem detrimentum prestat. Illis
vero lumen in tenebris amministrat.
Et unde alii commodum exhibet
inde sibi dispendium prebet xv.
q. ult. c. ult. Item sicut cereus
lucernam ministrat ad illuminandum
alios licet ipse non inde illuminetur
1 q. 1. Ex hiis ita si. Item sicut
lixivium pervenire fluens lavat
et non lavatur sic sacrificia si per
malum ministrum transeant la
vant animas credencium a sor
dibus peccatorum lxxxviii d. Quia
quis. Item sicut radii solis cum
per loca fetidissima transseant non
coinquinantur. Sic virtus divina
non fedatur indignitate ministri xix
dist. Secundum. Item sicut pura lux
per immundos oculos transiens non
coinquinatur. Sic nec spiritualis vir
tus sacramenti per ministros immundos.
Et sicut aqua per lapideos canales
fluens ad ortulos canali lapideo
nichil confert sed ortis inde plurimum
fructum affert / sic sacramentorum virtus
si per malos ministros transeat ad
fideles 1 q. 1. Si sunt ministri. Item
ad idem patent in naturalibus quia
quia nichil deperit herbe vel
arbori si transeat per servum nec inde

deterioratur in alio flos vel fructus
nil deperit suavitati vel pulchritudi
rose vel lilii si transeat per spinetum
nil virtutibus lapidis preciosi si per
immundos et viciosos homines depor
tetur nil preciositati auri vel argenti
si per vilissimos offeratur nil fructui
si leprosus vel alter infectus semen
vel plantet illud unde oritur fructus
nil valori florem deperit si aliquis
mittatur a domino per servum nequis
simum vel per dilectum filium. Sic
nichil deperit sacramentis vel
percipientibus si ab immundis vel
infectis spiritualiter ministrentur:

Capitulum nonum contra illos qui dicunt prelatos malos alios excommunicare non posse:

Similiter contra clavium potestatem
obiciunt dicentes malos pre
latos non posse alios ligare
nec solvere aut excommunicare cum sunt
ipsi per se ligati vinculis dyabolicis
hoc est viciorum et peccatorum et
cum sunt extra communionem sanctorum et ex
corpus Christi misticum quod est ecclesia
ut xxiiii q. 1. Si autem et capitulis
sequentibus. Errant manifeste quia aliter
ipse ligatus est et aliter ligat. Et id
per quod ligat vel absolvit non est ligatum
in eo scilicet officium clavium vel potestas.
Quemadmodum si rex est ferro ligatus
sit vel captus vel obsessus vel ob aliquam
causam ut vulnerati vel membris dislocati
ligantur a medicis dummodo liberam
administracionem regni habeat ligat et
solvit captivat et liberat in regno
suo quos vult non ex libero et soluto
corpore quod non habet sed ex soluta et libera
potestate quam habet / sic malus prelatus
non ex soluta et libera mente aut
consciencia ligat et solvit sed ex soluta
et libera potestate clavium et officii sibi
commissi / excommunicatus autem vel suspensus
prelatus notorie. Ideo iam non
potest solvere vel ligare scilicet ipsum pontifice

vel sacerdotale officium ut xxiiii
q. i. Audivimus et multis capitulis aliis
Solus enim prelatus potestatem sed auf-
fert omnium sacrorum et sacramentorum
et precedendi aliquos ab ipso toto tem-
pore et ecclesie Christi quod totum venit vi-
ta gratie de spiritu eius et hoc ex officio
suo et potestate licet ipse peccator et malus
sit ut ex premissis Item obiciunt
quod malis prelatis non liceat cognoscere
iudicare vel condempnare per illud Johannis viii
de adultera ubi dixerit Christus Qui
sine peccato mittat primum in illam lapi-
dem Ex quo eis videtur quod in peccatis
positus iudicare et iudicare non possit Di-
cendum veritatem erroris pharisei Christum temp-
tantes requirebant ab eo iudicium
quibus si respondisset qui sine peccato est
iudicet vel condempnat eam tunc va-
lere posset eorum illorum sed quia dixit
mittat in eam lapidem et hoc pertine-
bat ad accusatores et ad testes qui ibi
fuerant apud iudeos ut apparet de
testibus contra Susannam Dan. xiii
Et contra Naboth iii Reg. xxi Et
contra Stephanum Act. vii Tales testes
autem pertinet quod non sint in simili
peccato cum accusatis sicut forte omnes
illi fuerant adulteri sicut hec adul-
tera quam accusabant prout dicitur quod Christus
eis hec scribebat in terra Et quia
Christus sciebat docens Ideo docuit
eorum conditionis ut si ex iustitia accusa-
ret adulteram ab adulterio immu-
nes esse deberent et testes idonei
ad testandum Et quia in primo adven-
tu non venit filius hominis ut iudicet
mundum sed ut salvetur mundus per ipsum Joh. iii
Ideo ipsos phariseos prudenti respon-
sione fugavit vel sibi usurpavit tunc
ingratus et iudicandi potestatis officium
sed potius detulit illud principi sa-
cerdotum Caiphe licet licet iniusto
et malo sicut fecerat leprosos mun-
dato dicens vade ostende te sacerdo-
ti similiter non iudicans nisi lepram et

lepram quod erat sacerdotis officium
vel Caiphas licet malus predixit iudi-
cis et pontificatus officium Nam
cum esset pontifex anni illius pro-
phetavit dicens Expedit vobis etc
Etiam Christum statuit ad mortem dig-
nus est mortis Et Stephanum eo-
dem modo ad lapidandum testibus adiu-
dicavit vel detulit quod dixisset ita et
sacerdoti eam iudicandam adducite
quia non venerant ut iudicium
consummarent sed ut Christum accusarent
aut tamquam legem adulteram absol-
ventem aut contra iurisdictionem prin-
cipis iudicantem et contra mandata
que predicabat facientem Potestas igitur
ligandi et solvendi in ecclesia est po-
testas iudiciaria et ingratus ecclesie
commissa per electionem et institutionem
legitimam ad hoc sicut potestas iudicia-
ria sive ingratus secularis alicui
iudici seculari commissa ad cuius offi-
cium debitam executionem nichil ad-
dit vel minuit bonitas vel mali-
tia iudicis aut executorum Sicut enim
possessorem iniustum sepe profert
sententia iudicis iusta et sicut per iniu-
stissimos carnifices potest fieri exe-
cutio sine iustissime Multo fortius
per iniquos iudices iuste potest fieri cum
plus sit facere quam dicere Item
edicta iustissima et saluberrima
per precones vilissimos vitaque tur-
pissimos proclamata et publica-
ta valent et tenent non obstante
turpitudine vel infamia eorum
valent autem propter auctorem consti-
tuentium Quanto ergo fortius sine
ligationum et solutionum valebunt
et tenebunt propter auctorem ecclesie
et potestatem cum eius auctoritate fecerit
Item cum sedet consilium et ini-
quissimus et nequissimus statuta pro-
mulgat numquid ideo minus valent
statuta huiusmodi quia per eum promulga-
ta sunt absit Sic sedet ecclesia
in solio regni spiritualis domina

gentium princeps provinciarum
mandans ut statuta sua edicta sen
tencias vilissimi atque iniquissimi
interdum promulgat publicet vel
exequatur. Que igitur auctore ipsius
aut dicuntur aut fiunt peccata prin
cipaliter vel consequenter irritare
aut infirmare non possunt. Quia igitur
iudex ecclesiasticus totum auctore eccle
sie facit ut ipsius ecclesie organum et
minister manifestum est quia
vicia eius et peccata in nullo infir
mant statuta vel edicta vel sentencias
ipsius ecclesie. Rate igitur sunt sine
ecclesie quecumque licet per sceleratos
similes sint late. Item si ecclesia non
potest committere peccatoribus huiusmodi iudi
cia sive causas, sequitur quod nec
potest querere consilium a iuris peri
tis quod magis est quam ferre sen
tencias nec committere vocacionem
testium vel aliqua iuris officia
nisi sanctis eius. Hec igitur inconve
niencia de necessitate deducunt contra
tales heretici. Primo ut omnino alios
iudicare non possit quia cum eos
non nisi sancti et iusti possunt alios
iudicare. Nemo autem invenitur
qui hoc de se presumere audeat.
Cum apostolus dicat i Cor. iiii Ni
chil michi conscius sum sed in hoc
non iustificatus sum. Et ecclesiastes ix Ne
scit homo utrum odio vel amo
re dignus sit. Erit igitur consequenter ne
cessitate fere defectus iusticie et iu
dicii illius in ecclesia dei. Et tanta
erit honor malorum quod punicio
tanta sanctorum persecucio tanta
innocentium oppressio ut vix
in ecclesia dei inveniatur nisi con
fusio. Cum in ea autem vix aut
nunquam inveniatur iudex qui in
alios a bonis segregat vel pro
phanos a sanctis arceat vel com
pescat innocentium oppressores hoc
enim pertinet ad officium sacerdotis

xi q. i. Deus. Secundum erit inconveniens
quia gladium sine potestatem habet
ecclesia inutiliter quia illum sancti
humiliter refugient et mali vero se
in illam ingerent impudenter. Ter
tium sequitur inconveniens quia ne
cesse habet ecclesiasticos iudices se ipsos
primo et post assessores testes exami
natores scriptores sindicos et statu
torum discutere ut omnino sint ab
sque macula peccati ne iniquitas aliquorum
istorum sindicum irritet aut processum.
Quartum inconveniens est maior
impunitas atque defensio, tot enim ha
bebunt refugia, tot defensionum scuta
quot invenire poterunt in prelatis
personis peccata. Hii sunt ergo qui non
sunt nisi fortis et palis aurei civi
tatum et immundicias de civitate
et de domo dei, cum non nisi perfectos
et mundos volunt posse mundare
ecclesiam dei ab immundis. Hii volunt
posse lapidari adulteros spirituales
nisi lapidibus preciosis nec ligari
posse nisi catenulis aureis aut ar
genteis. Ita ecclesie potestatem in ter
minum, quod dicunt ipsam malis uti
non posse ad correctionem malorum
que fit per iusticiam. Cum de nullo
constare possit in hac vita ipsum
minimum ab omni peccato. Quis enim ex
clamans potest dicere mundum est cor
meum purus sum a peccato. Et Ecclesiastes
ix Nescit homo utrum dignus sit odio
vel amore. Nemo igitur scire posset
cum hoc an liget aut solvet nec
quod sit scire poterit aliquis an liga
tus sit aut solutus et quando
sacramentis discrimini se committit et
illuditur sepe fidelibus cum in
penditur illis pro absolucione quod ab
solucio non. Causa autem erroris
istorum est ignorancia quia non
vident potestatem sive officium ligan
di et solvendi non requirere in
ministro fundamentum iusticie et

sanctitatis sed solum legittime et cano
nice institucionis que est in episcopo vel
sacerdote pre esse ptati ligandi et
solvendi in dyocesi vel parochia Sicut
et in rege non iusticia punit ptatem
regina sed canonica vel legitima electio
et institucio extra de postul et de electionibus
et el po In multis capitulis Et non
solum excommunicacionem voluit erronei
ecclesiam propter iniustorum peccata clavium
ptate carere sed ad hoc eciam ut ipsius
resistendi careat omnimoda ptate et eam
si ecclesia ptate spirituali priuant et ab
ea secularem et temporalium ptatem
similiter auferant Restat ecclesiam ni
chil habere amplius quo eorum pertina
ciam corrigat et compescat Et per
quos ecclesiam omnino deficere et eorum
errores invalescere quod intendunt

Capitulum decimum contra illos qui dicunt non posse in ecclesia excommunicare bonos et quod nisi peccatum excommunicat alias excommunicacio ecclesie nichil est:

Ad obviandum autem erroribus illorum qui dicunt bo
nos non posse excommunicari nullaque sen
tencia excommunicacionis iudicis ecclesiastici
posse illos vinculo excommunicacionis
astringi augmento argumento xi
q. iij. Si quis non omnibus respon
dendum est quod excommunicare dupliciter
dicitur excommunicacio est separacio ab inte
riori communione fidelium et a cari
tate que est communio et societas sanctorum
atque iustorum de hac nemo dubi
tat quin solum peccatum ab ea separat
nec ingratus ecclesiasticus sed ipsam
ptatem et de ista intelligunt in
pre allegata canones hec enim po
testas esset in destruccionem Excommuni
care enim isto modo esset corpus misti
cum quod constat ex sanctis et fidelibus
trucidare et membratim lacerare
hoc esset eciam vitam extinguere in so
cietate membrorum de spiritu sancto
viventium hoc esset prelatos In
dices ecclesiasticos qui prelati corporis
membra debent esse esse in pre
nominatum corpus et in ipsam ma
trem ecclesiam crudeliter desevire
Item esset gladius datus uni
membro ad scindendum corpus
hec autem insania non descendet
in cor hominis sane mentis Alio
autem modo excommunicacio est sepa
racio ab exteriori communione fidelium
in participacione sacramentorum ac di
vinorum ac aliis spiritualium ac
communicarium Et illam intendit
ecclesia cum separat aliquem et
privat communione exteriori ut reducat
per hoc ad communionem interiorem propter
hoc percutit solum gladio excommuni
cacionis exterius ut sanet interius
per medicinam communionis spiritualis xi
q. iij. ult. sed quod ab exteriori communione
prelatus ecclesie possit arceri et ei
cere ab ecclesiis visibilibus et a
sacris viros iustissimos atque sanctos
eciam invitos quis dubitat fide
les eciam posse abstinere a communione
sacramentorum sponte sive obediencia man
dati [illegible] dubitat propter eos ces
sus secularium dominorum subdi
tos ipsorum licet bonos et iustos
taliter excommunicari tam boni quam
mali sicut ecclesia excommunicari nitebatur
dit Et sentencia iudicis sive iusta sit
iniusta semper ligat et semper est
timenda Et hoc erronei intelligere
non possunt quod peccatum solum excommuni
cat hominem nisi quantum ad communionem
interiorem que est communio vite
spiritualis Item obiciunt quod signa
dictum est Ad ... cuique ligamus et cla
ve non errante ergo si clavis er
rat non erit ligatus et ita non
est excommunicatus qui excommunicatur iniuste

Item ut sit excedit fines mandati
tum prohibitus sit excommunicare mini
ste et ita non valet quod agitur contra
decretum de elec. et de officio de
legati prudentiam Item dicit apostolus
ij ad Cor x et ult potestatem quam
dedit vobis deus in edificationem et
non in destructionem Sed autem est in de
structionem quia iniuste circumcidit ho
mines ab ecclesia non habet ergo hanc
potestatem a deo Respondemus ad ista
quod licet littor puniat ultra quam
missus vel cum prohibitus est punire
in effusionem tamen punitur patiens
Similiter se habet in pena excommunicati
onis Et quemadmodum ibi tenetur
littor aut de immunitate pene et
de pena ipsa sit et excommunicator in
iustus quo ad suam excommunicationis
Sacro apparente mandatum ante
aut limitacio mandati non efficit
quin pena sit patientis sine iusta
fuit sine iniusta in effusionem et pe
na ulcionem effugit vel eius esse
dependet ex mandato vel iure si
consistat in facto tamen Et quod obicitur
locum habet in hiis que iuris sunt
vel in iure consistunt Et autem
dicit utrumque ligamus et intelligendum
est quod omnis sua [illegible] tam
ligationis quam absolucionis que
rite tulerit super terram tanta sit
in celis Et propter hoc ibi dicitur auc-
toritas clavis non errante Non enim
voluntati prelatorum commissum est
solvere vel ligare sed prudenti cor
dis dispensationi Et propter hoc edita
sunt iura quinque declarant quod sine
corum mille ligatus est ergo quod
ad triumphantem id est celestem habet
sententiam quam tulit ecclesia militans
licet sit vir sanctus et iustus li
gatus dico quo ad utrumque si for
tis sciens se autem iniustum et
excommunicari iniuste et sciens cla-
ues ecclesie sententiam non curando per ut
faciendum docent heretici In hoc
quod contumaciter obediam abiicit a
iusticia tradit et ligatus est quia sua
iniuria sunt igitur aliquis licet iniuste
excommunicari foris tamen quod ecclesia excommuni
care intendit :-

Capitulum undecimum contra illos qui dicunt prelatos ecclesie non debere excommunicare et persequi et vitare malos sed vindictam relinquere soli deo et cetera :-

Restat nunc procedendum contra er
rores illorum qui dicunt quod pre
latis ecclesie non licet excommunicare
aliquos nec persequi malos nec eos
vitare contra predictos attende quod
ad dei gloriam pertinet ut eius contumelia
tollatur de medio et ut contumeliosi
eidem arceantur de medio scilicet Et
hoc soli ingratum rei publice commissum
est cui soli incumbit ex officio Unde
manifestum est licere tali ingratum
tales arcere de consorcio scilicet Sicut
regnum et potentatum secularium est potestas
auferre communionem temporalem Ita regni
spiritualium est auferre subditis suis
communionem spiritualem scilicet sacramentorum
et sacramentalium Et sicut de civi
tate corporali arcendi sunt qui leges
et statuta que susceperunt servare
contradicunt Sic de civitate spirituali
que est occulta arcendi sunt qui sta
tuta ecclesiastica servare contempnunt
que in baptismo servare professi sunt
Item quanto magis enormes sunt ho
stes civitatis sanctificate tanto peri
culosius eam impugnant maxime
autem sunt et enormes quando ipsi per
mixti sunt a maxime nocive
ergo maxime cavendum est eidem civi
tati quare a permixtione malorum
cavendum est eidem Ita ante cau
tela incumbit rectoribus et magistratu
eiusdem civitatis In alio tamen quod
malorum incumbit ingratum scilicet

purgare provincias sive civitates a
malis hominibus Et ideo dicitur eis a
domino ysaye lvij. Viam facite pbete
iter declinate semitas auferte offen
dicula de via populi mei In quo
ptates seculares adiutores sunt et ad
iutorij debitores ingratus spualis ppter
qd invocandi sunt a ingratu spuali
tum pena spualis no timet. Item
omni salutari medicina utendum est
medicis spualibus contra morbos spi
rituales viciorum et pctorum Sed
excoio e medicina ut auctc et coib
i Cor v. i Thi i. Et i. q. i. Multi
xxiiij. q. iij. Rotandum exemplis
ut corpus humanum a quo secatur
membrum putridum ne cetera infici
ant xxiiij. q. iij. Ecce Et a grege
eius morbida ne ceteras contaminet
xxiiij. q. iij. Corripiantur Et a con
gregacione et collegio ac civitate se
parantur et eiciantur rebelles et con
tumaces ne fermentum malicie pau
corum totam massam corrumpant
xxiij. q. iij. Ciplice Item si no ha
bent media spuales s ecclia ptatem
utendi hac medicina in ecclia dei
tum sit necia deus no pvidisset suf
ficienter egris suis de medicamentis
et medicis suis de hijs que ptinet ad
officium medicandi Cui et de ppa car
ne fecit antidotum et de ppo san
guine s. rupnum Item si medici eccle
no hrent ptatem nisi monendi et ar
guendi et increpandi et similia et
ista multorum morbis curandis non
sufficiunt quod fiet cum eis hunc
errorem faciat / cum illos magis
curavit deus de corpibus quam de a
nimabus Anima corpibus sufficiencia
providit remedia morborum animab
us in hac pte cum illos periculose
neglexit Amplius cum sacramenta
sanctissima sunt manifestum est
excoicatis et ideo indignius coione
illorum illa nullatenus e comunicanda

ptinaces autem in quocumque mortali
pcto et publice maxime execrabiles
sunt et maxime indigni sanctitate
sacramentorum Sunt enim remotissimi
a gradu sanctitatis ut pote contrarie
et repugnantes eidem Et ideo eis
omnio sacrorum deneganda et penitus
interdicenda Cuius autem ptatis est
sacra impedire ac denegare cuius
officij quare sacerdotum erit utraque
ptas sive officium s. sacramenta
impendendi et eadem denegandi
Et hec est ptas ligandi atque solvendi
Amplius sacra sicut medicamenta
spualia spualibus medicis ppter curam
et curacionem animarum tradita Sed
medicine male pparatis mortifere sunt
Medicatorum autem officium est curandis
ministrare salubria et interdicere
mortifera / ergo male pparatis e me
dicorum spualium prohibere et inter
dicere sacrorum coionem Rectoribus
ergo spualibus ut et medicis obe
diendum est omnio a subditis et
cure ipsorum commissis Quare parendum
est et obediendum sermonibus excoicaco
et interdictionis quas faciunt plati
Amplius cuilibet domus dispensatori
commissum est quibus dispenset vi
ctualia domus et quibus deneget
Quare dispensatori victus spualis
i. vivifici panis et vini commissum
e in domo dni magna et quibus
illa dispenset et quibus deneget
Item quis dubitet ydolatras et inde
demoniorum cultores prohibendos esse
et arcendos a mensa xpi p quos
autem fiet istud nisi p ipsius me
se ministros pontifices et sacerdotes
Quod autem pctum contumacie compa
ra sua sit pctum ydolatrie spual
patet i Reg xv et viij. q. i. Sci
endum ubi dicitur qd qr pctum
ariolandi est repugnare Et quasi
scelus ydolatrie no acquiescere cum a
manifestum est igitur contumacibus

nit dictam esse mensam sacre communi-
onis. Et si se per vim ingerant per
vim armata si expedierit repellen-
di sunt ut invasores. Nulla enim
domus ita male disposita est in qua
provisores eius non habent potestatem ut vincos
ab ea hostes eiciant et etiam alie-
nos et inmunda ac venenata a-
nimalia super portas canes scorpiones
et serpentes et huiusmodi. Arma igitur pec-
catores tales in domo dei spiritualiter
reputantur. Manifestum est ministre
eiusdem domus commissum et precep-
tum ut tales eiciant et arceant
ab eadem. Item quis minister sanctorum
non habet potestatem non dare illa canibus
cit. viii. Nolite sanctum dare canibus.
Et quis minister vel dapifer mense fi-
liorum dei non habet potestatem prohiben-
di inde canes cit. viii. Non est bonum
sumere panem filiorum et mittere
canibus. Nisi si via prohibitionis non
adverint inde arcendi vel repellen-
di sunt ut canes baculo sive gladio
potestatis exemplo domini qui eiecit de templo
~~domini~~ indignus cit. xxi. cit. xi.
Item paterfamilias filium protervum
et contumacem a domo privat quem
aliter corrigere non potest privat in-
super ipsum a communione victus corporalis
atque vestitus. Multo ergo fortius pater-
familias spiritualis id est prelatus sanctus
potest et debet animadvertere in filios
rebelles et contumaces. Similem enim
potestatem habet spiritualis paterfamilias
in domo domini potestatem. Item quod
liceat prelatis ecclesie excommunicare con-
tumacibus ita patet cit. xviii. dicitur. Si pec-
caverit in te frater tuus etc. usque ibi sit
tibi sicut ethnicus et publicanus.
Ecce quo ordine debet fieri excommunicatio
que precedere debet correctio qua precep-
ta sicut docet dominus sequitur excommuni-
catio. Unde dicit tibi sicut ethnicus
etc. Formam autem excommunicationis con-
firmat dominus cit. xviii. dicens amen
men dico vobis quecumque ligaveritis etc.
Et Joh. xx. quorum remiseritis peccata etc.
Ecce quod sub petro concessum est cit.
xvi hoc omnibus dicitur. Ad idem
ii Jo. Si quis venit ad vos et
hanc doctrinam non affert non enim
retinetis in domibus nostris dixeritis ei
ave. Et subdit enim. Qui enim di-
xerit ei ave communicat operibus eius
malignis. Et nota quod ibi loquitur
de fratre discedente a doctrina rle vel
ave. i. Cor. v. Si frater qui nominatur
et est fornicator notatorum sine intel-
lige qua tulit apostolus contra illud
ut ibidem. Item alios excommunicavit
propter heresim i. Thi. i. quos tra-
didit sathane. Item i. Cor. in fine
Si quis non amat dominum nostrum ihesum
christum sit anathema maranatha. Item
Gal. i. si quis vobis evangelizaverit preter
id quod accepistis anathe-
sit. Item ii Thess. in fine denunciamus
vobis ut subtrahatis vos ab omni
fratre ambulante inordinate. Item
Ro. xvi. declinate ab illis. Ista autem
declinatio et subtractio debet fieri cum
forma traditam cit. xviii. Oppo-
nitur autem hoc contra excommuni-
cationes et imprecationes huiusmodi i.
Pet. ii. et iii. Qui cum malediceretur
non maledicebat. Item non reddentes
malum pro malo. Item i. Cor. iiii.
Maledicimur et benedicimus. Ex his et
similibus eis videtur quod non sit
licita excommunicatio vel imprecatio.
Responsio quod licet amore pene et vin-
dicte sed amore correctionis et iu-
stitie sicut patet de vita. xxxviii. Item
Luce vi. Et cit. xi. Act. viii. et
xiii. et xxiii. et Gal. iii. Non
enim predictas auctes indicandi
vitas vel pronunciandi auctas pro-
hibetur sed ne maledicta maledicti
vel contra convicia pro notemus
vitium referatur xxxiii q. ult. deus

Iam igitur declaratum est racionibus
auctoritatibus et exemplis Civitatem spiritualem
i. ecclesiam habere iurisdictionem spiritualem iuris
dictionis et iudicia et penas et ne
gocia ad eius cognicionem solam per
tinencia Et quia parendum est ex
necessitate sententiis ipsius et ipsi sine
excommunicationibus debent autem quatuor
attendi in intencione pronunciantis sine
sententie huiusmodi sive Primum est dei honor
propter cuius contumeliam tollendam gladius
excommunicationis exercetur Secundum honor
sanctorum hoc est sacramentorum et aliorum
quia propter scandala est sive ne sancta
prophanentur hoc est ne ex honorem
per communionem indignorum Tertium ecclesie
ipsius salus spiritualis propter quam con
servandam membrum putridum sive
morbidum gladio excommunicationis
precinditur Quartum est correctio
ipsius qui excommunicatur et aliorum Et
nota quod per excommunicationem subtrahitur
gratia dei et protectio excommunicato et dyabolo
relinquitur liberum est ei ruere
in interitum peccati et dyabolo potest
enim liberius desevire quia sibi ora
ciones ecclesie et benedictiones et intercessiones
suffragia sunt subtracta Item attenden
dum quod excommunicatio est duplex vinculum
scilicet quo ipse excommunicatus ligatus est ne
se sanctis immisceat et ne communione
fidelium se ingerat exceptis vite
necessariis que licet ei a quocumque petere
tempore necessitatis Et hoc de sua excommunicato
rum voluntate Alterum vero vin
culum est quo ligati sunt christifideles
ne ipsi excommunicato communicent nisi in ca
sibus a iure concessis xi q. iii quoniam
multos Et hoc de sua excommunicatio
nis inducens Inter alia Notandum
autem quod secundum vinculum sequitur
ex primo Tenem enim nos hic baiu
ret sive prefamilias sive secularis
sive spiritualis nullus subditorum directe
tare Cui enim interdicta est civitas
interdicta est omnis domus civitatis eius

quam ipsa familia evacuaret suam
prefamilias et vitaret eius iudicio
et subditi deserverent quod ageretur per
regem et pugnaret civitas contra ipsum
magistratum quod fieri non debet xxiiii q. iii.
Illud sane Ex quibus omnibus et aliis
capitulis supradictis apparet confusio
hereticorum qui negant sacerdotes
ecclesie habere potestatem ecclesie ligandi
atque solvendi in foro iudiciali :

Capitulum duodecimum Quod licitum sit in ecclesia dei corporaliter occidere hereticos atque malos

Quod autem in dei ecclesia licitum
sit malos tolli de medio eciam per
mortem corporalem a potestate iudiciali
que est sicut cirurgia spiritualis que
tamquam ferro et igne que putrida
sunt aut aliter morbida in corpore
ipsi urunt secantur et per gladium
aut ignem cetera quod penarum cor
poralium instrumenta per seculares principes
velut per cirurgicos dei et ecclesie non
exercentur patet xxiii q. v. gladius
potestatis ipsius est ferrum medicina
le quod exterius secat et interius sa
nat ut xxxviii d. Prima aliquanti
Et hoc est contra illos qui dicunt
quod non debet fieri vindicta neque
iusticia per homines ad quos inducunt
de ultra. xxiii Mihi est ulcio et ego
retribuam dicit dominus Ro. xii. Et
xii. Contra quos hic xxiii. et xxix
et xxxii. per pe. ii. xxiii. In conf
v. et ii. et vii Respondeo ergo breviter
quod licitum est iudici tam ecclesiastico
quam seculari vindictam et iusticiam
facere Et potest iudicium sanguinis
exercere dummodo ad vindictam non
odio sed iudicio non in temere sed con
sulte procedat Non enim sine causa
gladium portat dei enim minister
est vindex in iram ei qui malum
facit Ro. xiii de hac materia agitur
xxiii. q. iii. et iiii. et v. in multis

capitulo. Et nota quod huiusmodi erronei
magis iustificandi sunt quam iusti-
tiam esse faciendam denegant tamen
quam maxime iniusti et iustitie ini-
mici. Quomodo enim aliud predicat
huius erroris insania nisi omnem
iustitiam iniustitiam esse / si enim
non est iustum fieri iustitiam conse-
quens est omnem iustitiam iniustitiam
esse. Item si non possent puniri ho-
mines nisi iniuste ut ipsi dicunt quo-
modo omnis iniusta pena iniqua sententia
sit / ergo cum eos omne id quod vocatur
iustitia iniusta punitio seu iniusti-
tia est et hoc inconvenientissimum
esse patet. Quod autem liceat iusto iudi-
cio iniquos occidere auctoritatibus et
rationibus declaratur primo Gen. ii. ubi
mortem anime et corporis inflixit
homini propter comestionem pomi / ergo
multo fortius infligenda est pro peccato
maiori. Item si mors eterna est
infligenda pro culpa aliqua / ergo mul-
to fortius temporalis / sed mors eterna in-
fligitur Matth. xxv. pro culpa boni ob-
missi / ergo multo fortius est infli-
genda mors temporalis pro culpa mali
commissi. Item Deus precepit occide-
re pro multis causis Ex. xxi et xxv et
xxxii Levit. xvi et xxv. Deutero.
xiii et xviii et xix et multis locis.
Item in novo testamento Matth. xviii Luc.
xix. Ubi clare ostenditur quod licitum
est occidere hereticos et paganos
quia qui dato sibi beneficio impu-
gnat datorem omnino innocentem
et in nullo illum ledentem de iure
debet amittere illud. Quilibet igitur
vita sua quam revera ut beneficium
a Deo datore habet Deum impugnat
de iure debet amittere illam. Omnes
autem maliciose ac maligne viventes
vita sua Deum impugnant ma-
xime autem heretici et pagani.
Illi enim aperte Deum impugnant
auferendo illi hereditatem suam videlicet animas
hominum et suas et aliorum / sibi gloriam
suam et honorem divinum cultum eius
et religionem totis viribus ac studiis
destruere conantur. Ita enim quam
homines fere totam vitam suam in
dei impugnatione et eius iniuriam
et contumeliam convertunt de iure ergo
eis auferri potest non solum vita
corporalis sed etiam animarum si anime
mortales essent. Item aut pugnandum
est contra inimicos dei aut non / si sic
ergo expugnandi sunt et iustum est
bellum contra eos / tamdiu ergo pu-
gnandum est contra eos quamdiu re-
bellant. Si igitur usque ad mortem
corporum suorum rebellant nolentes
omnino cedere vel desistere a dei
iniuriis ac contumeliis pugnandum
est contra eos usque ad mortem cor-
poralem ipsorum. Et manifestum est quia
iusto bello occidendi sunt. Si dixe-
rint quod non est pugnandum sed ce-
dendum vel fugiendum remane-
bit ergo indefensum regnum dei et
tollitur dei cultus et religio christiana
et misera vita corporis mortalium
preferetur divine honorificentie et
beate vite immortalium animarum.
Item queratur ab eis utrum contra-
dicendum sit hereticorum erroribus
saltem verbo. Si dixerint quod non
restat ergo quod veritas salvatoris nec
predicanda sit nec docenda cum er-
roribus huiusmodi non sit contradicen-
dum illos. Si dixerint quod sit con-
tradicendum verbo pugnandum est
igitur contra eos lingua nulla ac
privilegio excepta est manus
a divini honoris servitute sive
servicio immo pro omnia eque dubi-
trix est eius sicut et lingua.
Quare eque pugnandum est manu
contra errores huiusmodi pro dei gloria
et animarum salute. Item si bestie
animales seu males videlicet lupi

et leones serpentes atque dracones
ferro et igne aliisque generibus debella
tiones consummande sunt pro salute cor
porum humanorum que devorant
et occidunt Quanto forcius bestie
spirituales pro salute animarum quas
seducendo et subvertendo spiritualiter de
vorant et occidunt separantes eas
a deo qui vita est earum omnino
gladio et bello consummande sunt
Et attende comparacionem bestiarum ma
lorum et spiritualium quia convenien
tissima est et apta si feritatem pravitatis
hereticorum si venenositatem pseudo
prophetarum attenderis Item quia bla
sphemus incorrigibilis blasphemiarum
predicator sicut est in ecclesia dei sicut
ovis contagiose morbida in grege
et sicut membrum cancerosum
in corpore cancredicio incurabili et
iugiter serpente / ergo idem faciendum
faciendum est de eo pro salute totius ec
clesie quod faciendum esset de ove
et membro huiusmodi pro totius gregis
et corporis salute Quare resecandi
sunt comburendi et modis omnibus
ex necessitate de medio tollendi j ad cor
v. j ad thi. i. et xxiiij. q. iij. Secare
corripiantur etc Et si dixerint quod
non occidendi sunt sed non ab hominibus
sed a deo Respondemus ex necessitate quod honor
dei atque religio christiano ex ponenda
sunt nulla quod eis defensio adhibe
atur occidit etc ut deo nichil honoris
penitus debeatur cum nec in nobis
nec in aliis liceat nobis eius hono
rem defendere defensione que repel
lat obpugnantes Item constat con
ventibus quod erudiendi et corrigendi
sunt homines alioquin deterioris
condicionis essent quam canes et
alia bruta animalia que erudiuntur
et meliorantur correctionibus et disci

plinis Item quod infantes et ceci et
similes homines retrahendi sunt
a precipiciis sub morsionibus conpunc-
tionibus et aliis corporum periculis etiam
inviti consultoforcius occidendus est
morti eorum et periculo animarum
et multoforcius retrahendi sunt
etiam inviti de periculis spiritualibus et a
vertendi ab eis propter mortem spiritua
lem / Hec autem mors est viciorum
et peccatorum que a deo separant qui est
vita fidelium animarum Item si cecus
unus de luto vel fovea flagellis
aut stimulis urgendus est ut exi
liat aut funibus si aliter exire
noluerit extrahendus Quanto for
cius homo de lacu miserie et de lu
to fecis erit totis viribus et studiis
extrahendus Item si furiosi sunt
recludendi vel ligandi inviti et si
gladii et alia nocendi instrumenta eis
sunt auferenda ne sibi et aliis no
ceant Consultoforcius mente furiosi
auferenda sunt arma quibus sibi et
aliis spiritualiter noceant videlicet corporis me
bra cum nocumenta spiritualia ani
marum incomparabiliter maiora
sunt quam corporis nocumenta Sed
opponunt heretici per illud math. xiij
ubi dicitur Sinite crescere zizaniam
usque ad messem ne forte simul
eradicetis et triticum Respondeo illud
tum est dictum ut tritico parcetur
Non enim voluit parci zizaniis sed
soli tritico xxiiij. q. iij. Et voluit
parci zizaniis in tritici detrimento
Et ideo ubi non potest parci eis sine
tritici detrimento voluit eis parci
ubicumque ergo crescunt zizania in suf
focacionem aut detrimentum tritici
ubi nullatenus voluit eis parci
ubicumque ergo crescunt heretici in pro
strationem populi vel diminucionem
ibi nullatenus sinendi sunt crescere

sed eradicandi et per mortem corporalem
quia aliter eradicari non possunt incorri
gibiles et contumaces et ideo sunt
necessario occidendi. Si vero obiciunt quod
deo sinendi quia forte possunt converti.
Respondeo sinendi sunt ubi certum est
de conversione illorum. Sed ubi est ma
nifesta eorum perversitas nec signa
conversionis apparent tollendi sunt
de medio festinanter ut pestis deīn
tedium ne dum vana spe parcas
patitur per eos perdatur fidelium mul
titudo. Non sunt igitur sinendi here
tici obstinati in medio fidelium sub
spe convertendi. Sicut nec lupi sinendi
sunt in medio gregis ovium ea spe
quod convertantur in oves. Et sicut non
sunt sinendi faces ardentes ea spe
quod in arbores fructiferas convertantur.
Et sicut leprosi non sunt sinendi in
medio sani populi quia forte sanari
poterunt cum interim suo contagio
alios inficiant aut corrumpant.

Capitulum tredecimum contra illos qui dicunt miracula que in ecclesia dei fiunt ex deo non esse etc.

Nunc erroribus hereticorum ob
viandum est. Quia miracula
que fiunt in romana ecclesia ideo
contradicunt credentes cum se et
suos consectaneos nulla posse mi
racula facere ne notetur eorum
perfidia obiciunt miraculis que fiunt
in ecclesia quod ex potestate diabolica ita
fiant. Sed in hoc apparet fidei ca
tholice veritas quod fideles sancti
eam etiam mortui miraculis atte
stantur et quam vivi tenuerant
etiam post mortem miraculis comprobant
et confirmant. Infideles etiam here
tici sicut nec vivi apud deum
quidquam possunt sic mortui seipsos possunt

nec alios adiuvare. Inducunt autem
contra miracula ecclesie illud Matthei vij°
Multi dicent michi in illa die domine
domine in nomine tuo prophetavimus et in
nomine tuo demonia eiecimus et in
nomine tuo virtutem multas fecimus.
Et tunc confitebor illis quia non novi
vos discedite a me maledicti qui
operamini iniquitatem. Respondeo quod
non arguit eos de incredulitate sed de
iniqua operacione fidem enim habebant
sine operibus et in fide nominis ihesu
christi ista faciebant. Et quod per talem
fidem possunt fieri miracula patet i
Cor. xiij. Si habuero omnem fidem
ita ut montes transferam caritatem
autem non habuero nichil sum. Item
obiciunt Matthei xxiiij Surgent pseudo
christi et pseudo prophete et dabunt si
gna et prodigia ita ut in errorem
ducantur si fieri potest etiam electi. Ad
idem inducunt Apoc. xvi. Vidi de ore
draconis et de ore bestie et de ore
pseudo prophete exire spiritus im
mundos in modum ranarum. Sunt
autem spiritus demoniorum facientes si
gna. Ex hiis dicunt heretici quod qui in
ecclesia romana signa faciunt pseu
do prophete sunt et demonia habent
per que talia faciunt. Respondeo quod in
predictis auctoritatibus loquitur de signis
~~falsis~~ fantasticis et mendacibus
Cum qui ea faciebant pseudo et falsi
dicuntur. E contrario vero in ecclesia ro
mana per experienciam probantur
esse vera miracula ut expresse
de beato petro et paulo. Et Johanne
et de aliis multis Actuum iii. v. viij.
ix. et de aliis capitulis multis.
Et in sanctis canonisatis usque nunc
operacione multorum comprobantibus fidem
suam. Ergo autem ecclesia christi habuit
potestatem talia miracula faciendi

pz Act x. Et Mr vi et luce ix et x.
et Marci in fine ubi dr Signa aut
eos qui crediderint hec sequentur
Sz nota q no dicitur omes eos set so
q̃z et ubi pro ꝯfirmacoz fidei neces
sarium et conveniens est tam
testimonium miraculoꝝ ꝯfirmacio
fidei est que fidem inseparabiliter co
mittantur ut Marci in fine Hebr ii.
apostolus etc et aplus no esset credi
tum in articulis fidei nisi mira
culorum testimonio que miracula
sunt opa solius dei ut Joh iii. Ne
mo pt hec signa facere que tu fa
cis nisi fuit deus cum eo Et Joh ix
xv de hereticis Quum ꝯminuicto in
testimonio miraculoꝝ habuit iudei
donec deseruerunt fidem ista Et
tunc translata sunt cum fide ad ap
ostolos et ad ecclesiam de iudeis et
gentibus congregatam et pseuerant
hodie ita ut fide posita ea poni
videntur et remota removeri quasi
ipius fidei testimonia et effectus nec
Judei nec Sarraceni nec ydolatre
nec heretici habent ad ꝯfirmacoz secta
sueꝝ testimonia miraculoꝝ Mira
cula dicimus virtutis divine opaciones
mirandas insolitas cursumqz nature
contrarias ut illuminatores cecorum
suscitacoz mortuoꝝ et similia que
apud infideles no sunt ppter infide
litatem et maliciam eorum Marci
vi. fides eciam ihū xpo testificata est
a lege et pphetis Ro iii Et si error
esset ut putant heretici certe o essemus
decepti qui tantis signis et talibus
que no nisi p deum pnt fieri
hec ꝯfirmat in nobis Et hec deus
qui summa veritas est nunc con
venit Item hec a summe sanctis
viris sunt nobis tradita verum

esse fidem et fidei ecclie romane
miracula et cum summa et autentica
testificacione probata domino cooperante
et sermonem ꝯfirmante sequentibus signis
Mr in fine Quos aut a deo fuisse
deceptos aut p eos nos posse de
cipi intollerabilis credi sz Claret
igitur ex his q vera sit in ecclia
romana miraculoꝝ opa que eius
fidei veritatem p omnia roborat et
confirmat :

Capitulum quartumdecimum contra
illos qui negant indulgencias
ecclie et per elemosinas et oblacio
nes que dantur pro exequendis
dicunt indulgencias ee venales etc

Similiter indulgencias que in
ecclia fiunt auctoritate clavium
et oblacionibus aut pegrinacionibus
que iniunguntur ad consequendas
huiusmodi indulgencias contra dicunt
erronei Cum tn illius cuius est pstat
penales satisfacciones iniunge eius
est eas augere minue et in alia
comutare prout ad dei honorificencia
et animaꝝ salutem publicaz qz
spualem utilitatem viderit expedire
ex de regulis iur Omnis res
per quascumque causas nascitur per eas dissolvitur… unde ius prodit inde interpta
cio procedat ex de sua exigentia
Inter alia Quare et penalem aff
liccionem in elemosinam et in obla
ciones et in oracones et in omne
qd deo magis acceptum esse vi
derit licitum est prelato et sue
ptatis officio mutare prout ipi
penitenti aut ecclie aut civitati
aut patrie viderit expedire ex
de officio et po iud de. pta Cpal
igitur ptatis est officij afflictionem
quantitatemqz sicut expedire viderit
comutare xxvi q vii hoc fit Item

quia omnibus fidelibus bona sua sunt in
honorem ipsius et gloriam regni vel
domus sue utiliter tenentur expendere,
et ubi maiorem utilitatem vel ho-
norem viderit, ibi largius. Tunc
enim fidei commissa sit eorum dispen-
satio xvi. q. vii. Intelligant ecclesiastici.
Autem diminutiones, commutationes
atque penalitates penitentialium satis-
factionum prelatis commisse sunt. Matth.
xvi. Tibi dabo claves regni celorum. Joh.
xx. Quorum remiseritis peccata etc.
inferius. Est igitur pertinere ad eos
ut expendant hec largius aut par-
cius, prout negocia aut tempora oppor-
tunitate aut magnitudine divini
honoris requisierit. Propter hoc quod
maximus honor est dei in terra christi-
ana religio, maximaque utilitas ani-
marum, pro ea placanda, conservanda,
amplianda, defendenda, necesse habent
servi dei de personatis bonis sibi com-
missis expendere quantumcumque presentes
necessitates requirunt. Et hec est
causa, quare largissime indulgen-
tie sunt ab ecclesia date, pro subsidio
terre sancte. Et generaliter contra ini-
micos fidei et christiane religionis.
Obiciunt autem contra indulgentias
que fiunt per episcopos. Primo dicunt esse
venales huiusmodi remissiones, quod be-
nefactoribus alicuius loci, remittitur
tertia pars vel huiusmodi iniuncte
penitentiarum. Si quis enim ovum vel
obulum dederit, erit benefactor,
et ita pro ovo vel obulo ei tertia
pars vel huiusmodi iniuncte penitentie
remittitur, quod eis videtur ridiculum,
quia sicut datur remissio pro pecunia
ut dicunt, et ita remissionis gratia
fit venalis. Item defraudatur deus
ut dicunt, cum duorum vel trium
vel plurium annorum pena in unius

oblatione obuli obmittatur et an-
norum plurium in brevissima ho-
ram. Respondeo quod non est ibi vena-
litas, cum ibi pro pecunia nichil fi-
at. Prelatus enim non intendit commer-
ciare pecuniam, sed dei cultum et
honorificentiam ampliare. Quod hoc
enim edificatur ecclesia ut dei cultus
et honorificentia amplietur, ut in
ea illius sancti laudes, digna vene-
ratione celebrentur. Et ut per divinum
officium, remissiones et gratie, cetera-
que beneficia dei, omnibus impetrentur.
Sicut ergo non pro pecunia licet
per pecuniam fit illa indulgentia,
et ideo quia locus huiusmodi non potest edi-
ficari sine pecunia. Quoniam ad illam
dei honorificentiam, propter quam fit
illa indulgentia, non potest ibi ve-
niri sine pecunia. Et sicut non pro
aqua sed tamen per aquam et non sine aqua
in baptismo datur remissio pec-
catorum, vel sicut non pro crismate
sed tamen per crisma et non sine crismate
fit confirmatio, vel sicut non pro pa-
ne et vino, sed per panem et vinum
et non sine pane et vino fit celebra-
tio misse, ~~[illegible]~~ sic non pro pecunia
sed per pecuniam et non sine pecunia
fiunt huiusmodi indulgentie. Ad hoc autem
quod opponitur de defraudatione dei
dicimus quod ipse honor et decor cultus
[illegible] divini non solum sup-
plet quod de penitentiis per indulgen-
tias subtrahitur, sed etiam superhabun-
dat, maxime cum sacrificium laudis
orationum incensa, et laudum thi-
miamata plus diligat quam tor-
mentorum penalium afflictiones.
Ysaie lviii. Numquid tale est ieiu-
nium quod elegi per diem affligere
hominem animam suam. Numquid
saccum et cinerem sternere. Secunda 2
stultitia opinionis hereticorum est qui

nichil credunt esse quod eodem precio
longe et graues pene quo breues et
leues redimantur / Et hec iniquitas ut
ipsi putant In quo euidenter osten-
dunt se nescire virtutem dei / nec cla-
uium potestatem Sicut enim non maiorem
remissionem obtinet peccatorum qui
in maiori aqua baptisatur quam
qui in minori sic qui maiorem pe-
nitenciam offert non maiorem recipit
remissionem quam qui minorem offert
Et hoc est quia sicut non ex aqua fit
remissio in baptismo sed ex virtute
diuina que adest sacramento Sic
ibi non ex oblatione siue ex oblatis
sed ex virtute diuina que adest clau-
ibus et misterio prelatorum Iuxta omni-
potentis enim iudicio non quid sed
a quo inspicitur in .q. vij. In gra-
uibus Tercio visum est eis quod hoc
3\. sit facere ipsam graciam spiritus sancti
venalem cui iam responsum est supra
per hoc quod nichil sit ibi venalitatis
Potest eciam dici quod in veritate magis sit
quantitas quam remissio / sed quia longe
leuius est aliquid offerre diuitibus
et habundantibus quam penales la-
bores atque molestias ferre / Ideo re-
missio reputatur quantitatis penalis
afflictionis / in minimis oblationibus Extra
de pe. et re. c. po. et c. [illegible]
Quarto obiciunt heretici dicentes
4\. quod huiusmodi indulgencie dant occasionem
peccandi Quid enim restat ut ipsi
dicunt / nisi ut impune peccent
homines / si tam leuis immo ridicu-
losa sit peccatorum redemptio Et
dicunt / quod stultissimi sunt qui pro
agenda penitencia transfretaciones vel
alias longas et laboriosas peregri-
naciones suscipiunt / si tres oboli /
tantum eis prosint Respondetur quod illi
indulgencias huiusmodi percipiunt qui
mundi sunt et immunes a mor-
talibus peccatis / Nulli autem certum est
quod immunis sit et mundus ab illis
Timor enim dei timere ibi facit
omnes / quia bonarum mencium est
ibi culpas agnoscere ubi culpe
non sunt di. v. c. Ad eius Nulli igitur
certum est quod indulgencias huiusmodi
percipiat Certum autem est esse unum-
quemque se esse debitorem in iniuncte
sibi pene quantitate certum nemini
propter huiusmodi penas debere cessare
ab agenda penitencia / ne quittat se peri-
culo / et inestimabilem ignem pur-
gatorii incurrat per negligenciam
agendi penitenciam Et propter hoc nul-
li pro certo promittimus et precise indul-
gencias istas / sed sub condicione illa si
immunes sunt et mundi a mor-
talibus Ad hoc vero quod stultos dicunt
qui laboriosas penas proferunt cum
tres oboli tantum indulgencias tan-
tum eis prosint Respondetur quod propter
exercitaciones et laborum meritum bo-
num est laboriosas penas facere
et per hoc leues et eque utiles non
obmittere / que non sine obulorum
oblatione fiunt Et tamen hoc non fit
ex obulorum virtute sed ex clauium
potestate ut iam diximus hoc modo / quia
sicut in baptismo plus prodest trina
inmersio in aquam sanctificatam /
ad remissionem peccatorum quam quod-
cumque vel quantecumque alie ablutiones
in alia quacumque aqua / licet fiant
penaliter Et plus valet huiusmodi pelvis
aque baptismaliter utentibus quam
magna flumina vel eciam totum
mare aliter utentibus / sic modica
oblatio aut leuis labor in operibus
propter que indulgencie fiunt plus
prosunt ad optinendam remissionem
quam magne oblaciones graues
et labores aliter facti Et hoc propter
virtutem clauium / non propter se
sed propter virtutem eciam clauium concedentium

est de sanctorum suffragiis specialiter quorum
veneratio fit in locis pro quibus indul
gencie iste fiunt quia venerantibus
et cultoribus suis indulgencias
et remissiones huiusmodi impetrabunt
qui volunt ex benivolencia et pietate
ex gratia et ideo vere impetrant
Item considerandum de virtute ecclesie cuius
vox est quidquid orationis vel divini
sumi ibi fiet et ex persona eius dicatur
Item considerandum est de virtutibus ac suf
fragiis omnium sanctorum quorum aut genera
lis aut specialis veneratio et memo
ria est ibi facienda Item considerandum
est de gratiositate et virtute divini
cultus qui non potest esse non graciosus
apud deum cum est honor et gloria
eius etiam ibi est virtus ad expellendos
terrendos demones ad vincendos
insultus eorum et temptaciones
ad debilitandas vires eorum deinde
ad provocandam gratiam compunc
tionis et devotionis ad impetran
dum venias ad gratias obtinendas
augendas et roborandas propter que
omnia indulgentie et remissiones
pro edificatione conservatione ac de
coratione domus dei ac in aliis ecclesie
fieri consueverunt

Capitulum quindecimum contra illos qui ecclesiis materialibus et earum dedicationibus contradicunt etc.

Materialibus etiam ecclesiis et ea
rum dedicationibus contra
dicunt heretici odientes decorem
domus dei et locum habitationis
glorie eius crudeliter prophanantes
graviori ultione divina gravis
simi quam heliodorus qui manum
suam contra templum domini inimica
liter extendit ii machabeorum xv. Obiciunt
autem contra materiales ecclesias per
illud Joh iiii venit tempus quando neque
in monte hoc neque in ierusalem ado
rabitur deus veri enim adoratores
adorabunt eum in spiritu et in veritate
unde dicunt quod locus ad orationem non
pertinet quia sicut deus est ubique
sic potest orari vel adorari ubique
quando enim orantur ut dicunt pietes
ad supplicandum illi qui ubique est
Ipse enim xpus in desertis orabat
Respondeo quod licet tempus vel locus non
sint de substantia orationis sunt tamen decentiam
stancia et ad instituta vel ratione
loci vel temporis ad orandum humana
devotio excitetur xpus autem in
desertis orabat Quod notandum quod ubique
potest deus adorari Et ut ostenderet
quod homo a tumultu cogitationum
secularium fugiat quando orat et ut vi
deamus aut cum oramus intra cubiculum
et ostium mentis est carnalibus
sensibus premunire enim sensus corporis
exteriora improbe se ingerunt et
intrat mors per fenestras nostras
et ideo claudendum ne vagentur
ad exteriora parum enim est intrare
cubiculum si ostium pateat cogita
tionibus importunis et fantasiis quibus
oratio impeditur quanto unde gra
vius quanto facilius est claudere et
avertere oculum vel aurem ut sic
huiusmodi fantasmata repellant Item
opponunt Act xvii deus non habitat
in templis manu factis Respondeo
quod non edificamus ecclesias ut deus
ibi localiter contentus habitet sed ut ibi
colatur decentius iii Reg viii et
ii par ii et vi Item obiciunt
quod apostoli tales ecclesias non habuerunt
Respondeo quod propter persecutiones in
Judea et alibi ubi persecutio ecclesie
vigui non poterant habere sed statim
ubi et quando persecutio cessavit reple
verunt ecclesias regiones urbes in ampliorem

hystoriis et legendis Et ad huc ubi
cumque viget fides catholica ibi
construuntur ecclesie sicut pz et sicut
docet tota pnti hystoria Et quod tem
plum sive malis ecclesia sit locus ora
tionis pz iii Reg viii et ix Et ii
par vi et viio Et quod honestum sit
hec ymod ecclesias pz titulus sancimus
Si enim fiat hec locum deputatum
et a ceteris usibus sequestratum ad
sumendum aliqualem cibum corporis
quanto fortius ad sumendum talem
cibum mentis Unde dominus ostendit
Joh iio quod dominus approbat malem do
mum orationis et sibi displicere quod fiat
locus negotiacionis aut spelunca
latronum Et aut ostendi auctibus
et temporibus quod necessaria est malis ecclesia
propter eorum quia ipsa ecclesia et ea
que in ea fiunt et sunt signant spiritua
lem ecclesiam et ea que in ea esse
debent et fieri Hebre vii Et ideo
vocatur ecclesia i. congregatio quia
congregacionem fidelium continet et
ponitur continens pro contento sicut ibi
Item que ecclesiis approbat tot xxiii
Item propter utilitatem quia ibi clerus
et populus in fide et moribus instruuntur
ad laudem dei et adorationem ibi devo
tius provocantur Item propter rememo
racionem beneficiorum dei aut aliorum
mirabilium sicut est repetitio dominice
resurrectionis et huiusmodi et qualis est
repetitio gestorum que apparet in
scripturis et picturis ecclesiarum maiorum
de quibus d. q. d. in. prelatum vene
rabiles Et sicut malis ecclesia con
stat ex lignis lapidibus que per diver
sos artifices dolantur complanantur
et poliuntur Sic spiritualis ecclesia ex
Judeis et gentibus a predicato
ribus verbi dei coniunguntur fideles
et coniunguntur in unitate predileccionis

et ab erroribus corriguntur et ab
radimuntur et sacramentis imbuuntur
et gratificantur Cum igitur ex malis
ecclesie dedicacio signat spiritualis ec
clesie dedicationem et sanctificationem
prout late exponitur super verbo ubi
ecclesie Exemplis ex et auctibus
patrum tam veteris quam novi
testamenti informantur ad hudum
malem ecclesiam Unde moyses ex pre
cepto domini fecit thabernaculum
Exo xxv et xxvi Salomon tem
plum iio Reg viio Et iiio Reg
vi et ix Act xv. ... consules
a patribus antiquis hz in singulis
civitatibus qui eum predicent
in sinagogis patres ex novi testa
menti venerunt malem ecclesiam
... iiii ... xi domus mea domus
orationis vocabitur omnibus gentibus
luce iiii. et xix Item ... xxi
Cum intraret ihesus in templum
ue. et c. di. domus mea domus ora
vocabitur Item ... xxvi Cotidie
eram apud vos in templo do
cens luce in fine ex ascensione
erant semper in templo laudantes
et benedicentes Item Joh in cen
... ista hunc et no. do. p. in f.
d. ue. Item xvi absque sinagogis
facient vos Joh i. Cor vi. Con
venientibus vobis in ecclesiam dei
audio scissuras esse ibidem nunquid
domus et aut ecclesiam dei contempnitis
Item Act iii. petrus et Joh as
cenderunt in templum ad horam
orationis nonam Item Act ix In
gressus paulus in sinagogam
predicabat ihesum quia hic est filius
dei Item approbationem malem ecclesiarum
a primo fundatore ecclesiarum Rome
imperatore constantino usque hodie
in mirabilium miraculorum et
virtutis divine operatione que fiunt
in eis deus ipse confirmat

Capitulum sedecimum contra illos qui
ymagines cristi et sanctorum in
ecclesia dei destruunt et deponunt
et ipsis turpiter contradicunt etc.

Venerabiles etiam ymagines
et picturas quas tenet et ap-
probat sancta Romana ecclesia in-
sani reprehendunt heretici quod nec iu-
dei nec gentiles eis tantam audent
inferre obprobriosam iniuriam
sicut ipsi. Unde concurrunt eas et
secant et destruunt dicentes esse ydo-
latras qui talia faciunt et esse con-
tra preceptum domini Exo. xx. Quibus
respondetur quod ibidem dicitur non
adorabis ea scilicet res malas ymagi-
num per ydolatriam adorando pro-
hibetur ibidem quia ad hoc erant iu-
dei promptissimi / sed ymagines fieri
ad repunandum aliquid non prohibet.
Unde etiam de mandato domini fecit moy-
ses duos cherubin aureos Exo.
xxv. Item salomon sculpsit yma-
gines et cherubin in tabulis eneis
iii. Reg. vii. Item in historiis legitur
quod ymagines omnium regum sculpsi
fecerat qui futuri erant post salo-
monem usque ad transmigrationem
babilonis. Item moysi de precepto
domini servavit manna Exo. xvi. Item
filii israel servaverunt serpentem eneum
quem de mandato domini fecit moyses.
Num. xxi. Que tamen servata fuerunt
non ut adorarentur sed ut essent in
memoriam beneficiorum dei. Sic et
nos servamus cruces ymagines
et picturas sanctorum non ut adorantes
ligna vel lapides sed venerantes
et recolentes dei beneficia que
reputat de con. dis. iii. perlatum
venerabiles. Unde et christi depin-
gimus residentem in throno ad
designandam sue potentiam maie-
statis. Item in gremio matris ad de-
signandum eius incarnationis hu-
militatem. Item in cruce pendentem
ad eius passionem ostendendam etc.
de modis aliis. Item obiciunt nobis
per hoc quod adoramus crucem tuam
dicimus tuam crucem adoramus domine.
Et ibi quod crux adoranda pro hoc
nos de ydolatria arguentes. Respondetur
quod triplex est adoratio latrie et tali
non adoramus crucem domini / sed secunda
adoratione que dicitur yperdulie
quasi super venerationem ceterarum
creaturarum et infra venerationem dei.
Tertia est adoratio dulie sive vene-
rationis de hac psalmista adorate sca-
bellum pedum eius quoniam sanctum est. Item
adorabimus in loco ubi steterunt
pedes eius. Item adorabo ad templum
sanctum tuum. Item omnis terra ado-
rabit te super terram gen. xli.
Sed aut ymagines christi in regno
ipsius et in terris christianorum necesse
observande sunt claret ex eo quod
cum rex in omnibus sui regni finibus
et ceteris sue maiestatis insigniis
que abicere et deturpare est sue
potestati regie contrarie. Ita rex omnis
terre christus dominus instituit et re-
liquit nobis ymagines et simi-
litudines humanitatis sue tanquam
vexilla sue regie maiestatis in
omnibus sui regni locis et finibus
erigenda veneranda et defendenda
ne a tanti regis adversariis de-
ponantur. Et tanquam sigilla
imperialis aule et tanquam arma
et insignia regalis clipei quibus
signis iniuriatus fuerit et ea de-
turpaverit crimen lese maiestatis
incurrerit / sic qui ymagines domini
nostri ihesu christi signa venerationis

probavit. Deinde offendit canonibus
sanctionibus et Romane ecclesie riti
bus contradicit et crimen heretice pra
vitatis incurrit. Et tales isti sunt
novi erroris inventores sed veteris
sectatores. legitur enim in cronica
Romanorum qualiter circa annos
domini dcc lx. leo tercius imperator huic
errore deceptus omnes ymagines
xpi quas in Romana invenit
transmisit in constantinopolim et igne
combussit. Similiter circa annos domini
dcc · xxx · leo tercius imperator et quidam
seductus hereticus contra ymagines
xpi Rome et ubique bella movit
igni tradidit et deponi mandavit
Obiit autem cum plurimi viri catho
lici remittentes invito coronati sunt
propter defensionem ymaginum christi
propter quod papa gregorius tercius tamen
in urbe celebrato concilio nulle et
partium ipse imperator incorrigibilis
perseverans excommunicatur. Et tota italia
Roma et hyspania ab eius obedientia
absolverentur / et vectigalia auffe
runtur ab eo. Similis error a phi
lippo ?o qui circa annos domini dcc · x ·
imperium tenuit. Et a constantino vo
circa anno domini dcc · xl · legitur predicata.
Et licet a sancta romana ecclesia et sa
cris canonibus error talis sufficienter
reprobatus fuerat. Iterum tamen a mo
dernis hereticis preteritarum rerum
gestarum ignaris crudeliter inva
lescit. Et vesania cecitatis nove perversi
docentur in scolis effigiem xpi domini
transsis semper adorari. Unde contra istos
Iannensis in libro catholicon de hac
adoratione determinat ubi dicit quod quidam
veterum ymaginibus xpi exhibendo

sit cultus latrie. Ad hoc dicendum quod yma
go potest dupliciter considerari: vel ut
quod res quedam et sic nullus ei ho
nor debetur sicut nec ligno nec
lapidi vel rei quod est ymago. Et quod
idem motus animi est in ymagine
in quantum ymago. Et ideo cum xpus
adoratur latria / similiter et eius yma
go adoranda est latria. hec Iannensis.
Et sicut habetur de con. dis. iii. c. perlatum
ubi dicitur quod non adoramus yma
gines intelligitur scilicet res illas pictu
ram sive materiam et deos ut adora
tione latrie. Aliud enim est adorare
ymaginem scilicet rem illam aliud
est per ymaginem intelligere quid
sit adorandum ut illa ymago
indistincta ab ymaginato per eundem
motum animi innota Iannensis
adoranda adoratione latrie sicut
ymaginatum / sed sicut dicit Iannensis
quod ymago considerata ut res quedam
nulla adoratione sit adoranda intel
ligit nulla adoratione latrie quod
de hac sola questio querit / licet tamen
veneratione dulie ymago ut res in
strumentalis sit adoranda prout
habetur de q. d. in. Venerabiles ubi
dicitur quod xpi ymagines adoramus
Super quo glosa prima dicit et adora
tione dulie adoramus unde etiam
consecrantur et crismantur ymagi
nes sicut et alia divini cultus
ministra et alia vasa sancta. Quare
autem deus invisibilis vult ado
rari in humana effigie visibili
ideo est quia deus homo factus est
et carnem nostram assumens visibilis
corporalis apparuit. Ideo autem yma
gine humana apparere et adorari
voluit et ymagines sibi fieri ap
probavit ex veteri ac novi testamenti.

claret historiis apparuit cum Abra
he dicens Ego sum dominus omnipt
qui cecidit pronus in faciem suam
Gen xvii Item eidem xviii ubi
tres vidit et unum adoravit Item
apparuit Isaac gen xxvi Item
Jacob qui dixit vidi dominum facie
ad faciem gen xxxii Item mo
ysi in flamma ignis rubi Exo iii
Item moysi et aaron Nadab et
Abiu et septuaginta de senioribus
isrl qui viderunt dominum deum isrl
et sub pedibus eius quasi opus la
pidis saphirini et quasi celum
serenum videruntque deum Exo
xxiiii Item loquebatur dominus
ad moysen facie ad faciem sicut
loqui solet homo ad amicum suum
gen xxxiii Item ysa. vi vidit
dominum sedentem sup solium ex cel.
et e. et p. etc Et dixit ve michi
quia tacui etc et regem exercituum
dominum vidi oculis meis Item ezech
i vidi sup firmamentum quod erat
sup caput animalium similitudinem
throni et in throno quasi aspectus
hominis desup et a lumbis eius et
sursum etc Hec visio similitudinis
glorie domini et vidi et cecidi in faciem
meam Similiter et in novo testa
mento apparet ut et tempore Au
gusto ymago xpi pueri in ulnis
matris virginis apparuit audita
voce Hec est ara celi Augustus
et thurificans ymaginem ado
ravit Item legitur in speculo hys
toriarum quod xpus ymaginem
sue faciei propriis manibus im
pressam buthico regi Abagaro
destinavit que in edissa civitate
miraculis claruisse dicitur Item
beate veronice ymaginem hanc

toti urbi venerabilem buthico sibi
impressit quam usque hodie mira
culorum operatione approbat et con
firmat Item Nicodemus xpus ap
paruit ut rex glorie pendens in
cruce mandans ut ei talem yma
ginem prout viderat fabricaret
que in civitate lucana tercium
multis adhuc coruscare mira
culis Item beatus lucas plures
ymagines xpi ac beate virginis
depinxisse dicitur Item in legenda
de sancta cruce legitur quod yma
go crucifixi a Judeis confixa lan
ceis copiosum cruorem effudit
Ex quibus omnibus patet error illorum
qui ymaginibus xpi et sanctorum
tam improbe contradicunt Signum
autem erroris illorum est et manu
festa probacio Quia in universo mundo
ubicumque dominantur homines xpiani
ibi in civitatibus villis et stratis
publicis eriguntur ymagines
crucifixi ubi vero dominantur heretici
pagani sive Judei aut alii ini
mici fidei xpiane ibi deponuntur
et destruuntur ymagines et ve
xilla fidei orthodoxe :

Capitulum decimumseptimum
contra illos qui negant esse pur
gatorium et nil prodesse suf
fragia animarum affirmant :

Ignem esse purgatorii non cre
dunt heretici restare post mor
tem sed statim animas solutas
a corpore transire ad requiem vel
ad dampnacionem et ideo suffra
gia animarum que fiunt ab ecclesia
non admittunt unde inducunt
pro se illud ii Cor. quinto Omnes

nos manifestari oz ante tribunal
xpi ut recipiat vnusquisqz propria
corporis pro gessit sive bonum sive
malum hic dicit prout gessit non
prout alius gessit pro eo ergo non
prodest defuncto quod illius gessit
pro eo ut dicunt Respondeo quod eadem
racione posset concludere quod non prodest
dest vnio quia alius facit pro eo
quod patet esse hereticum Ecclesia enim
dei orat pro peccatoribus Et apostolus
in multis locis petit oraciones eorum
quibus scribit utz Ro xv et Colos
in fine Item dicit se orare pro eis
sine intermissione Ro j preterea ibi lo
quitur de iudicio vniversali ubi per
sonam quibus nos oz etc Ad autem
apostolus dicit ut referat etc sensus est
ut recipiat remuneracionem vel damp
nacionem iuxta opera sua per hoc quod
non removentur quin aliquis possit
iuvare tamen illud iudicium vniversale
si quis decessent in prima inchoata
et non finita Ad idem obiciunt Apok
xiiij Opera enim illorum sequntur illos
q. d. non aliorum Respondeo quod per
hoc non removetur quin aliorum opera
illos iuvent In hoc errore sunt grec
Armenem et fere omnes naciones tra
nsmarine Contra quos est quod et ipsi
oraciones et elemosinarum suffragia of
ferunt pro defunctis Et sic tenet
ecclesia catholica ut xiij q. ij pro ob
euntibus Et Macha sancta et salubris
est cogitacio pro defunctis exorare
ut a peccatis solvantur ij Machab xij
Non autem solvuntur qui sunt in
inferno quia nulla redempcio sed
sempiternus horror inhabitat Job
x. licet eis prosint suffragia
xiij q. ij Tempore vero illi qui

qui sunt in gloria hec requirunt
Relinquitur ergo quod sit alius locus
in quo adiuvantur qui decedunt
tes aut aliorum suffragiis merentur
xiij q. ij Nos estimamus et c.
Tempus Et ibi purgantur anime
et per suffragia ecclesie adiuvantur
que multa impendit suffragia
animabus purgandis aliter enim
deciperetur ecclesia et eius suffra
gia essent superflua et vana quod
est inconveniens Vide quam detesta
bile et iniquum sit mortuus auf
ferre suffragium ecclesie qui in igne
purgatorii cruciantur et contra
illud Eccli vij mortuo non prohibeas
graciam Ad autem suffragia ecclesie
prosint defunctis patet Joh xj Ubi
ad preces marie et marthe dominus
lazarum suscitavit Item ad pre
ces petri a morte fuit thabita
suscitata Act ix ad idem j Cor
xv Item prima Joh iij fiducia
habemus ad deum ut quecumque peti
rimus accipiemus ab ipso Item
ij Machab iij Ad preces summi
pontificis heliodorus resurrexit
Et in multis aliis ad apostolorum
oracionem resuscitatis Et si oracio pro
dest ad resuscitacionem corporis prodest
etiam ad salutem animarum Et patet
etiam animas illas non fuisse in
celo nec in inferno claret igitur
locum purgatorium esse et oraciones
aliorum ibi exeuntibus sibi ve
nire Ad patet autem j Cor iij
quia igne ibi revelabitur glosa
hunc id est pena purgatorii Item
super illud j Cor iij si quis super
edificaverit super fundamentum hoc
aurum et argentum lap. preciosi
ligna fenum stipulam et c. hanc autem

erit in igne purgatorii quod vngu
tinque opus probat Item Eccli
xxvii vasa figuli probat fornax
i purgatorium de hoc igne dicit
Aug Ille ignis purgatorius du
rior est quam quicquid in hoc mundo
pt videri vel excogitari Cum quis
timet modo digitum in igne ad
horam ponere timeat ibi totaliter
in anima cruciari Quamuis tamen
sit ibi dies vnus sicut mille anni
i pe in Item dicit Greg Ignis
purgatorius est qui pro quibusdam
leuibus culpis ante iudicium
credendus est que post mortem grauant
si in hac vita positis non fu
erint relaxata Item Crisost Qui
in aliud seculum distulit fructum
conuersionis post purgationis igne
purgabitur Item Aug super illud
Mt xii non dimittetur in hoc seculo
neque in futuro Cur dicit quosdam
peccata esse que neque in hoc seculo
neque in futuro remittetur si nulla
in futuro remanet remissio pur
gatione peccatorum Item reuelacionibus
ostenditur esse purgatorium ut patet
ex libris multorum qui post mortem cor
porum apparuerunt multis promittentes
eos ut a futuris periculis preca
uerent et petentes ab eis suffragia sua
vel ut ab amicis ea sibi fieri pro
curarent faciunt et ad hoc te
stimonia multorum qui de morte cor
poris resurrexerunt qui statim ani
marum et proximorum in pre
dictis purgationibus existencium nar
rauerunt ut in multis scriptis inue
nitur Item racionibus potest ostendi
quod purgatorium sit Quidam hic
purgantur omnino et hii statim
ut moriuntur euolant ut appa
ret in morte plurimorum iustorum et

aliorum sanctorum Alii nec purgan
tur hic nec purgari incipiunt Et hii cum
moriuntur in infernum descendunt
ubi nulla redempcio sed sempiternus
horror Job x Alii hic purgari in
cipiunt propter penitenciam sed propter defectum
vite purgacionem non perficiunt quo
necesse est ut vadant in locum ubi
perficiant purgacionem quam inceperunt
Et ille locus dicitur purgatorium Item
cum deus sit misericors et iustus omnia
ignoscit penitenti non reseruans pec
cata ad penam eternam Ex iusticia
vero nullum malum impunitum
dimittit Job x Verebar omnia opera
mea sciens quod non parceres delinquenti
Et xxx luce que facit omnia Item
Ro i reuelabitur ira dei de celo
super omnem iniusticiam hominum Igitur
si deus hic non punit oportet quod alibi pu
niat cum homo non punierit suffi
ciens suum Restat igitur locus pur
gatorius post hanc vitam Et licet
peccatis venialibus anima occidi non
credatur ut dicit Aug tamen quasi
quibusdam pustulis et horrenda
scabie deformis efficitur Et ideo
ad amplexus sponsi celestis vix
aut cum grandi confusione veniret
nisi purgatorium eam ab hiis in
decenciis expurgaret ignis enim
purgatorius que purgacione digna
inuenit facit pulchriora sicut
fornax aurum et argentum Sap
iii tamquam aurum in fornace pro
bauit electos Et ps Igne nos
examinasti sicut examinatur ar
gentum Item bonorum et malorum
alii sunt simpliciter tales alii non
simpliciter mali descendunt in infer
num non simpliciter mali ad limbum
quo a simili simpliciter boni ascendunt
in celum non simpliciter boni vadunt

ad alium locum et illud dicitur purga
torium. Item dampnatorum duo sunt
loca limbus et infernus, ergo et salva
torum duo scilicet purgatorium et paradisus.
Item cum peccata actualia et venialia vo
luntate contrahuntur necesse est ut con
traria voluntate deleantur / sed in hiis
qui subito moriuntur locum non habet
voluntas contraria et penitentia digna, ergo
secum deferunt ipsa peccata. Cum igitur
cum eis non transferantur in celum
in quo nullum inquinatum introibit
nec pro eis detrudantur in infernum
cum mortalia non sint, necesse est eas ex
piari antequam ad celestem gloriam trans-
ferantur. Est ergo locus ubi hec purga
117 tio fiat et iste est purgatorium. Item
si dixerint quod sufficit afflictio peni
tentis et dolor interior quem habet pe
nitens pro eo quod peccavit. Respondeo
quod tanta poterit esse afflictio in vehe
mentia doloris vere penitentis quod
sufficit. Sed si parva fuit negligens
et remissa non sufficiat ad plenam pur
gationem quare necesse est ut ad iudicii
donec suppleatur quod deest quod si in hac
vita factum fuit necesse est ut post hanc
vitam supplementum huiusmodi apponatur
et erit purgatorium post hanc vitam.
Quod si dixerit aliquis quod piissimus
creator non sinit tormenta vel crucia
tus animarum cum sit essencialiter misericors
Respondeo quod sicut essencialiter est misericors sic
essencialiter est ~~misericors~~ iustus et propter
hoc sicut non sinit penas animarum
nec cruciatus per se sed quia sunt ani
mabus multipliciter salutares / sic
non sinit penas purgatorias. Ideo quia
sunt tormenta animarum sed quia sunt
iuste et honori suo convenientissime
meritum enim iuste boni sunt sicut
iusticia meritum iusticia bonitas est
et quia deus est clementissimus et
iustissimus facit opera clemencie ne pu
niatur eternaliter miserando et
opera iusticie penalibus penis et pur
gatoriis temporaliter puniendo. Si autem
dixit quod sufficit quod peccatum suum dimit
tat peccator et convertatur ad dominum. Contra 117
illud Ezech. xviii Quacumque hora
homo ingemuerit peccator etc. Respondeo
quod sicut non sufficit servo fugitivo so
la reversio ad dominum suum ~~defrau~~
~~davit~~ ymmo iustissime exigitur ab
eo opera que in tempore fuge dominum suum
defraudavit. Et sicut non sufficit sola
reversio bellatori conducto a rege si
precio eminente a rege suo recessit
et ad adversarios se transtulit ymmo
exigitur ab eo satisfactio de fide vio
lata et de dampnis ab eo illatis.
Sicut eciam si spoliavit aliquis ecclesias
vel personas religiosas vel eciam equos
furatus vel bursas obstinatus deprehensus
fuit sive alia dampna dederit
non sufficit quod peniteat vel petat
veniam tamen ymmo oportet quod prout po
terit satisfaciat de dampnis datis.
Sic et in peccatoribus non sufficit sola
reversio ad regem dominum omnium seculorum
nisi et dampna subtracte servitutis
et spoliationis restituant contumeliam
et iniuriam fuge sue et derelictionis
iuxta legem ipsius emendent
nisi forte tanta sit humilitas et
devotio afflictio quod melior ut regi
et domino hiis placeat esse conten
tum. Si autem non satisfecerit in
hac vita necesse est ut satisfaciat
in futuro. Et sic patet quod est purga
torium post hanc vitam. Quod si 117
non esset necessario sequeretur quod in deo
aut non esset perfecta iusticia aut
perfecta misericordia quod nullatenus esse potest.

Capitulum determinatum contra

illos qui dicunt sacerdotibus con
fitendum non esse sed soli deo:

Contra sacramentum vero penitencie grauiter
errant heretici in eo quod dicunt
quod ad agendam penitenciam sufficiat soli
deo confiteri absque oris confessione
et sine iudicio sacerdotali In hoc
errare sunt Iudei et greci similiter
et naciones transmarine ut Iacobi
te etc de hac materia agitur de pe. d.
l. crimibus anctibus / dicunt autem
quia solus deus dimittit peccata In
ducentes illud Marc. ii. Et ysa. xliii
ubi dicitur Ego sum qui deleo ini
quitates populi mei quasi diceret non
alius Et idem Aug. Nemo tollit
peccata nisi solus Christus qui est agnus
tollens peccata mundi tollit autem
et dimittenda que facta sunt et ad
iuuando ne fiant Respondetur quod deus
solus dimittit siue delet peccata auctoritate
sed sacerdos ministerio / deus ministri
operando sacerdos visibiliter ostendendo
Luce xvii. Et nota quia quos sa
cerdos ex confessione penitentes esse
cognouit eo ipso a peccatis absolutos
per satisfactionem penitencie iniungende
demonstrat / quia non imponitur alicui
penalis satisfactio nisi quem sacer
dos vere nouit penitentem et eo
ipso peccatum a deo indultum relaxatum
Et ideo in allegata auctoritate dicitur
Ego sum qui deleo iniquitates tuas
statim subditur narra si quid habes
scilicet per confessionem Et Iudicemur simul
scilicet a sacerdote qui est quasi iudex
inter deum actorem et peccatorem
reum Item obiciunt per ps. Sa
crificium deo spiritus contribulatus cor contritum
et humiliatum ~~deus~~ deus non despi
cies per hoc videtur eis quod non sit fa
cienda confessio si sufficit cordis con
tricio Respondetur quod hoc requirit
de necessitate instancia Quia sicut sunt tres
partes peccati scilicet cordis oris et operis
Item ad veram peccati purgacionem requi
ritur per similes tres partes penitencie ne
cessarie reformari scilicet per cordis contri
cionem per oris confessionem / et per operis
satisfactionem Ideo intelligitur cor contritum
et humiliatum scilicet humilitate con
fessionis et opere satisfactionis Alio
quin esset ridiculum per tria peccari
et per unum solum velle satisfacere
aliis spretis posset ea perficere nam
digne per que homo peccauit per
hec punitur Sap. xi. Item obiciunt
per illud ysaie lv. derelinquat impius
viam suam et vir iniquus co. su. et re
uertatur ad dominum et miserebitur eius
Respondetur quod miserebitur ei si reuertitur
et conuertitur hiis tribus scilicet corde
ore et opere sicut hiis tribus auer
sus fuerat Item obiciunt Ezech.
xviii. quacumque hora ingemuerit
peccator saluus erit non dicit con
fessus fuerit Respondetur saluus erit
i. salus eius incipit si vere in
gemit cum effectu cordis oris et
operis si assit facultas / si autem
propter defectum sacerdotis vel propter
debilitatem infirmi facultas confi
tendi vel satisfaciendi non suppetit
Tunc inuisibilis sacerdos deus eum
qui vult confiteri et non potest absol
uit a debito mortis eterne alio
quin in deo non esset perfecta misericordia
Si vero facultatem habet confitendi
necesse habet confiteri et satisfacere
Quia sicut dicit Aug. in libro de
penitencia ad agendam penitenciam non suf
ficit mores in melius mutare et
a malis factis recedere nisi de
hiis que facta sunt satisfaciat

domino / per penitentie dolorem / per humi
litatis gemitum / per contriti cordis
sacrificium / per elemosinas per ieiu
nium et oracionem. Item Ambrosius. Non
potest quis iustificari a peccato nisi fuerit
peccatum ante confessus. Sicut enim
precepta est nobis interior penitencia
ita et oris confessio et exterior satisfac
cio si adsit facultas. Unde nec vere
penitens est qui confessionis votum
non habet. Quorum enim penitentem confiteri
si tempus habet et tamen antequam sit con
fessio in ore si votum sit in cor
de prestatur ei remissio peccatis / Dixi
confitebor adversum me iniusticiam meam
domino et tu remisisti iniquitatem
meam. Dixi id est deliberavi ut facerem
votum enim pro operacione habetur. Item
allegant heretici contra confessionem
quasi proverbium dicentes non ultra
facere scilicet peccatum est maxima penitencia
Unde quod falsum dicat quia non plus
facere potest penitencia sed solum non ulte
riorem penam et penitenciam pro inferi
penitencia ante est pene tercio scilicet in
mente pro peccatis contritus pariter
et confessis. Ad destruendum autem hunc
errorem per raciones similitudines in
stancie ab iuris nota quod in causa quod
deus habet erga peccatorem non potest esse
iudex nec per se audire causam cum sit
quo ad hoc peccatori suspectus et eum
poterit recusare. Ex quo paulo ante
fuit nunc quod de officio dele. Sus
picionis et de ap. Cum in spirituali. Si igitur
peccator de scripto iusticia deus facere
voluit per penitenciam deum in eadem
causa alius quam ipse iudex erit
Alius audiet et pronunciabit contra
confitentem ea per se que ipse solus
et maxime novit. Confessio igitur
alii facienda est quam deo. Item si
soli deo fiat confessio ignorat quid
ipse iudicet aut pronunciet utrum
absolvat aut condempnat. Quamdiu
autem ignoratur nec pro absolu
to nec pro condempnato se potest habere
penitens sed semper manebit dubius ac
pavidus pendente sentencia / qualiter
ergo hoc reputabitur iudicium vel
sentencia de quo nulla apparet sentencia
quia nullus apparet absolutus vel
condempnatus. Item in penitenciali iudi
cio necesse est ut iudex in medio
sedeat et actor et reus ante iudi
cem alter alteri ex adverso. Cum
igitur penitens quasi reus sit in
eo iudicio quo tamen deus iudicandus
est et a deo tamquam ab actore im
petitur. Christo ergo in eodem iudicio
deus non poterit esse iudex. Cum
decimo positum est ut nemo debeat
sibi ius in re sua quod si presumpserit
careat re ipsa. xvi q. vi c.
i. et ii. Et supra q. iiii c. ultimo.
Sub alio igitur et per alium iudi
candus est. Cum autem deus velit
subire iudicium nobiscum patet Ysaie
primo Iudicium simul narra quod
habes ut iustificeris. Et Michee vi. Iu
dicium dicitur cum populo suo et
cum Israel iudicabitur. Job xxxi.
Si contempsi subire iudicium
cum servo meo et cum ancilla
mea cum disceptarent adversum
me. Iudicium ergo necesse est iustissi
mum deum agere cum peccatoribus in hoc
iudicio penitenciali ubi in corde con
fessoris sedet dei vicarius sub tribuna
li absolvens reum a vinculis
peccatorum commutans multa supplicia
eterna in alias penas temporales resti
tuens eum gracie pristine et glorie

debite In hoc iudicio licet appellare a dei iusticia ad dei misericordiam tanquam ad maius tribunal quia misericordia eius super omnia opera eius ps. Et ideo condempnatus per iusticiam absolvitur per misericordiam Judit x. et Jone iii. ysa. xxxviii et iii. Reg. xxi. et Eze. xviii. Item si iniuste et iniurie temporales seu corporales habent proprios iudices qui de hiis audiunt pronunciant et iudicent et absolvent Quanto fortius spirituales iniurie Iudices habent qui de hiis iudicent Sed notum est quod de hiis iudicare plene nequeunt nisi per confessionem cum sint multa iniusta et occulta Igitur confessio de hiis facienda est Judici qui est sacerdos confessor aliter enim non consequatur reus fructum spiritualis iudicii qui est reformacio pacis inter eum et deum quia si confiteri contempnit iniuriosus efficitur deo quia ius eius non recognoscit et iudicium dei impedit et peccata sua iudicio futuro reservat ubi non erit ad misericordiam appellandum Constat igitur necesse esse iudices spirituales quorum iudicio satisfieret deo de homine si enim peccator se offert iuri coram deo necesse habet illum deus recipere et sibi auditorem sive iudicem constituere Alioquin iniuste agere videretur si paratum stare iuri et satisfactioni negligeret et gravaret ultra quam ius exigit et iusticia quibus se offert Omnes enim penitentes offerunt se iuri et curie seu consistorio dei in hac vita presenti Certum? si non habet hic curia sive consistorium et auditorem ubi tanta est multitudo reorum

iuri seu offerencium constat magnum esse defectum gloriose iusticie dei talem modo reos qui se sponte hic iustificari affectant Et tanquam dei ministri et lectores iniuriam dei altissime vindicant in seipsis primis afflictionibus castigationibus flagellacionibus mortificationibus membrorum que sunt super terram ut per hec possint penam gehennalem evadere Constitutum est derogaret regie dignitatis officio si in tanta parte regni sui non providisset qui petentibus iura reddant Necesse igitur est deum habere et iudices et curiam sive auditorium ubi iustificentur iustificandi et restituentur restituendi Et hoc fieri non potest nisi per accusacionem et testificacionem que in hac vita fieri non possunt nisi per ipsos qui peccaverunt / tum quia multa sunt occulta / tum quia spontanea debet esse accusatio et confessio ii. q. i. Christi? Quia non in primali iudicio penalis iusticia totaliter futuram iustificacionem evacuat / sic et pars partem ut accusatio prius accusacionem futuram testificatio testificacionem allegatio allegacionem condempnatio condempnacionem punicio punicionem confusio confusionem Certum ergo per dictam iustificacionem considerando se propter deum hic fideliter convenit futuri iudicii iustificacionem evadet i. Cor. xi. si nosmetipsos iudicaremus hoc est si con nosmetipsos partes iudicii penalis hic ageremus non utique iudicaremur / hoc utique iudicium non proficitur nisi sit reus sponte confitens totam induet homo totam homine Alioquin quid faciendum sit

et quod iudicatum sit non constabit homo
Et quod dignum hoc sit dicit Aug(ustinus) quod
homo homini humiliter se prosternat
qui humiliter astare nolunt creatori ad
tale igitur spirituale iudicium hortatur
dominus Luce xiij Nisi penitentiam habueritis
omnes simul peribitis Et quantum autem
sit utilis patet Math iiij et iij penitentiam
agite et appropinquabit regnum celorum
Math vi Item Act ij penitentiam agite
et baptisetur unusquisque in nomine
ihesu xpi et accipietis donum spiritus sancti
Item act iij penitemini et convertimini
ut deleantur peccata vestra etc. Item 1 Joh. 1 Apoc
ij et iij. Item ps. dixi confitebor
adversum me iniusticiam meam etc.
Prov. xxviij Qui abscondit scelera
sua non dirigetur qui autem confessus fuerit et reliquerit ea
misericordiam consequetur Item Ezech xviij Converti
mini et agite penitentiam ab omnibus
iniquitatibus vestris et non erit vobis
in ruinam iniquitas Item Jacobi
Confitemini alterutrum peccata vestra et ora
te pro invicem ut salvemini Et quod
autem confessio non soli deo sed sacer
doti sit facienda exemplis talibus
edocetur Si ad curandum infirmitates
corporales et vulnera et mortem
corporis evadendam vel diffendendam
sunt constituti medici quibus eger
tenetur detegere et confiteri mor
bos et vulnera et iniuncta dietam
et alia precepta medici diligenter
observare prosequenda sanitate
vel diffendenda corporis morte quam tamen
vitare non potest a fortiori constituendi
sunt medici spirituales qui contra
spirituales infirmitates et mortem anime
mederentur quibus penitentia detegenda sunt

per confessionem anime vulnera et ar
bitrio eorum iniuncta penitentia dicta
est diligentius observanda Cum maior
sit cura deo et tanquam deus esse
solicitudo maior de vulnere et mor
te anime quam corporis necnon mori
turi Item si de omni commissio temporali
necne licet ille cui commissum est suo
superiori seu procuratori ad hoc con
stituto de singulis reddere racionem
Imparabiliter fortius reddenda est
racio spiritualis spiritualium commissorum
et spiritualis villicationis ab unoquoque
maioribus scilicet dispensatoribus spiritua
libus quod sacerdotibus per racionem con
fessionis Item si famulus domini damp
nificationem viderit aut furem civis
sive latronem in domo sua ab
sconderit et non revelaverit hoc pro
curatori et custodi domini sui tamquam
reus dampni vel furti esset multo
dampnandus Ita peccator qui videt
se ipsum dampnificatione domini deum
in re anime perdere et videt se
rapere bona gratuita domino suo tenetur
se ipsum per confessionem prodere procuratori domini
sui scilicet confessori ut de tali iniuria
domino satisfaciat Et non minorem tenetur
quis facere iusticiam de se ipso quam
de alio in hoc casu patet igitur ex hiis
error et iniusticia illorum qui dicunt
quod confessio soli deo facienda sit et
minime sacerdoti:

Capitulum decimumnonum contra illos qui dicunt in sacramento altaris post consecrationem factam remanere panis et vini materiam preiacentem:

Non solum autem in sanctam
ecclesiam et in potestatem clavium

errando peccant heretici cum contra ipsum fundamentum fidei illud scilicet venerabile sacramentum eukaristie corporis domini nostri ihid(?) Christi multipliciter aberrando delinquunt. Et primo negantes hanc transsubstanciacionem mirabilem de qua in presumpto capitulo fit mentio de summa trinitate et fide catholica capitulo I ubi dicitur transsubstantiatis pane in corpus et vino in sanguinem etc. Dicunt autem heretici quod manet ibi post consecracionem creatura panis nostra atque vini innitentes plus sensualitati quam comprimuntur ad sensum tamquam minori indigniori et intelligibili(?) mīti quam sinceritati fidei et intellectualitati maiori digniori et mīti infiniti veram. Et in hoc a iudeis sarracenis atque gentilibus nichil omnino differunt qui similiter dicunt quod in isto sacramento sit panis materialis et vinum et quod tamquam ydolum adoramus christiani aut inter sapientes iudeos sarracenos et ceteros incredulos christiane fidei non credit similiter cum hereticis quod sub illis speciebus panis et vini vel sub ipso pane et vino secundum ipsos sit verus deus qui ibi sicut et ubique totus est secundum totam divinitatis essentiam indivisibilis et infinite quantitatis non per partes sed totus ubique. Alioquin esset ibi sua quantitas finita. Vero ergo secundum incredulum prefatum cum quo ad hoc magis adorare divinam essentiam in hoc pane secundum eos quam in alio pane vel cesto aut lapide vel alia re quacumque nec per hoc incredulus minorem habet causam adorandi calcem vel lapidem aut panem vel aliam rem quia hic in quo ipse credit remanere panem materialem et vinum. Sic autem heretici ad hunc veniunt aliquando dicant inter hunc

panem et aliam rem qualemcumque ex eo quod credunt esse ibi esse corpus Christi cum pane materiali. Et propter hoc reverenciam aliqualem ad hunc exhibent sacramento. Et mirandum est quod in hoc non contentus dyabolus nec quiescat donec ipsos ad hoc perducat ut hoc faciant cum sacramento quod iam de ymaginibus Christi dyabolo instigante fecerunt. Incipiet autem persuadere hoc tali argumento fallaci: Nonne maior est divina essencia quam Christi humanitas quia minor patre secundum humanitatem. Nonne maior est deus quam Christi corpus. Sic igitur non obstante deo qui in ymagine crucifixi est sicut et ubique est ipsa ymago abicienda cremanda et destruenda est ne ydolatria committatur adorando ibi ubi lignum materiale est. Ita simili racione non obstante Christi corpore quod huiusmodi est abiciendum dicet eukaristie sacramentum ne similiter committatur ydolatria adorando ibi ubi materialis panis est. In huius igitur sacramenti abieccionem et blasphemiam finaliter intendit dyabolus suos tales discipulos perducere toto posse. Et hec iam in tantum processit apud eos ut panem ipsorum consecratum et vinum indifferenter omnibus porrigant indignis garcionibus infantibus et adultis nec purgatis confessione quam abiecerunt nec probantibus atque diiudicantibus semetipsos et hoc prodigalius faciunt quam caupo vel penestica suos potus aut cibos venales porrigit ad gustandum. Contra quos errores intollerabiles firmiter credit fides catholica quod divina virtute in hoc sacramento transsubstantiatur panis in corpus et vinum in sanguinem Ihesu Christi ita quod desinit substancia panis de esse

in non esse et cedit creatura ab esse suo
voluntati imperiosissime creatoris et ma
net ibi esse verum corpus christi verus
deus et verus homo sub hiis tantum spe
ciebus prout cantat psalmista in ecclesia sub
diversis speciebus signis tantum et non rebus
latent res eximie / ibi continente non ut
locatum in loco sed ut signatum in si
gno isto commodo essendi ibi / sicut est
in rebus omnibus potencialiter deus
sed novo et singulari modo et bona
spalia gratia primum et eucharistia quasi bona
gracia dicitur Et ideo dicitur sacramentum mi
rabile in quo mirabiliter accidens
sine subiecto stare creditur ut per hoc
fides habeat meritum ut sensus hu
mines a decepcione reddantur per fidem
qui de accidentibus iudicant sibi non
licuit credere magnum sit cum enim
beatum thomam de aquino incomparabiliter ma
ius est quod deus factus est homo ita
quod non desiit esse deus quam quod panis
ita fit caro quod desinit esse panis hoc
per incarnacionem semel factum est istud
in altari cottidie fit Sed pro errore
sui probacionem plura inducunt erronei
incongrua testimonia scripture et alle
gant illud Joh. vi. panis quem ego
dabo caro mea est pro mundi vita
Ex quo videtur quod ibi sit panis et ca
ro Respondetur quod ibi nullatenus
denotavit panem materialem cum dice
bat panis quem ego dabo / sed denota
bat corpus suum quod nominabat panem
prout dicebat Ego sum panis vivus
qui de celo descendi Et ibidem panis
verus est qui de celo descendit et
dat vitam mundo / quod non potest intelli
gi de pane materiali quem dominus de terra
eduxit Ymmo potius Item obiciunt per
illud 1 Cor. x panis quem frangimus
nonne participacio corporis christi est

ex quo dicit xxvi. accepit ihesus panem
et fregit etc. Ibidem Non modo non
bibam de hoc genimine vitis etc.
Ex quibus arguunt quod ibi remanet
panis et vinum Respondetur quod in hiis
et in aliis auctoribus similiter inducte
dis quasi eadem locucio et idem intel
lectus est videlicet cum in manibus
accipitur panis materialis est Et postquam
consecrando benedicitur cum frangitur
sole species franguntur / et cum datur
in communione participatur corpus christi
est quasi ita diceret apostolus panem quem
frangimus i. id quod fuit panis ante
consecracionem cuius species frangimus non
ne post consecracionem iam participacio cor
poris christi est Et similiter christus acce
pit panem materialem et benedixit et
fregit species et dedit corpus corpus suum
Cum igitur dicitur de pane vel
de genimine vitis intelligitur de
speciebus sub quibus fuit panis aut
vinum / aut de eo quod nunc est sub il
lis speciebus post consecracionem videlicet corpus
et sanguinis christi ut ibi cum dicit
apostolus qui manducat panem hunc
et bibit calicem domini indigne reus erit c.
r. etc. Item dicunt heretici quod ob
est credere quod ibi maneat panis ma
gis quam credatur ibi simul esse corpus
domini glorificatum Respondendum quod hoc
credere multipliciter obest quia est
divine veritati contrarium et catholicam
fidem evacuat dum nulla transsubstan
ciacio fit si remanet panis ut ante
fuit quia in transmutacionem totam con
fitetur ecclesia Ob est etiam hoc here
ticorum saluti potissime cum per
hanc opinionem apostotando abiciant
hanc fidem quam in baptismo pro
fessi sunt quem firmiter ipsi credunt
oppositum ut in sequentibus clare patet
In hoc quod de c. iiii. Cum marthe
quod hec transsubstanciacio fit panis in corpus

et vini et aque simul in sanguine
xpi Est aut ista transsbacio essencial
sive sbalis sicut dicit nigr in simb
et no formalis. forme eni acciden
tales panis et vini manent/ sz cia
sbalia transeunt/ fit aut hoc ptate
diuina qua xpus primo consecrat et pq
formaz qficiendi tradidit ipe naqz
pse ppa virtute benedicit Nos aut
illa vtute quam indidit vbis qn vsibles
creaturas panis et vini in sbam
corpis et sanguis sui vbo suo secre
ta ptate conuertit de q. di. ii. Cum
corpus Et nota sicut effe est inef
bilis illa vnio qua deus factus est
homo sic ineffabilis est illa qusio
qua panis fit caro et desinit pa
nis Ideo aut desinit ne sic videt
panis incarnari aut deus vin in
panari sive panem assume/ si pa
nis manes fit caro/ sicut vin dici
incarnatum quia vin factum e caro
Nam vin manens qd erat ita filius
est caro q carnem assumpsit sz no
transiuit in carnem/ sz panis desines
esse q erat ita fit caro q transit in
carnem sz no assumit carnem quando
manet panis Item q deus factus
est homo et vin caro causa necia
subfuit vz ut redimetur ho et ut in
opcionem filiorum dei recipemur/ sz q
panis ita fieret caro q remaneret
panis ut sic videtur corpus cristi
vin et deus ncalem panem assum
psisse cui nulla causa sub est quare
qveniencius est q ab esse cedat Io
autz cedere nccce est ut locu heat
hec vitas infallibilis que dixit go
omo vin est q dixit Si aut rema
neret ibi panis ncia/ tunc verius
dixisset hic est panis ncalis/ qua
hoc est corpus meum/ quia ncia
panis esset ibi p pns/ et sub pro
priis suis accidentibus sz corpus

esset ibi p posterius et sub spe aliena
q no qveniunt summe et pfectissime ve
ritati Item si remanet panis cu cor
pe incongrue dixisset hoc est corpus
meum sz pocius dixisset hic vz panis
e corpus meum Credendum e igit q p
vin xpo cuius potencia a vtute cre
ata sunt pns panis et vinum/ eius
vbo transsbantur et ad melius pcrea
ntur de q. d. ii. vtrum Et e. panis
est omnis eni vtus et omnis ptas
exprima vbi potencia est/ eidem q
plenissimo iure ac simitate sub est
ad restringendum et ad limitandum
auffendum transcendum supplendum
et relaxandum Cuius ex de vtutibus
nalibus exempla patent quia vtq
ignis suspensa fuit a combustione
rubi Exo. iii. Et vtus aque fluxi
in diuisione mari rubri Exo. xiiii.
Et vtus motiua solis et lune Josue
x. Quanto go magis in tanto sacro
creature necesse hnt parere bnplacito
impiosissime voluntati dei que totu
ibi opatur/ sicut eni ad vbum an
geli filius dei factus est homo in
vtero virginis Luce i. sic ad vbm dei
venit in sacramento altaris Et sic
de virgine p spm vera caro creata
est sine coitu Ita p eundem spm sb
spe tm panis et vini idem corpus xpo
qsecratur sine qmixtione panis ncalis
de q. d. ii. vtz sub figura Et sicut
ad iratum precipientis dni repente
omni?? substiterunt excelsa celo
rum p funda fluctuu et vasta ter
rarum Ita pari ptate in hoc sacro
vbi precipit vtus fiunt effectus de
q. d. ii. In xpo pr Negantes aut
hanc transsbacionem hnt contra se auctes
et qcia Cuius longe maius est ad e

de nichilo procrearet quam quod est in aliud
transmutare de isto nullus dubitat
de hoc autem aliquis dubitabit. Absit
ideo autem posset pro tanti sacramenti
utilitate ac veritate panem transsubstan-
tiare in corpus cum filiis israel primo
in utilitate scilicet cibi corporalis ac mi-
nori veritate scilicet umbram et figuram
huius panis viuifici primam trans-
substanciauit in panem manente specie et forma
prime. Gen. xvi. Item limum terre trans-
substanciauit in hominem et costam ade in
feminam gen. ii. et veram feminam
deus mutauit in statuam gen. xix.
Item conuertit petram in stagna aquarum
et rupem in fontes aquarum ps. Et
veram aquam christus conuertit in vinum
Joh. ii. Et moyses virgam in colubrum
et econuerso Exo. iiii. et vii. Item
ipse dyabolus fatetur quod per christum lapides
panes fiant Mat. iiii. Item Johannes
ewangelista conuertit virgas in aurum et
lapides in gemmas ut legitur in vita
eius. Maior enim est vis benedictionis
quam nature quia benedictione etiam ipsa natura
mutatur sicut probat Ambrosius. Permul-
ta quere de con. d. ii. Revera conuersionum
ad similitudinem huius inuenimus exem-
pla et in omnibus elementis. In ter-
ra conuersionem ad semina herbarum et ar-
borum ubi est mirabilis conuersio
seminis in arborem uel in herbam
et in tota que seminatur. Item in
aqua et in aere conuersionem ad oua
piscium ut animum quia sola in-
cubacione avium et assumptione
strucionum oua in aues conuertuntur.
In igne conuersionem ad conuersionem metal-
lorum. Equaliter herbe et arbores
in cinerem et cineres in vitrum lapides
in metalla Job xxviii lapis calore

solutus in es vertitur. Item maior
est virtus verbi salvatoris quam stoma-
chi bonis sed ille mutat fenum et pa-
leam in carnem et ossa ergo multo
forcius per verbum salvatoris mutantur
panis et vinum in carnem et sangui-
nem christi ipso. Item stomachus
hominis cottidie mutat panem et vinum
in carnem et sanguinem. Quid ergo mi-
rum si hoc faciat verbum dei. Item per
naturalem inflammationem in fimo calido
panis conuertitur in carnem et sanguinem
quid mirum si hoc fiat potestate diuina
Sed si ad omnes istas similitudines indu-
ctas heretici dixerint. In illis omnibus
non euanescit preiacens materia sed trans-
mutatur forma et remanet materia
ergo a simili in hoc sacro scilicet preiacens
materia remanere. Respondetur quod in istis
naturalibus transmutacionibus necesse est
ut materia rei mutande remaneat
quod materia rei que fit scilicet in terminum naturaliter
non est. Et mouemus est et in
transmutacione naturali una materia destru-
eret ab esse et alia noua creare
quia [illegible] nichil qui creat
omnia simul. Aliter autem est in tran-
substanciacione sacramenti quia res que fit
scilicet corpus christi in terminum naturaliter prius
est et ipsum vere est et supponitur
res est. Quare necesse est ut ipsum corpus
christi materia preiacens panis ab esse ce-
dat in transsubstanciacione huius mirabilis sa-
cramenti. Erubescant igitur infideles
qui negant hoc posse creatorem facere
pro causa maiori quod credunt ipsum
per creaturas minora facere pro causa minori.
Sed ne umquam hec transsubstanciacio incredi-
bilis videatur pro eo quod eadem acciden-
[illegible] remanet. Attendat qualiter glorificatum
corpus illud quod nobiscum vult
esse omnibus diebus usque ad con. s.
a nobis videri tractari et sumi

no posset nisi sub hijs visibilibus spe
ciebus Et sicut corpus glificatum mi
raculose no implet locum sic hee
species panis et vini miraculose im
plent locum et saciant et nutriunt
sicut in naturalibus quando aliquis inebri
atur solo odore vini et pascitur
solo aliquo vini / sub hijs igitur speciebus
necesse latere cognoscitur et veraciter
continetur / sicut latuit in utero virginis
Et sicut filius hominis latuit sub forma
humana Vere ysaie xlv Tu es deus
absconditus israel salvator Et sicut inf
ans sub pannis involutus luce iio
Et sicut sub specie peregrini luce ultimo
Et sub specie ortulani Joh penultimo Et
sicut sub sindone in sepulcro capitulo pen
ultimo Et sicut rex nimine sub sacco
et cinere / sed quod tam sub paruis speciebus
et sub qualibet parte fractis speciebus totum
xpisti corpus veraciter continetur non
est mirum quia glorificato corpori hoc
non obstat Nam quod tamen nam nec
species corporis non glorificati mediante virtute
naturali per foramen strictissimum ad pu
pillam oculi deportentur non enim
quod corpus domini glorificatum virtute divina
ad fidei oculum deportetur sub hijs
paruis speciebus in eukaristie sacramento
tamen corpus glorificatum corporaliter sit
subtilius quam corpus non glorificatum
et intuitus fidei penetrabilior quam
oculi corporis et sacramentum sit ad credendum
abilius quam foramen aliquod ad vi
dendum Et sicut in tam paruo loco
solis tanta claritas Sicut in tam
paruo utero virginis tanta maie
stas / sicut in tam paruo lapide p
cioso tanta virtus / sicut in tam paruo
corpore regis imperatoris vel pape tanta
potestas / sicut in tam paruo speculo
tam magnarum et multarum rerum

diuersitas / sicut in tam paruis et paucis
litteris huius nominis deus tantum significatum /
sic in tam paruis signis tantum signa
tum veraciter continetur Ut videtur
per sacramentum / sicut sensus manens in littera
per literam videtur Et sicut miraculose
tam magnum corpus sub tam parua
forma concluditur Ita miraculose to
tum corpus in singulis partibus con
tinetur totus in magno totus in par
uo totus in integro totus in fracto
de con. di. ii. singuli / sicut in speculo in
tegro una tamen inspicientis apparet
ymago sed eo fracto tot apparent
ymagines quot sunt in illo fracture /
sed in qua re fiat fractio docet Aug
de con. di. ii. Qui manducat me viu
uit Quem ego manducans partes
de illo non facimus Et quod in sacramento
sic fit forma enim panis frangitur
sed corpus xpisti sumitur vel dividitur
ipsius manet tamen integer esus / Di
cunt forma panis non qui ibi sit
sed qui sunt de con. di. ii. Omnia sicut
dicebatur symon leprosus non qualis
existeret sed qualis extiterat capitulo xxvi
Et maria magdalena peccatrix
Matheus publicanus Thomas in
credulus Sed cum in hoc sacramento materia
tota mutatur interius accidentibus
exterius integre permanentibus huius
solido videri potest quare homo per sa
cramentum baptismi totus mutatur interius
remanentibus exterioribus acciden
tibus / quod tamen oculo fidei fit et non
oculo corporis potest videri quomodo de filio
perditionis factus est dei filius ad
optionis Non ergo mirum si in sacramento
eukaristie ad verbum dei totum mutetur
interius licet in exterioribus non mutetur
de con. di. ii. Omnia corpus ad idem
si aliquis vilis assimilatur in re
gem vel imperatorem vel Xpistum

vel papam aut cum peccator per primam
sit iustus vel iniustus per mortale peccatum
sit peccator. Quoniam iudeus vel sarracenus
aut hereticus sit catholicus per mutacionem
huiusmodi non mutantur accidencia vel dis-
posicio corporis exterius. Ita in hoc sacramento
et in eius transsubstanciacione contingit de qua
dicit Ambrosius. Panis usitatus est in al-
tari ante verba sacra quando ubi vero accedit
consecracio de pane fit christi caro. Sic
enim tanta vis est in sermone domini ut
faceret ea que non erant quanto magis
operatorius est ut que sunt in aliud
committentur. Quia primo christus creaturam
mutat et ex pane fit corpus christi et
vinum cum aqua in calice mixtum
fit sanguis consecracione celestis verbi de
c. d. ii. panis est in altari sicut
de virgine per spiritum vera caro christi sine
coitu creatur. Ita per eundem ex substancia
panis et vini corpus christi et sang-
uis consecratur de c. d. ii. utrum. Et
hoc est quod veridica fides in hoc sa-
cramento docet et predicat scilicet quod panis
cotidie transit in corpus christi illa vir-
tute qua verbum factum est caro et
habitavit in nobis Joh. 1. Quoniam dixit
et facta sunt mandavit et creata sunt
ps. Hec transsubstanciacio fit ad verba illa que
… ipse christus instituit velut
misterium consecrandi. In illis enim verbis
consistit virtus consecrandi. Et quorum pla-
cent rite fiant panis transsubstanciatur in corpus
et vinum in sanguinem de c. d. ii. Sic
vera … Quoniam panis materialis atque
visibilis advenienti pani vivifico
velut creatori honorem deferens locum
suum ei relinquit et formam visibilem
sacramentali iunctio et misterio ipsius
scilicet substancia panis et vini vel in priorem
tem materiam resolvitur vel ad nichilum.
Et hec est intencio illius transsubstanciacionis

transitus scilicet sic panis materialis obedi-
ens vivifico pani sub nata forma in ve-
ritate accidencium et qualitatum naturalium
ut est sapor odor pondus color
quantitas figura ad misterium sacra-
ad ritum misterii ad gustus fidei
… suffragium ut sic cedat non in
vacuo et virtus supra consuetudinem
operetur … de re. mis. Quoniam marthe
ut autem rebus mirabilibus fidem
prebeant facta mirabiliora ad con-
firmacionem catholice fidei huius trans-
substanciacionis multa huiusmodi … preter
incredulos recitanda. Nam ad in-
… a sacerdote confessus
est primo quod post consecracionem erat ibi
panis vite et fortius admiratus
est confessus quod ibi erat panis an-
gelorum. Et fortius admiratus con-
fessus fuit quod ibi erat deus et homo
… virtute admi-
ratus … a muliere consulti …
corporis oculis aliquando viderunt
oblacione sanctificata a sacerdo-
te veram carnem et verum sanguinem
Alii viderunt pueri infantem super
altare in manibus sacerdotis. Alii
cum frangeretur hostia viderunt
puerum sedentem in corporali et
non videbant ibi panem nec vi-
num et cum ipsum puerum …
tatum in figuram panis et vini
Alii viderunt agnum partiri in ma-
nibus sacerdotum et sanguinem
eius in calicem fundere sacerdo-
tibus aut qui sancta tractabant
nichil aliud quam panis et vinum
videbatur. Et ad confirmandam fidem
ad preces beati gregorii panis acce-
pit formam digiti et postea versus est
in cruentam carnem. Item de
rustico qui eukaristiam in alveo
apium posuit ut preterea corpus …

incl fecit Et rediens invenit in
vase illo beatam virginem tenentem
filium inter ulnas Item cum sacer
dos quidam sepius rogasset beatam
virginem ut ei ostenderet si panis
ad consecracionem sacerdotis fieret corpus
xpi cum celebraret ante oracionem
dominicam disparuit hostiam et vidit
beatam virginem inter ulnas tenentem
filium Et territus sacerdos dixit be
nedicta si tu vidisti hostiam meam
redde michi Cui illa Ecce quam
sacras / quam supra altare tenes / quam
comedis / quam bibis / ego virgo genui
modice fidei quare dubitasti nonne
legisti quod filius meus dixit Nisi
manducaveritis carnem filii hominis
et biberitis eius sanguinem non habe-
bitis vitam in vobis / qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem
habet vitam eternam panis quem ego
dabo caro mea est pro seculi vita / nisi
esset cottidie panis iste sacrificatus
mundus esset iam finitus Et firma
to sacerdote in fide tradidit ei fi
lium dicens Ecce panis quem quibus
perfice missam Et sic resumpta specie
panis tempore fraccionis disparuit visio
Ex quibus ostenditur quod fiebant pa
nis cum tales apparicciones et similes
in pane materiali non fierent sed potius
in corpore xpi glorificato quod sub hiis
solum speciebus veraciter continetur Con
funduntur igitur et heretici reneciantur
volentes modo panem materialem in hoc
sacramento una cum carne xpi comedere
qui patribus sicut et progenitores ip
sorum per fidem aqua nunc apo
statavit solam carnem agni in
maculati sub specie panis manducasse
nosceuntur / fastidiores et maiori co

fusione et ulcione digni quam populus
iudaicus in deserto qui in anima
nauseantes super pane illo levissimo
concupierunt comedere carnes Isti
vero tanto tempore consueti glorificatam xpi
comedere carnem Veniunt murmu-
rando sediciose contra moysen et
totam sanctam ecclesiam in hoc sa
cramento nituntur et cupiunt ma-
lem et levissimum comedere panem

Capitulum vicesimum contra illos
qui pueros in cunabulis nuper na
tos sacramento eukaristie com-
municare nituntur

In eo eciam veritati et ritui catho
lice fidei contradicunt heretici quod
pueros qui non dum aliquem baptismi
sacramento eukaristie procurare ni
tuntur et procurandos dicunt omni
de allegantes illud Johannis vi Ni
si man. car. fi. ho. et bi. e. sang.
non ha. vi. in vobis / super quo verbo
respondet Nicolaus de lyra dicens
quod eo quod dicitur hic Nisi manducaverit
etc dicunt greci quod hoc sacramentum est
est tante necessitatis quod eciam pueris
debeat dari sicut et baptismus quod
est falsum Prima in sumente hoc sacramentum
corporis xpi requiritur actualis devo
cio et reverencia que non potest esse in
pueris Et ideo hoc verbum non impor
tat preceptum et tamen intelligitur
de adultis quibus necessarium ad
salutem hoc sacramentum in voto
saltem si non possit [illegible] hoc re
hec lira Et quod talis opinio gre
corum et hereticorum et hoc ipsos
sequencium sit erronea et catholice
fidei contraria expressis auctoritatibus
et racionibus convincitur / sicut enim

dicit xpus in eiusdem Joh vi Spus
est qui vivificat caro non prodest
quicquam verba que ego locutus locutus
sum vobis spus et vita sunt Glo-
sa i. spiritualem sensum intellectum ma-
ducatur et aliqui corpus xpi sacrame-
taliter tm et non spiritualiter / et ut sic
dicit caro i. carnalis et non spiritualis
manducatio non prodest quicquam
Aliquis vero manducat spiritualiter Et talis
manducatio est necessaria ad salutem
Et de hac dicit Nisi manducaveritis
carnem filii etc De hac et manduca-
tione glosat se dominus intelligere
cum dixit verba que ego locutus
sum spus et vita sunt i. de spirituali
manducatione intelligenda sunt
cum dicit nisi man etc Dupliciter igitur
comeditur corpus xpi Et dupliciter
intelligitur corpus xpi Uno s. verum quod de
virgine traxit et in cruce pependit
Et de hoc dicit Matth xxvi Luce xxii
Mar xiiii i Cor xi hoc est cor-
pus meum quod pro vobis tradetur Et
hoc comeditur sacramentaliter i. sub
specie panis Aliud s. misticum quod est
ecclesia xpi spu vegetata / de quo
dicit aplus i Cor x unus panis
et unum corpus multi sumus et
hoc comeditur spiritualiter i. in fide cor-
dis sacramentaliter comedunt tam
boni quam mali spiritualiter soli bo-
ni In malis est essentia non salu-
bris efficientia In bonis vero utroque
modo sacramentaliter comedit tam
petrus quam iudas unus ad salu-
tem alius ad dampnationem xp
ins q. iiij In bonis / spiritualiter
manducat qui manet in unitate
xpi et ecclesie quam significat sacram

qui credit in eum manducat eum
Aug Crede et manducasti de c. d.
ii. Ut quid paras Et ipsa veritas
ait Joh vi Et qui manducat carnem
meam et bibit sanguinem meum
in me manet et ego in eo De hac
ma dicit de c. d. ii. Dupliciter Et
c. Crede in xpm Et cum igitur de hac
spirituali manducatione intelligatur in-
ducta auctoritas Nisi manducaveritis etc
non erit necesse nos q. ... Et
hoc sacramento cibentur pueri nos
baptismi sacramento renati quia ut
sic iam manducaverunt carnem xpi
et eius sanguinem iam biberunt
qui in xpo iam manent et xpus
in eis Et hoc exponit Aug in
quadam omelia dicens hoc est
manducare illam escam et illum
potum bibere in xpo manere
et xpm in se manentem habere Et per
hoc qui non manet in xpo et in
quo non manet xpus procul dubio
non manducat spiritualiter eius
carnem licet dentibus premat
sacramentum pueri igitur qui ut
sic manducaverunt habent in se vitam
eternam ut dicit auctoritas quare non
erit necessaria nec conveniens talis percep-
tio sacramenti Si vero pueris ante
baptismi sacramentum corpus xpi
porrigatur ut heretici moderni di-
cuntur facere hoc fit ad maiorem
dampnationem et interitum puerorum
qui manducant indigne et iudi-
cium sibi manducant et bibunt
Eo quod in originali peccato quod est peccatum
mortale existunt / et non dum fi-
lys datur panis filiorum cani-
bus non mittendus Secundo opinionem
Ni. de lira sup eodem cap Joh
vi. huius opinionis errorem ostendit
ita dicens Sicut enim in vita

corporali cibus est necessarius ad vitam conseruandam Ita in vita spirituali hoc sacramentum est necessarium quia vite spiritualis conseruatiuum scilicet sicut baptismus est quedam spiritualis generatio sine vita Ita eukaristia est quedam nutritio spiritualis nutritio sine cibus hec vita Cum igitur puero nato vita corporali mox cibus corporalis et solidus dari non conuenit esse immo ridiculum si mater infantulo tenero carnes caseum et panes porrigeret qui sunt cibi viri esurientium Ita similiter puero nato non conuenit nec necesse est ut mox cibo spirituali scilicet eukaristie sacramento cibetur donec in vita spirituali esuriet et langweat et confortatione cibi indigeat .i. donec ad usum rationis perueniat et ex racione seu peccati fomite adolescencia hominis iam ad malum pronior et quasi iam languens per abusum arbitrii liberi a gratia baptismali recedere potens Tunc primo cibo illo spirituali corporis christi sacramentaliter cibari et in gratia confortari conuenit et in ea integre conseruari :-

Tercia racio ex ewangelio Johannis iii. colligitur ubi dicit Nisi quis renatus fuit ex aqua et spiritu sancto non potest intrare in regnum celorum Et marci ult. Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit Et in simbolo niceno Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum Si igitur iuxta opinionem illorum in pueris baptisatis esset necessaria perceptio sacramentalis corporis christi et sanguinis ad consequendam vitam eternam sequeretur quod sacramentum baptismi esset insufficiens ad salutem et predicta allegata ewangelii et simboli loca essent veritati contraria quod erroneum patet esse :-

Quarto contra errorem illorum potest superswaderi si ad necessitatem vite eterne non sufficeret baptismi gratia et spiritualis manducatio carnis et sanguinis ihesu christi per unionem incorporacionem mistici corporis scilicet necessario requireretur sacramentalis perceptio eukaristie sacramenti sequeretur necessario innumerabilium dampnatio animarum et plusquam tercie partis regni christi animarum subtractio crederetur a principio videlicet catholice fidei usque ad annos domini mille ducentos xx. omnium sanctorum infancium post baptisma et ante perceptionem huius sacramenti decedencium omnium scolidorum et tacite carencium quibus romana sancta mater ecclesia hoc sacramentum porrigere non consueuit Ecce quomodo dictio iste erronea huius mulieris ecclesie ciuibus nititur quasi tertiam partem stellarum abstrahere dominum omnium talium saluti derogat per tales adinuentiones erroneas a seculis non auditas Cum dominus hoc sacramentum sumendum instituit conditionem et modum sumendi illud precepto subinfert ita dicens ut habetur in canone misse Hec quocienscumque feceritis in mei memoriam facietis Et I Cor. xi. Quocienscumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat Cum igitur pueri in tenerabilibus neque possibilitatem annunciandi mortem domini habere potuit si sacramentalis perceptio corporis christi esset eorum saluti necessaria sequeretur quod per gratiam ad

quedam ipsis tunc impossibile urgentur
Et si ante usum racionis decederent
necessario dampnarentur aut per transgres
sionem precepti huiusmodi condicionis sine
cuius aut protracencia huiusmodi necessarii
sacramenti utilis apostolus paulus sicut
a domino accepit ita tradidit nobis
formam necessariam omnium sumencium
hoc sacramentum ita dicendo j Cor xi
probet autem seipsum homo et sic
de pane illo edat et de calice bibat
Qui enim non diiudicat corpus domini
id est discrecionis habeat inter hunc cibum
et cibum iudicium sibi manducat
et bibit Quare igitur omnes infan
tuli omni sciencia ac racione care
tes artarentur ad sumendum sibi damp
nacionis iudicium si ipsis preter ra
cionem et voluntatem ipsorum quemadmodum
dum est hoc sacramentum per violenciam
traderetur Ex quo nec diiudicare
potuit corpus domini nec probare se
metipsos:

Cum dominus verbo et exemplo cuius huiusmodi
manere gentibus necessaria docuisset dicebat
discipulis suis Joh xvi Adhuc habeo
vobis multa dicere sed non potestis por
tare modo cum autem venerit ille spiritus
veritatis ille vos docebit omnem ve
ritatem Cum igitur neque per xpistum ne
que per apostolos neque per successores ipsorum
romanos pontifices usque ad presencia
tempora doctrinam determinatam et tentum
sit quod parvulis precepto baptismate
ante usum racionis debet tradi sacramentum
et quod hoc sit ipsorum saluti necessarium
manifeste sequitur quod xpistus et spiritus
sanctus non tradidit ecclesie omnem
necessariam veritatem Et quia istud
reticuit tam dampnacione potitur in
numerabilium animarum promissa
sua nunc adimplendo:

Divina providencia ordinavit ut
sicut cibus corporis virtutibus cor
poralibus effectualiter conferat videlicet
apetitive nutritive et digestive ipsas
confortando et in operaciones naturales
et necessarias dirigendo sic eciam cibus scilicet
spiritualis xpisti corporis sacramenti vir
tutibus spiritualibus et potenciis ra
cionalis anime videlicet memorie intel
lectui et voluntati sibi conferat ipsas
effectualiter dirigendo ut memoria
xpisti iugiter beneficia memoret
ob quorum memoriam instituit sumi hoc
sacramentum Et ut intellectus discernens
digne diiudicet corpus domini Et ut
voluntas velit et diligat quod in hoc
sacramento percipit Et in dilacionis pro
bacione exhibicionem mandata eius
observat iuxta illud Qui diligit
me mandata mea servabit Si igitur
cibus spiritualis sacramenti corporis xpisti ne
cessario dandus esset pueris et aliis
non utentibus racione sequitur quod cibus
corporalis esset prestancior nobilior
et efficacior et dignior in operaci
onibus suis quam cibus spiritualis in
sue spiritualis operacionis effectu cum
ille in operaciones suas inutilibus
sit et cassus tum in pueris non
dum voluntas sit libera que huiusmodi
sacramenti virtute sit retrahenda a
viciis et in virtutibus confortanda
Quare ex premissis relinquitur
hunc cibum spiritualem carnis et
sanguinis xpisti in sacramento non
esse necessarium infantibus et la
tantibus non dum spiritualia intelligere
memorare et velle potentibus sed
eis sufficere per baptismi graciam ex
pratis carnem xpisti et sanguinem
spiritualiter manducasse:

Infallibilis veritatis videtur obviare

sine docentes esse saluti necessariam per
ceptionem eukaristie sacramenti in paruulis
gratia baptismali renatis Cum non so-
lum vim etiam in veteri testamento
originali culpa per circumcisionem a-
bolita propter huius sacramenti perceptionem
ante ipsius etiam institutionem paruulorum
talium sit regnum celorum apta-
tum sensus per mortem xpisti ianua re-
gni Nam ut dicitur cum xpo oblati
sunt ibidem paruuli ut eis manus
imponeret discipuli autem increpa-
bant eos Quibus ait ihesus sinite par-
uulos venire ad me et non prohibere eis
talium enim est regnum celorum
Non est igitur perceptio ipsius necessaria sa-
cramentalis perceptio quorum saluabuntur
prout sancta romana ac vniuersalis
ecclesia antequam tenuit atque tenet.
Quoniam etiam singularitatis arrogantia
intuitur Hethei sancte romane
ecclesie ritibus insultare in eo quod po-
pulum communiter sumens sub vtraque specie
sacramenti panis scilicet et vini co-
municant ea ratione solummodo ut
per aliquas auctoritates licet inepte
inductas videantur sanctam roma-
nam ecclesiam de errore notasse
Inducunt enim hoc quod habetur de con.
d. ii. Cum non solum in xpisti cor-
pore sed etiam in sanguine suo sit co-
municatio facienda Cum xpistus
cum dedisset discipulis corpus suum
de sero et calicem dedit eis et Que
in ibus videtur sicut dicit glosa
eiusdem capituli quod hoc est intel-
ligendum de solis sacerdotibus
et conficientibus hoc sacramentum qui
sicut non licet in vna specie sola
conficere ut perficiatur institutio
misterium sic non licet eis ipsi

utraque specie sumere sacramenti sicud
est de populo qui consuetudine ro-
mane ecclesie sub sola specie panis vim
corpus in sanguinem domini veraciter
manducat et bibit Et per hoc ad eas
auctoritates quas pro se inducere put-
ant et etiam ad consuetudinem ecclesie primitive
est breuiter respondendum quod quando
vis speciebus panis substantia in corpus xpisti
et vinum in sanguinem tunc sub vtraque
specie est corpus et sanguis et
integer xpistus Non enim corpus xpisti
est sine sanguine et anima nec san-
guis sine corpore et anima sed species
panis est sacramentum i. sacramentum signum
et signum solius corporis et species vini
est solius sanguinis sacramentum sed vtraque
sumitur sub vtroque de con. d. ii. Utrumque
sit itaque populus vtraque sumens sub
sola panis specie non consequens non
facit contra auctoritates in oppositum
allegandas propter consuetudinem ecclesie
factam ex causis certis multa vitandi
pericula Cui etiam est obediendum pro
Cui constitutionibus romane ecclesie co-
ntra dicit hereticus est censendus xxiiii
q. i. Hec est fides Insuper et in pro-
ximo nunc Constanciensi concilio sacro
determinatum est ut omnes qui po-
pulares homines sub vtraque specie
communicare presumpserit tanquam heretici
habeatur Si qui vero ecclesie consti-
tutioni non obedierint neque ad obe-
diendum et credendum auctoritatibus
rationibus et exemplis induci
potuerint contra tales procedendum
est prout in xii. capitulo huius tractatuli
supius continetur Si vero ad uni-
tatem ecclesie redire voluerint
per veritatis cognitionem deposito cecitatis
errore recipiendi sunt et amp-

lacerandi in visceribus caritatis et timere

Explicit tractatulus excerptus ex libro fidei edito super capitulo firmiter credite de summa trinitate et fide catholica contra errores impugnancium fidem rectam :-

Sequuntur responsiones ad obiectiones et picturas Johannis Huss per quas nititur reprehendere ecclesiam propter bona temporalia :-

Ex tractatuli prescripti materia tamquam ex quodam fundamento posito faciliter solui possunt obiecciones et argumenta Wiclefistarum et Hussitarum qui sanctam catholicam romanam ecclesiam sacros canones sacramenta claues ministros bona ecclesie beneficia proprietates vestimenta iurisdictionem et omnia que ad ecclesiam pertinent multipliciter impugnare non cessant scrutantes in omnibus scripturis veteris et novi testamenti in decreti canonibus et novis iuribus ubicumque contrarietates et repugnancias statui romane ecclesie ~~poteri~~ potuit invenire allegantes canones contra canones nec curant veritatis indagacionem et glosas doctorum sanas et iura concordare contraria sed in una parte contradictionis persistunt firmissime per quam viderint posse romanam ecclesiam impugnare prout lucide apparet in tabulis et picturis eorum. Depingunt enim in una parte tabule papam equitantem in signis apostolice dignitatis ostentem allegantes c° de priuile. antiqua. In alia vero parte depingunt Christum pauperem crucem suam in humeris baiulantem allegantes Ysa. liii. nouissimum virorum etc. Item Matth. xvi. si quis vult post me venire tollat crucem suam et sequatur me. Ex hac dissimilitate Christi et pape concludunt dicentes papam esse antichristum et totam romanam ecclesiam esse de secta hereses antichristi et hinc tabule describunt titulum Incipit conuersacio Christi opposita conuersacioni antichristi. Item pingunt Constantinum imperatorem et similiter Lodwicum imperatorem donantes pape urbem romanam pallacium ducatum suburbanum et omnem gloriam potestatis ipsorum. Constantinum quoque imponentem pape coronam auream clamidem purpuream et exhibentem sibi equitatis stratoris officium ut habetur xcvi dis. Constantinus et lxiii. Ego Lodwicus. In opposita parte depingunt Christum derisum purpura indutum spinisque coronatum Matth. xxvii. dicentem que vulpes foveas habent et vo. ce. ni. filius autem hominis non habet Matth. viii. et indutum tunc quo fugit cum cognouisset ut venirent et facerent eum regem Joh. vi. Similiter et scriptum Petrum in cruce dicentem hoc argentum et aurum non est michi Act. iii. Et illud non corruptibilibus auro et argento redempti estis etc. i. Pe. i. Item pingunt papam gloriose sedentem sibi pedes osculari permittentem. Et in parte opposita Christum geniculantem et discipulorum pedes lavantem atque dicentem Scitis quid fecerim vobis etc. Joh. xiii. Ex quibus et multis similibus non argumentis sed cauillacionibus non racionibus sed stultis deliramentis

deducunt simplices ab obediencia vere
fidei retrahentes ostendere nituntur
ipsius ad oculum quo ipsa sit xpo
contrarius et per quis antixpus est
abhominandum igitur ipsorum venenose
consiliacio eo quod patet ipsorum stulticia
manifeste. Nam si papa antixpus
esset eo quod in persona xpi et tamquam
xpi vicarius sinit pedum oscu
la scelerum. Et similiter ipsius no
mine acceptat imperialis insignia
potestatis et alia que sunt de regno
xpi cui data est omnis potestas in
celo et in terra necessario sequetur
quod ipse xpus personaliter est anti
xpus. Prima ista fecit similiter que
papam dicunt facere et depin
gunt. Nam et ipse xpus in domo
simonis recumbens pedes suos
non solum osculari sed et lavare la
crimis et capillis tergi permisit
et propter hoc similiter et peccata dimi
sit luce vii. Item accesserunt
et tenuerunt pedes eius ca ult
similiter eciam xpus ita depingunt
ut pedes suos sic osculari permittebat
In parte autem alia papam lavare
pedes cardinalium in die cene domini
singulis annis quod xpus tamen semel
fecisse legitur. Eodem argumento
ipsorum necessarie habent inferre sibi
papam esse xpum et ihesum dominum an
gelorum antixpum. Item veritatis
racionem ostenditur xpum non solum
et semper portasse crucem in humero
nec spineam coronam in capite
sed potius tractatum honestissime
invitatum ad nupcias et rogatum
in domo principis phariseorum
sabbato manducasse panem ca
xiiii. Et in die palmarum si recep
tus esset honorifice ut salvator

et rex ipse ca xxi. Et cotidie erat
apud eos et sedebat in templo do
cens ut ipse testatur ca xxvi nec
per hoc tamen est factus sibi ipsi contra
rius sic nec ipsius in terra vicarius
propter hoc dicendus est antixpus si peccatorum
penitencium peccata occulte dimit
tit et tales ad oscula pedum admit
tit qui pedes xpi iam ad dexteram
patris in celo sedentis cum maria ma
gdalena osculari non possunt ymo vere
in omnibus hiis papa sequitur xpum
et tollit crucem suam. Nam per beatum
gregorium ita duos crucis tollit cum
per compassionem proximi animum stringit
omnem eciam peccatorum crimen indulgendo
gratis beneficia indulgencias largi
endo et omni necessitatibus providen
do dicere potest congrue cum apostolo
Quis infirmatur et ego non infir
mor. Quis scandalisatur et ego
non uror. Ita similiter nomine et
auctoritate xpi cui omne iudicium est
datum a patre Joh. v. Celicum et
regimen xpi regit et iudicat iura
condit ligat et solvit et cetera
omnia que imperiosissime potestatis xpi
sunt in terris exequitur. Nam gloria
et divicie in domo eius iusticia et
iudicium correctio sedis eius ps. Et
corona aurea super caput eius expres
sio sanctitatis etc. prevenisti eum in
bened. dul. p. in ca. etc. Nam et xpus
non solum mortuus est sed et resur
rexit et vivit et regnat. Ita et
membra sui mistici corporis non solum
preferunt paciencie sue et humili
tatis opera verum eciam iudiciarie re
giminis et excellencie potestatis. Sicut
enim in uno corpore multa sunt mem
bra non eundem actum habencia
Rom. xii. Ita in ecclesia sunt mem
bris sunt alii qui renunciatis

omnibus xpm pauperem in paupertate
sequuntur alij qui presunt sollicitudine
alij qui tribuunt in simplicitate alij
qui docent in doctrina etc. Item i
Cor. xij Si totum corpus oculus
ubi auditus etc. Ita si omnes pau
peres et subiecti ubi divicie glorie
regni xpi ubi iudiciaria potestas pre
sidencium et defendencium iniurias
subditorum Ad hoc autem quod de
sancto petro obicitur cum dixit et
ando argentum et aurum non
est michi responde quod intelligendum
est quasi diceret non est michi in
affectu ut habeam argentum et
aurum sed pocius ut habeam dare
salutem anime et corporis Ideo
hoc quod habeo hoc tibi do in nomine
ihu surge et ambula Et hanc
salutem anime tue non redimo
dando tibi argentum et aurum
sed precio magno alio redemptus es
pro quo dixit non corruptibilibus
argento etc. sed precioso sanguine
etc. Et sicut obicitur per hoc quod di
xit Ecce nos relinquimus omnia
et secuti sumus te quid ergo nobis
erit ad quod respondit xpus omnis
qui relinquerit pa. et ma. et agr
um etc. centuplum accipiet in hac
vita et vitam eternam possidebit
Unde et petrus et alij pro retibus
relictis et pre ve centuplum ac
ceperunt Cum de piscatoribus facti
sunt gloriosi principes terre et petrus
pontificalis cathedre accepit digni
tatem in anthiochia et in roma Uni
quid ergo petrus habuisset argentum
et aurum si tunc ipsum dedisset hec
ad cuius corporis umbram sanabantur

infirmi ad illius pedes ponebatur
precium de omnibus possessionibus
et agris venditis ad fidem veni
encium Sed illud tunc propendebatur
quod tunc neque decuit nec licuit po
terant apli et alij xpiani aurum
et argentum nec possessiones neque
divicias neque preciosa vestimenta
nec equos qui nec vitam corpora
lem permittebantur habere Tunc enim
in regnis et terris persecutorum
fidei predicantes hec permittebant
habere Ideo tunc missi tanquam agni
inter lupos nunc vero in xpianorum
terris et regnis lupis conversis in
agnos iam convenit prelatos ecclesie
et magistratum spiritualis potestatis esse in
grege ovium sicut canes inter a
gnos qui a potestatis fortitudine a
grege domini animalia nociva
repellant per linguam canum tuorum
etc. Unde et nunc iura sanctiones
canonicas aurum sed ecclesia non
ut servat et congregat sed ut sub
ditorum necessitati subveniat sicut
et possessiones et vestes et alia
que sunt honestatis insignia et
auctus et preeminentie dignitatis qui
ignorat aliter sic racionabiliter
habere rusticum cum seminat in
lacrimis sine vestimentis et calciis
et quasi nudum incedere aliter ac
cum fructus suos iam congrega
uit in orrea nec tamen est xpo in
hoc sibi contrarius Sim et hoc quod
obicitur de beato martino qui
veste hispida indutus et unde dum
celebraret corpus domini nudis bra
chijs elevavit Respondetur quod
emulus suus in obprobrium
sibi fecit Et quod hoc non decuit
Sim sed uti veste protexit eius
brachia denudata Et cohibes pro

quod aliter oportuit tunc illos interficere
qui sunt genuini predicatores aliter
vero nunc istos qui sunt christianorum
iudices et rectores. Nam et hodie
predicatores et religiosi viri catholi
ci qui peregrinantur in terris gentium
humili habitu et sine divitiis in
cedentes nichil aliud nisi conversionem
et salutem animarum querentes so
lam crucem et mortem pro Christi
nomine expectantes. Constat utique
non solum tales viros et quoscumque
peregrinantes seu et mercatores
quantumcumque divites in terris paganorum
et maxime inimicorum nullis ta
libus licite uti posse quibus inter
suos et in terris propriis habunda
rent. Et quod hec omnia supradicta
tam possessiones quam reliqua
ecclesiam et personas ecclesiasticas
decere conveniat sufficienter est proba
tum in capitulo 2o tractatuli suprascrip
ti. Et aut papam dicat antichristum
qui nascetur in Babilonia et hoc
quia beatus petrus romam nominat
babilonem prima petri ult. Et quia
regnum antichristi ad regnum romanorum
quodammodo pertinet de quo oritur
ut dicit littera super danielem viii. Unde
quod tempore beati petri et roma fuit
babilon et nero romanorum rex
fuit quasi babilonicus antichristus
qui petrum crucifixit et Christi ec
clesiam persecutus est. Sed post constan
tinum regnum huius mundi factum
est regnum domini nostri ihesu christi apocalipsis
xi. capitulo. Et roma que erat babi
lon et ~~xxx~~ magistra errorum facta
est sedes ecclesie et discipula ve
ritatis. Et aut omnia que in apok.

de antichristo dracone et bestia dicuntur
allegat de ecclesia et de ipsa patet hic esse
falsissimum quia secundum veritatem et
omnes expositores ecclesia romana
non intelligitur per draconem et bestiam
sed per mulierem illam amictam sole
et lunam habentem sub pedibus etc.
quam prosequitur bestia et draco per
que antichristus intelligitur qui tempore
suo romanum imperium et urbem
forte violenter usurpabit ad per
sequendam mulierem romanam
ecclesiam memoratam. Et nunc tamen ecclesia
licet persecutionem maximam sit pas
sura non tamen deficiet nec unquam
defecit ut dicunt heretici nec potestas
clavium vel administratio sacra
mentorum propter christianorum ministrorum
maliciam poterit esse cassa quia
nec a malo minus nec a bono ma
gis perficitur sacerdote cum sacra
mentorum virtus non ex ministrorum
virtute dependeat sed ex sola virtute
divina. Ideo potestas clavium et ad
ministratio spiritualium et sacrorum
equaliter bonisque malis ministris facta
secundum formam clavium preterquam
in casibus a iure prohibitis semper
est. Dummodo ministri tales non sint per
ecclesiam ab eorum officiis suspensi
aut personam interdicti et interim
quod non sunt ecclesie manifesti non sunt
vitandi nec eorum administratio est
spernenda quod probatum est supra
capitulo primo. Nec propter malorum
tollerantiam ante ipsorum denunci
ationem ipsa romana ecclesia dic
ta est sedes antichristi sicut argu
mentant heretici quod si esset conveniens
ex hoc error inevitabilis sequeretur
scilicet quod et christus et apostoli crederentur

errasse similiter. Ex eo quod communicabant
et participabant in cibo et potu et
communicacionem corporis et sanguinis Christi in
prima missa et in primis ordinibus
celebratis ipso Iude qui fuit fur
et traditor et maximus simoniacus
vanam et omnem administracionem spiritualium
officiorum sui apostolatus propter pecuniam
fecerat quia loculos habebat et
fur erat nec a pacis osculo est
repulsus donec per confessionem propriam
innotesceret ecclesie dicendo peccavi
tradens sanguinem iustum et per de-
iactacionem ingratis templi diceretis
tu videris. Et in signum quod tunc primo
vitandus fuerat abiens laqueo
se suspendit. Talibus autem obieccioni-
bus nituntur totam condempnare
ecclesiam propter simoniacos concubina-
rios et fornicatores que cum prelato-
rum dormitacione tollerantur in ea.
Verum singulis argumentorum versucijs
respondere prescripta puto non esse
conveniens ne aures simplicium tali
veneno pestifero maculentur que non
dum noverunt altitudinem sathane a
cuius suggestione talia processerunt
et adduntur ipsis cotidie plurima. Hec
enim sunt illa septem tonitrua que
dant modo in ecclesia voces suas Apoka-
lipsis x. a parte bestie habentis septem ca-
pita procedencia de quibus est dictum
est Iohanni signa ea et noli ea scri-
bere sed ut Christifidelibus sub quadam
generalitate facilius via pateat qua
in talibus obieccionibus et similibus
contra dei ecclesiam fulminandis possit
a falsitate decerni veritas. Ideo aliqua
breviter sunt notanda. Et primo
notandum quod in sola fide romane
ecclesie perfecta veritas invenitur
quare necessarium est omnibus omnia

que contraria sunt fidei in falsitatis
errore persistere quod si non aut sequeretur
verum et falsum non esse contraria aut
posse contraria simul persistere in
veritate quod non recipit racio sane mentis
probatum est autem in primo et in 2o
capitulis tractatuli prescripti solam
romanam ecclesiam et unicam esse
que veritatem continet et salutem.
Secundo notandum quod omnia que eadem
fidem tenet et approbat tam veteris
quam novi testamenti scripta quam
eciam sacrorum decreta canonum ~~necesse~~
necesse est veritatem omnimodam continere
ita quod non sit in ea aliquid veritati
contrarium aliter enim esset sibi
ipsi repugnans veritas quod esse
non potest. Tercio notandum quod in locis mul-
tis et varijs veteris ac novi
testamenti et canonum magis sepe vi-
detur esse contrarietas et contra-
diccio hijs qui ignorant aut non
habent diversitatem scripturarum et sen-
suum modo convenienciori et pociori
ad veritatis lineam concordare.
Et nisi hoc ita fiat quibus est scri-
pturis penitus prohibitas veritatem minime
continere. Ex eo quod omne verum vero
non contradicere sed consonare censetur.
Quarto notandum quod quandocumque obicitur
contra veritatem fidei ex duobus
locis scripture divinis et quasi con-
trarijs prout heretici faciunt volentes
statim ex hoc ecclesiam de errore
convincere tunc talis est regula ob-
servanda scilicet ut videatur qualis
sit ista scripturarum diversitas
seu diversi modi intelligendi sol-
vatur obieccio et concludatur con-
cordancia talium scripturarum
que videntur esse contrarie et non
sunt sed sola sunt ibi diversitas ~~[illegible]~~

cum concordancia veritatis. Est autem
sepe inter duo loca scripture diuersitas
intencionis aut respectuum aut cau
sarum aut condicionis aut temporum
aut finis aut consideracionis aut
intellectuum aut modorum. Ex quibus
tamen diuersitatibus non potest concludi
scripture contrarietas seu repu
gnancia veritatis. Si enim sic similiter
concludi posset quod esset in christo non
esset veritas cum diceret mea do
ctrina non est mea Joh. vii. super
quo dicit greg. si mea quomodo non
mea et si non mea quomodo mea. Ad ex
emplificandum igitur ea que in notali
sunt predicta talis locucionis diuer
sitas ita per beatum greg. exponitur
ad concordanciam veritatis doctrina
mea i. secundum consideracionem diuinitatis
mee non est mea sed secundum considera
cionem humanitatis mee ac si diceret
vobis aliis. Ego a me ipso non loquor
sed sicut audiui a patre meo Joh. viii.
Aliud exemplum modi soluendi diuersitatem
consimilem dicebat ihesus discipulis
In viam gencium ne abieritis et in
ci. sa. ne. int. sed ite. pocius ad
o. q. p. d. i. cap. x. Et abi alibi
dicit eis Ite docete omnes gentes
ca. ult. Sed in istis locis non
est arguenda repugnancia nec
contrarietas ex eo quia talis di
uersitas est ad diuersa tempora referen
da vz ut primo irent apostoli ad
oues que perierant domus israel
et postea usque in samariam et
usque ad ultimum terre ad docen
dum omnes gentes ut act. xiii.
dicebat paulus vobis primum
oportebat loqui verbum dei sed quoniam re
pulistis illud etc. Ecce convertimur ad
gentes per consimilem igitur modum
necesse est cum indagacione veritatis
concordare diuersitates scripturarum
et iura contraria secundum exigencias
causarum condicionum et temporum et aliqua
etiam racionabiliter convenit abroga
re unde et in hoc sanctos doctores
plurimum laborasse conspicimus ut omnem
in ecclesia textum concordancius et plurimum
doctorum apparatus in concordancie
iuribus. Quoniam licet inter se diuersis
respectibus sint diuersi omnibus tamen spiritus
et una fides in eis facit eos in
veritate una concordes. Illi vero
qui huius fidei veritatem impugnant
solo contradicendi studio perdiderunt
sensum prout dicit aug. in libro
de notatur bonis. Et incidunt in fal
sitatis errores. Primi autem studio con
cordandi invenerunt sensum et per
manent in fidei veritate. ut autem
perfectius habeatur modus generalis
intelligendi et soluendi obiecciones
que fiunt contra veritatem fidei
conveniens est ut exemplificetur magis
ad hunc per duo exempla quasi difficilioris
materie ut per talium solucionum
similitudinem obiecciones alie quasi
faciliores planius refutentur. Primum
horum est de illa diuersitate que est
inter predestinacionem et liberum ar
bitrium ex qua diuersitate duplex
heresis est exorta. Prima est illorum
qui receperunt predestinacionem multis
et firmis scripture auctoritatibus habent
probatam esse videntes et precipue
tali potissima racione quia cum per
fecta sapiencia est in deo ideo necesse
sequitur predestinacionem esse verum

em aliter pfecte sciret deus quis
saluari uel condempnari deberet
de hac autem pdestinacione sic certi
concludunt false liberum arbitrium
tamquam predestinacioni contrarium ni
chil esse Unde ex tali errore dece
pti omnia opa meritoria negligunt
et se omnibus petis imbuunt dicentes
se nichilominus si predestinati sunt
esse de nris saluandorum Secunda
heresis est pme contraria et est
illorum qui in libero arbitrio co
fidentes suffulti similiter multis
scripturarum auctibus Ex tali nacia
racione sicut enim in deo est pfecta
iusticia Ita racio debuit dare homi
tu licet et apli fuerunt pastores
sz status in se sunt diuisi et prius
fuerunt in statu aplico p xpm insti
tuti quam in pastorali p petrum
quia ante passionem oms fuerunt xpi
apli sz p9 passionem institutus est
petrus a xpo omni pastor Et tunc
status pastoralis ordinatus cum apli
cus status ante fuisset petrus go

et sui successores utrumqz retinue
runt statum sz cardinales aplicu
duntaxat Et ipa diuisitas inter
ipm vocatos cardinales et archi
epos et epos qui in statu aplico
vario modo succedunt aplis notatur
in glo · i ad Corp iii · sup illud di
ctum fidelibus omnia vra sunt
siue paulus siue apollo siue ce
cephas Nam ut dicit glo · paulus
erat aplus Corinthiorum Apollo
erat archiepus eorum Cephas
id est petrus omnibus maior erat
Ex quibus sequitur qd ad statum car
dinalium tanquam ad statum aplicu
pmo ptinet vna cum papa reg
men et ordinaco totius ecclie vrz
sicut pfecto epalis status in hoc
gsistat vm thomas 2a 2e qd quis
ex diuina dilectione se obligat ad hoc
qd curat proximorum gerat salutem corz
insistat vz eorum qui suo epali
regimine spualiter sunt gmissi Ita
pfecto status cardinalatus in hoc
consistat qd ex caritate se obligant
ut cum capite suo xpi vicario ge
neraliter sedens et xpianitatem vsqz
ad sanguinis effusionem defendant in
cuius signum capellum rubeum por
tare dnt Ex quo sequitur qd cardi
nales sunt in statu pfectoris alciori
quam sit gnaliter status pastoralis
quia inferiores pastores tenentur
se exponere p ecclia vniuersali qd
est pfectius quia bonum gntis gnis
tanto diuinius ut dicit phus Secunda
ipo ex eodem fundamento pz qd ad
sedem aplicam i · ad ppam et car
dinales preter sedibus pticulari
bus ptinet declaracio veritatum neces
sariarum aut vtilium ad salutem
siue gtinuum ad fidem siue gtinuum

ad utile regimen ecclie militantis
quia ad hoc succedunt petro et ceteris
aplis quantum ad statum aplicum
primitus de quo dictum est Euntes
docete omnes gentes Ex quo ultius
sequitur quod ubi necessitas aut utili
tas imminet pro conservanda fide vel
bono regimine ecclie ad papam vel
ad eius defectum ad cardinales per
tinet gnale concilium convocare
et hoc eis convenit non tam humana
quam divina institucione Sunt et nomine
totius ulis ecclie quia ipsi car
dinales succedunt aplis in ministerio
gnali vice dei et deputati ex statu
suo ad instruendum gnaliter fideles de
hiis que pertinent ad salutem licet
in hoc officio sint instituti a papa
vice tamen xpi veritatem necessariam orbi
docere tenentur Et in illa parita
te in qua a sanctis doctoribus pau
lus dicitur fuisse par petro predica
tione sed legis cuiuscumque succedunt
paulo et ex illius ad galathas 2o
successori petro manifeste in preiu
dicium xpiane religionis obviare
ti presumit resistere quia licet sit gna
lis vicarius xpi ex officio et auctoritate
prelationis maximus tamen ministerio pre
dicationis et doctrine xpiane co
mparare se debet aliis aplis Et notat
archidiaconus ubi supra Ex premissis
omnibus patet quod si attendatur ad co
ndicionem status in quo cardinales sunt
ex xpi ordinatione instituti valde
digna convenientia est ut ad eos
pertineat electio summi xpi vicarii
quia videlicet in hoc succedunt aplis et
hoc tamen ius originaliter et principaliter
pertinet ad ecclesiam ulem seu gna
le concilium ipsam representans sic
factum est in fine xii. qq.ons pro

cius iure declaratione sciendum est licet
spirituale officium sit ex xpi institutione
tamen modus ipsum per electionem obtinendi
xpus non docuit explicite et expres
se licet autem xpus leges obtine
ndi ecclesiastica beneficia seu dignita
tes non expresse docuit tamen licet quod
eas suo vicario instituendas reli
querit vel immediate per seipsum vel me
diate per alios iuxta ecclesiasticas san
ctiones sub ordinatas / sed de papatu
qualiter et quo debeat quis surro
gari specialis difficultas Circa hoc vero
multiplex opinio Una est quod quando
xpus prefecit beatum petrum omnibus
xpianis dans sibi potestatem ut ubi
sedere vellet eligeret ita ut ibi
esset quodammodo episcopus eorum episcopus
non privavit illos iure illo naturali
large sumpto quod omnibus competit
quorum est aliqua preficiendi potestas sive
secularis sive ecclesiastica videlicet eligendi
sibi rectorem nisi per illos quibus
est huiusmodi preficienda potestas vel per
superiorem contrarium ordinetur
Ergo cum beatus petrus elegerit
sedem rome sequitur quod romani habent
ius eligendi successorem beati pe
tri qui eis preficiendus est in spirituali
bus et sic habent romani ex iure naturali
large sumpto ut supra tactum est
et per quos ex iure divino extendendo
ius divinum ad quodcumque ius naturale
ex eo scilicet quia tale ius est a deo
conditore nature Alia opinio est
quod pari vel maiori racione sicut ad
universitatem romanam pertinet de iure
naturali vel divino Electio summi tamen
romani pontificis sit ad universitatem
simili iure naturali et divino pertinet
electio summi ecclie vel ad gnale conci
lium ipsam representans quia ulis

ecclesia vel congregatio cuius reputatur originaliter et principaliter sed a Christo ius eligendi sibi caput seu rectorem, tunc tamen capitis auctoritas seu potestas non ab ecclesia sed a Christo immediate dependet et hec opinio verior reputatur. Ex quo sequitur quod si communitas Romanorum iure naturali aut divino habeat potestatem in electionem summi pontificis hoc est vice et nomine universalis ecclesie cuius summus pontifex est pastor Romane ecclesie ipsius et que communitas Romanorum vel alicui cuius auctoritate facilius et commodius possit congregari quam tota ecclesia vel concilium generale quemadmodum facit ho. v. dis. Si forte et ibidem c. 20 de temporibus ordinationum Si archiepiscopus et xxiii dis. In nomine domini et lxxix dis. capitulo Si et c. Si quis. Unde ulterius sequitur quod papa illam potestatem quam habet super ordinationem de electione sui successoris habet vice et nomine ecclesie universalis cuius ipse est caput et cuius aliquo reputatur. Et ideo modus instituendi papam non est datus per auctoritatem ecclesie exclusa sed inclusa auctoritate papali in conciliis sed generalibus que vel per auctoritatem papalem sive auctoritate ecclesie potest destitui quia cuius est instituere eius est destituere. Et in huiusmodi rei signum decreta seu iura que sunt de modo eligendi papam fiunt per summos pontifices in conciliis ordinata ut c. In nomine domini xxiii dis. et c. Si quis lxxxxix dis. et c. Licet de electione in antiquis et c. Ubi maius li. et c. Ne Romani li. vi. cum suis concordantiis. Ex quo infert quod sede vacante si ad electionem summi pontificis fiat procedendum illa electio

non erit facienda exclusis cardinalibus quia ut ex premissis patet ad eos multum pertinet electio summi pontificis nec istud ius sufficienter abolitum est aut abolere posse videtur ut quidam dicunt sine superioris auctoritate ipsa quia caput est ecclesie. Alioquin si sine eo posset alia fieri sine necessitate et evidenti causa eadem ratione posset ecclesia seu generale concilium in omnia que sunt papalis officii quod cum aliquos est absurdum sed hoc gratia brevitatis obmitto de hiis remittens ad ea que notavit Petrus Bertrandi in c. Ubi maius de electione li. vi. Hic tamen pro speciali huiusmodi declaratione dico tamen quod licet ad solos cardinales pertineat regulariter ipse electio tamen hec recta in tertio casu et ex rationabili causa exceptionis seu dispensationis hoc potest ut tactum est in nona conclusione principali sive capituli 20 specialiter locum videtur habere in casu presentis scismatis super quo sunt aliqua consideranda. Primo quidem non videtur expediens stante hoc sacro generali concilio solum sacrum collegium cardinalium futurum summum pontificem eligere. Nam attenta conditione presentis scismatis et considerato presentis statu ecclesie apparet quod decens quod in hac electione huiusmodi concilii concurrat auctoritas et ad hoc speciales rationes possunt induci. Secundo non videtur expediens per hoc sacrum concilium dictum collegium ab hac electione totaliter excludere quia hoc esset verisimiliter dare occasionem novo scismati quia non est clarum quod possent hoc iure privari ut statim tactum est et supposito quod in aliquo casu cardinales essent privati iure eligendi remanet dubium ad quos volueritur

prius seu potestas huiusmodi cum aliqui ma
gni doctores teneant quod redibit ad ro
manos que opinio licet non esset vel
nec tenenda tamen posset verisimiliter esse oc
casio generandi novum scisma de qua
opinione tactum est supra in nona
conclusione primi capituli et sequentibus in
quartadecima propositionibus in hoc capitulo pre
missis. Tertio non videtur expediens
quod concilium non consenciente dicto car
dinalium collegio statuat vel determi
nat nova iura antiqua de electione
pape condita in generalibus conciliis
presidente papa et in pace ac unita
te ecclesie congregatis et hoc clare
patet ex supra dictis. Item circa electionem
summi pontificis nova iura condere
novo scismati posset verisimiliter occasi
onem prebere. Quarto ex premissis
concluditur quod omnino expediens est
in via ista sacrum concilium cum
sacro dominorum cardinalium collegio
unanimiter concordare ad obviandum
omnibus dubiis et imminentibus
inde periculis et scandalis ut omnia
in pace fiant et concludantur et via
loquendi turbatoribus unionis quod
fiet ad inveniendo aliquos modos
rationabiles et iuridicos ac anti
quis iuribus non contrarios et ex
illis eligendo concorditer modum
convenientiorem in futura electione
observandum et ad hoc consentiendum
tenetur dictum sacrum collegium
de iure naturali et divino attenta con
dicione presentis scismatis non obstan
tibus quibuscumque iuribus positivis
si que videntur in contrarium mili
tare. Sed de hac materia particularius
non est presentis operis. Capitulum xxxvii

Ex hiis que in precedentibus
capitulis dicta sunt restat
ostendere quod licet auctoritas concilii
generalis multo extollenda et magnifican
da adeo quod romana ecclesia particula
ris in ipso subest in capite et in
membris. Tamen dicte romane ecclesie auc
toritas et preeminencia non est in hoc
sacro concilio deprimenda aut suspen
denda ad quod declarandum ponuntur
decem conclusiones infra scripte mul
torum et magnorum prelatorum
ac doctorum examen correcte
et approbate. Prima conclusio est romana
ecclesia cum canonicas sanctiones
christi tradicionem conformes omnium ecclesiarum
mater est et magistra et oppositum
dicere est heresis implicita. Secunda
romana ecclesia sicut omnium ecclesiarum
magistra est sic earum caput multo
dici potest. Tertia romana ecclesia sit cum
suo pontifice summo omnium ecclesiarum
caput dicitur sit cum aliquos potest dici co
cilium generalis caput immo universalis ecclesie
que ex omnibus ecclesiis particularibus
integratur. Quarta ecclesia romana pre
missam capitis et auctoritatis preemine
ciam obtinet non tam humana tra
dicione quam divina et hoc ratione
petri apostoli christi vicarii et singulorum suorum
legittimorum successorum qui ex christi insti
tucione sub eo tamquam sub principali
capite tam romane quam universalis ecclesie
caput fuisse vel esse dinoscitur cum
ex hoc patet quod auctoritas pape seu romane
ecclesie et concilii generalis immediate
est a deo principaliter licet sit ab homine
vel dependeat ab humana potestate
instrumentaliter. Item papa sit per cardi
nalium electionem et cardinales per
papam auctoritatem et generale concilium
per papam aut alium legittime potestatem
convocationem. Quinta conclusio romane

ecclesia que in papa et cardinalibus principaliter reputatur pars principalis sive membrum concilii generalis in quo papa cum suis vicariis ipso absente presidere debet nisi manifesta causa et in iure divino fundata obsisteret Sexta romana ecclesia ulterius ecclesiam reputat quod nulli alteri particulari ecclesie nisi universali concilio competit Septima romana ecclesia papa absente in generali concilio per cardinales ibidem presentes reputari censetur maxime si apostolica auctoritate ad hoc vocati sunt Octava romana ecclesia tanti auctoris est quod ea aliquos sine ea vel eam representantibus in generali concilio nichil discerni aut diffiniri debet nisi causa racionabilis obsisteret unde patet quod in determinandis in concilio pape et cardinalium consensus ubi haberi potest omnino requiri et reverenter suscipi debet Nona romana ecclesia tantam auctoritatem habet quod in eadem et aliarum ecclesiarum reformacione non est a generali concilio repellenda sed reverenter audienda quanto augetur de reformacione totius corporis in capite et in membris Decima romana ecclesia totum quod generale concilium ad universalem membrorum ecclesie reformacionem duxit unanimiter concurrere et utriusque status in eius reformacione audienciam dare et de se ipso diffinicionem concordare videtur ut impleatur illud apostoli Si nosmetipsos iudicaremus non utique iudicaremur unde patet quod vane voces non sunt in hoc concilio audiende quorumdam populariter loquentium atque dicentium Nos vocabimus cardinales non unquam pertinebit illos vocare et reformare quod contra et in cuiuslibet status reformacione singuli audiendi sunt nec a iudicio concilii repellendi sed magis ad mutuam caritativam correccionem inducendi Ad fundandum autem predictas conclusiones et inde sequencia ultra raciones et allegaciones iuris in principio capituli positas pro prima et secunda conclusione facit xxii dis. per totum ubi patet quod romana ecclesia habet de omnibus aliis ordinare cum sit mater omnium aliarum et cum earum superioritatem et inferioritatem sunt ad invicem ordinate inter eas tenet romana ecclesia caput sit omnium aliarum ecclesiarum sicut petrus omnium apostolorum patet 2a q. vi. dudum et ad hoc specialiter facit pro 3a et 4ta conclusionibus facit etc pro quinta conclusione quo ad presidenciam pape et pro eadem facit specialiter capitulo Significasti de elec. cum suis concordanciis Ex quibus fundatur sexta et septima conclusiones sequentes pro octava et nona conclusionibus facit quod romana ecclesia habet alias in partem sollicitudinis non in plenitudine potestatis et ii q. vi decreto facit etc ad idem quod romana ecclesia potest de omnibus aliis iudicare ut ix q. iii patet facit etc pro predictis quod romane ecclesie consuetudo circa institutiones ecclesiasticas ab omnibus est servanda ut xi dis.

Cunnes sed occasione predictarum conclusionum hic occurrunt aliqua dubia que circa ordinem huius sacri concilii apud nos nullos magnam perplexitatem inducunt Primum dubium an quatuor naciones in hoc sacro concilio sint distincte videlicet Ytalica gallicana germanica et anglica exclusio dicto cardinalium collegio faciant generale concilium cum sint plura concilia particularia valde

inequaliter et improporcionabiliter
diviso et ad partem deliberancia que
deliberacio exclusa deliberacione
dicti collegii et non facta in communi ses
sione collacione votorum videtur mul
tis non esse dicenda deliberacio con
cilii generalis collegialiter facta. Secundum
dubium an decem naciones que
sunt nova collegia particularia que
multis videntur contra vel preter con
suetudinem antiquam sacrorum con
ciliorum instituta licet ex racionali
causa et sub debitis circumstanciis in
stitui ita potuerit habent a iure divino
vel humano auctoritatem privandi romanam
ecclesiam et sacrum collegium ipsam
representans quod est antiquum collegium
et in antiquo iure et sacris generali
bus conciliis et sanctorum patrum decretis
fundatum privandi in equo iure suo
habendi scilicet vocem in sacro concilio et
summum pontificem eligendi. Tercium
dubium supposito quod dicte naciones pos
sent nova iura circa electionem pape
contra antiqua iura ut premittitur
statuere ita quod hoc eis absolute
liceat an pro nunc expediret cum secundum
doctrinam apostoli multa liceant que
tamen non expediunt. Videtur attento presenti
statu ecclesie et consideratis predictis
dubiis non videtur expediens ali
qua nova iura condere que non
nobis scismati possent verisimiliter occasionem
prebere. Quartum dubium circa
primum dubium oritur circa modum di
stinctionis huiusmodi nacionum. Nam bene
dictus noster in congregacione vestrarum elec
tionum distinguit obedienciam papalem
in quatuor generales partes sive naciones
in secunda parte sub nacione germanica
ponit Almaniam, Angliam, Hungariam

riam et plura regna ex quo tamen
patet quod si hoc generale concilium con
stans racionabiliter debeat dividi per
naciones convenientius dividi per
quatuor quam per plures quia talis
divisio seu distinctio est iuri ac racioni
conformior. Ideo multis videtur quod
adveniente nacione Hispanica ad
hoc generale concilium nacio Angli
cana deberet reduci ad nacionem Al
manie cuius ipsa pars et ei immediate
coniuncta ut ex iure predicto. Unde
quod hec nacio Anglicana hucusque divisa
fuit a nacione Almanie permissum
fuit ut sic essent in isto concilio
quatuor naciones et hoc ex certa et
racionabili causa seu speciali que iam
nunc cessabit adveniente dicta na
cione Hispanica. Tamen adveniente
si dicta nacio Anglicana remaneat
coniuncta eadem et potiori racione Alie
naciones predicte deberent proporcio
naliter distingui in plures naciones
dicte nacioni Anglicane equales. Ideo
quia adveniente dicta nacione Hispa
nica mota unum ex certitate in
nostro statum fiet unum ad nos per
faciendo unum vel generalem et per
consequens hoc facto sicut illud erit quasi
novum generalium et novum corpus et
nobis integratum sit ad illud na
cionum honorem debebit si novus ordo
seu ordinari novus procedendi modus
inconveniens renovari mos antiquus
in dictis nacionibus observatus et ut premittitur
iure et racioni conformius.
Ad confirmacionem autem premissorum
facit quod idem Benedictus noster distin
guit terras et provincias subdi
tas obediencie Romani pontificis per
monasteriorum nigrorum provincialibus

celebrandum in prima rubrica hu-
ius in fine eiusdem d. prefatas terras
et regna in xxxvi provincias et
inter illas in regno anglie ponit
cantuariensem et eboracensem pro
una provincia. ¶ ex quo multis videtur
quod nec iuri nec racioni consonum est
equare seu equiparare regnum anglie
regno francie in concilio generali nec
nacionem gallicanam generaliter sump-
tam nacioni anglicane etc. multo
minus nacionem ytalicam germanicam
vel hispanicam equare. Ymmo ab-
surdum esset dictam anglicanam
nacionem fieri quintam partem seu na-
cionem huius sacri concilii cum ipsa vix
iuris dispositionem sit xxxvi pars
sive provincia totius obediencie romani
pontificis ¶ Io. videtur quod adveniente
dicta nacione hispanica cessare debet dicta
nacio anglicana et fieri pars na-
cionis germanice ut premittitur vel si
hoc non placet quibus videtur quod dicte
tres alie naciones distinguerentur sive
in plures naciones particulares dicte
nacionis anglicane proporcionabiliter
iuxta iuris dispositionem vel ad evitandum
talem multiplicacionem nacionum et plu-
res alias distinctiones expediens vi-
detur redire ad ius commune et ad an-
tiquum modum procedendi et conclude-
di in conciliis generalibus in quibus
non legitur facta fuisse talis nacionum
distinctio ¶ Communiter dubium accionem
plurissimorum oritur videlicet qui habere debeat
vocem in concilio generali nam quibusdam
videtur quod auctoritas iudicandi statuen-
di et diffiniendi pertinet ad episcopos
seu maiores prelatos quod probant
ex diffinicione concilii generalis seu ubis

per quam differt a conciliis particulari-
bus sive provincialibus ponit hugutio
et post eum bartholomeus brixiensis
xviii. d. c. i. hoc inquit est quod papa
vel eius legatus cum omnibus episcopis
statuitur. Alii vero dicunt quod communiter
ad illa que pertinent ad extirpacionem
presentis scismatis debent habere vocem
et conclusionem omnes illi qui ad presens
concilium sunt apostolica auctoritate vocati
ymmo etiam aliquos omnes qui ad ef-
fectum unionis ecclesie vellent inter-
esse huic concilio ex quo inducunt
quod sicut a tempore nascentis ecclesie circa
electionem summi pontificis varii fuerunt
modi observati sicut per multa et an-
tiquas historias sic in modo con-
gregacionis et deliberacionis conciliorum
generalium nam sicut patet in actibus
apostolorum et in historia eusebii que
actibus apostolorum innectitur subnecti-
quandoque congregabatur tota civitas
ierosolimorum quandoque episcopi presbiteri et
diaconi quandoque soli episcopi sive abba-
tibus quandoque episcopis abbate quandoque im-
perator vocat et congregabat con-
cilium et presens erat et absente
papa decimus causa agebatur sicut
hec varietas potest probari ex histo-
riis superdictis tam quatuor con-
ciliorum in actibus apostolorum celeb-
ratorum quam ex dicta historia
eusebii li. vi. c. xxxiii li. vii. c.
xxv. et c. xxviii. et li. x. ii. c.
ubi multa ad propositum utilia pro
materie recitantur ¶ Propositum du-
bium quibus ad premissa est talis mo-
dum concludendi ex deliberacione
nacionum nam licet attenta con-
dicione presentis scismatis ad eius
radicem excludendam que in

diuisis nacionibus et regnis varie
radicabatur expediens iudicatum
fuit procedere per deliberacionem naci
onum in quibus vota singularium per
sonarum non minus bene et libere po
terant scrutari quam in generali turba
seu publica sessione tamen multis vi
detur esse consonum quod in tali delibe
racione nacionum non solum attendendum
est ad personarum deliberancium nume
rum sed etiam ad multitudinem et ideo referendo de
liberacionem vnius nacionis notande
sunt persone et eorum status ut quot
sunt maiores prelati quot abba
tes quot doctores quot ambassia
tores quot procuratores et quales et
si aliqui contradicant notandi sunt
quod et cuius status nec repellendi sunt
quin in publica sessione possint
motiua sua seu raciones allegare
ut doceantur quia non sufficit vnius
nacionem aut plurium referre delibe
racionem sed omnino in arduis expedit
allegare racionem ut non sint vota
quasi voluntaria sed racione vallata
et hoc maxime cum non esset ple
na omnium nacionum concordia facit ad
hoc quod quoque in conciliis generalibus
vnius persone deliberacio causa fuit
reducendo plurimos ab errore. Vnde
ex libro ysidori edito de mandato
damasi pape in collectione conciliorum debet
legi prefacio in qua dicitur quod si forsan
aliquis aliter quam dicta sunt sen
serit sine aliquo scrupulo conte
tionis ea de quibus dubitauit ad
solidum reducat ut deo auxiliante
aut doceri possit vel doceat. Hec
autem dubia ad robur huius con
cilii proposui quia iacula preuisa
minus feriunt ut scilicet super hiis
taliter deliberetur et prouideatur

quod in futurum acta huius concilii non
possint ab emulis reprobari.

Ad confirmandum ea que de
origine et ordine ecclesiastice
potestatis predicta sunt aliqua que
int subiungere de origine iuris
quod habent clerici qui ecclesiastici dicuntur
in bonis que ecclesiastica nominantur
vbi primo supponendum est quod bo
na ecclesiastica ut ecclesiastica sunt
fuerunt collata communitatibus et non per
sone singulari. Vnde fundatores
ecclesiarum intenderunt dominium
et proprietatem bonorum que dabant
transferre primo et directe in commu
nitatem collegii seu talis ecclesie ad
vsum deo seruiencium et non in
aliquam personam singularem
ut xii. q. i. Pontifices Et ita
intelliguntur oblata esse christo i.
communitati fidelium que est corpus
christi ut xii. q. ii. nulli. Ex quo
sequitur manifeste quod communitas ipsa
sola habet immediatum et verum do
minium ex huiusmodi bonis et non prelatus
aliquis aut quecumque persona aut singularis
non ut singularis sed ut pars et membrum
huius communitatis habet in ipsis ius vtendi
ad suam sustentacionem secundum exigenciam
et decenciam persone et sui status. Sed
inter membra communitatis est differencia quia
est aliquod membrum simplex et
non principale ut simplex canonicus.
Et istud habet simplex ius quod dictum est
et est aliud membrum quod est principale
et caput communitatis ut corpus aliter non
esset congregacio vna nec ordinata
nisi esset vnum caput et principale
membrum. Et istud non solum habet vsum
in bonis communitatis secundum exigenciam
sui status non proprio sed habet administra
cionem et dispensacionem generalem omnium

bonorum caritatis apparens quibus ei
debetur cum debitam iusticie proportionem
dispensans etiam quod cum bono collegii
bona fide ut sibi videtur expedire
et ita est episcopus in qualibet ecclesia cathe
drali de communi iure primitivo et cum ho
stiensi dicitur episcopi procurator huiusmodi bonorum
et non dominus seu proprietarius ut de dona
tionibus capitulo 2o et de prebendis c. in
sed inter membra communitatis est una
que est aliquod membrum simplex
et unum principale ut simplex canonicus
quia vero non solum quelibet congrega
tio est ecclesie una spirituali unitate
unio omnibus ecclesie aggregatorum sunt
quandam generalem unitatem instar
tum sub una ecclesia sub uno capi
te scilicet papa cui incumbit cura ecclesie
generalis ideo ipse est universalis dispensator
tamquam supremum membrum ecclesie omnium
generaliter ecclesiarum bonorum spiritualium
et temporalium non quidem quod sit eorum
dominus sed sola communitas ecclesie universalis domina
est et proprietaria illorum bonorum genera
liter et singule communitates et ecclesie
dominium sunt ius dominium sed ius
utendi aut ius dispensandi ut dictum
et hoc notavit innocentius et facit
xii q. i. videntes et capitulo. Ex hiis
et c. episcopus et c. precipimus. Ex hiis
apparet error qui dicunt quod solus
papa habet ius vel dominium in bonis ec
clesie et non solum est administra
tor et dispensator ecclesie universalis sed
bonorum eius verus dominus et proprieta
rius. Ceteri vero prelati et alii non
sunt in hiis dominium sed solum sunt
talium bonorum procuratores ac
dispensatores. Hoc enim apparet falsum
non solum ex premissis sed etiam ex verbis
apostoli i ad Cor. ubi non excludens
petrum vel papam dixit Sic vos ex
istimet homo ut ministros dei et dispen
satores etc. Et ipsemet petrus aut
non quasi dominantes in clero sed forsan
sancti gregorii facit de preben. c. 2o
ubi dicitur quod papa habet plenariam omnium
beneficiorum et non dicit dominium
Ex quo ultimus sequitur quod papa non potest
ad libitum detrahere bona ecclesiarum
ita quod quicquid ordinet de ipsis te
neat. Hoc enim non apparet si esset
dominus sed cum sit minister et dispen
sator bonorum communitatis in quo
requiritur bona fides non habet sibi col
latam potestatem super bonis ipsis nisi
ad necessitatem vel communem ecclesie
utilitatem. Ideo ad Cor. dicit quod potesta
tem dedit deus ad edificationem et
non ad destructionem. Unde ulterius
concluditur quod si papa pro libito detrahat
bona ecclesiarum et non ea dispensat
bona fide et iure non tenet et non
solum tunc tenetur ad penas de peccato
quasi propter abusum rei sue sed infi
deliter agit et ad restitutionem tenet
tum aliunde sunt cum sit dispen
sator rei aliene secus si esset dominus
qui in re sua quilibet est legitimus
moderator et arbiter ut de sepul
turis. de hiis et in glo. Ex quibus
videtur posse concludi quod sicut ius
sterium posset agere ad depositionem
abbatis vel particularis ecclesie ad de
positionem episcopi quod si sciret quod dissipa
ret bona monasterii vel ecclesie et quod
infideliter non cum bono communi sed privato
ea detraheret sic et de papa si ammo
nitus non corrigeretur. Nam xl
di. c. si papa ubi dicitur cunctos
iudicaturus a nemine iudicandus. Ibi
dicit glo. quod si deprehendatur in

quomodocumque alio vicio et amonita
non corrigatur et scandalizet ecclesiam
Idem posset fieri licet forte cum ali
quos per solum concilium generale
augmenta argumento dist. xxi. c°
Hoc autem et in hoc sacro constan
concilio conclusum atque practicatum
est ex predictis patet quod si papa non est
dominus in bonis ecclesiasticis cleri
corum multo minus est dominus in bonis
temporalibus laycorum immo nec in
illis est dispensator sicut in bonis
ecclesiasticis nisi forte in ultima neces
sitate ecclesie In qua casu necessitate
non est ipse dispensator sed magis di
cere potest iuris declarator pro quo
considerandum est quod exteriora bona
laycorum non sunt collata comunitati
sicut bona ecclesiastica sed sunt acqui
sita singulis personis arte laboris
vel industria propria Et ideo persone sin
gulares sunt habent in ipsis ius et
potestatem ac verum dominium et potest quilibet
de suo ordinare disponere dispensare
detinere alienare pro libito sine al
terius iniuria cum sit dominus ut supra
de sepulturis de his Unde sequitur quod
nec princeps nec papa est ipse dominus
vel dispensator in talibus quia
talia bona non habent ordinem nec
connexionem inter se nec ad unum comune
caput quod habeat ea disponere et dis
pensare cum quilibet rei sue sit ordina
tor pro libito Contingit vero propter talia
bona exteriora contingit interdum pa
cem comunem turbari dum aliquis quod
est alterius usurpat quia etiam mul
tum homines que sua sunt nimis
amantes ea non comunicant prout ne
cessitati vel utilitati publice convenit
Ideo positus est princeps a populo
qui in talibus est ut iudex de

cernens iustum et iniustum et ut
vindex et iniuriarum et ut mensura
iusticie in accipiendo bona a singul
is iustam porcionem pro necessitate vel
utilitate comuni Ex quo sequitur quod papa
qui est supremum caput non solum cle
ricorum sed generaliter omnium fidelium
ut fideles sunt iuxta illud pasce oves
meas quod de omnibus fidelibus generaliter
dictum est tamquam generalis omnium pa
stor et informator fidei ac morum
in casu summe necessitatis ecclesie in quo
casu omnium fidelium bona comunia sunt
i. pro comuni utilitate comunicanda habet iure
divino bona exteriora omnium fidelium
dispensare et ut exponenda decerne
re prout expedit quando necessitati fidei ut
puta quia alias subverteretur fides
propter impugnacionem infidelium vel huiusmodi
et posset tanta et tam evidens
esse necessitas quod posset exigere decimas
vel decimatas porciones a singul
is fidelibus cum tamen debitam porcionem
ne aliquis sine racione plus grava
retur quam alii et posset rebelles
et contradictores per censuram eccle
siasticam compellere ad succurrendum
quando necessitati ecclesie et talis ipse ordina
cio non esset nisi iuris declaracio unde
extra huiusmodi causam necessitatis pro
quando bono spirituali non est papa dispositor
bonorum aliquorum temporalium in lay
cis nec compulsionem in eos licet in
casibus utilitatis spiritualibus potest eos
exortari et spiritualiter inducere ut
puta conferendo indulgencias vel alia
spiritualia beneficia pro adiutorio co
ferendo indulgencias vel alia spiritualia
beneficia pro adiutorio conferendo
indulgentias Et posset tamen papa ex causa
et in certo casu bona confiscare etiam
laycorum ut de hereticis cum eum

libro sexto de penis eodem libro. Ex
premissis concluditur quod in casu ipsa
habeat iure divino disponere et or-
dinare circa bona temporalia laycorum
ut dictum est multo magis et in plu-
rimis casibus sed iuris et potestatem circa
bona et iura ecclesiastica clericorum
et ideo non solum in casu necessitatis
sed etiam utilitatis et honestatis publice
non solum utilis ecclesie sed etiam pro conve-
nienti statu persone sue inquantum est
persona publica representans ecclesiam
et generalis pastor et utilis administra-
tor ecclesiasticorum bonorum rationabiliter
potest facere sibi fructus suos de bonis
quibus pinguioribus eum exigencias
sui status quia prelati inferiores qui
in partem sollicitudinis vocati sunt
Cum rei eorum profecerit in veteri testa-
mento quia cum levite pro sua suste-
tacione reciperent decimas summus sa-
cerdos decimam decime a levitis de-
bebat recipere ut Numeri xviii. Unde
simili iure videtur quod papa posset
recipere ab Episcopis prelatis quasi summa
que vocantur vacancie et de mort-
ibus beneficiatis primos fructus seu huius-
modi alia subsidia de quibus ipse et sibi
in ecclesie summo comites potuit convenienter
sustentari et ista non solum sibi con-
veniunt iure predicto sed etiam iure pre-
scriptionis quo etiam aliqui inferiores
in similibus uti consueverunt ut in plu-
ribus regionibus manifestum dictatur
decimarum succedunt decime que da-
ntur ipse. Cum ulterius sequitur quod pape
iure potuit ordinacionem maiorum
et electivarum dignitatum ac collacionem
aliorum beneficiorum sibi et sedi a-
postolice reservare quia hec antiquissimo
iure sibi competebant ut in conclu-
sione octava dictum est. Hec etiam

non solum iure utilis administracionis pa-
palis potuit competere sed etiam temporali
causa ratione iure subiecte ut pote
quia inferiores electores in suis elec-
tionibus et ordinarii collatores in
beneficiorum collacionibus abutebantur
et per potenciam laycalem sepe iure
suo non libere uti permittebantur seu
alia aliqua speciali racione prout pluries fiat
quod notatur de electionibus quamquam
libro vi. in glossa et xxiii di. c. i. Ex
quo sub infertur quod cum sedes apostolica
in premissis prescripserit supposito
quod summi pontifices in hoc abusi
sunt vel excesserunt non propterea hoc
est ab eis huiusmodi ius tollendum
sed abusus tollendi et excessus re-
stringendi sunt et hoc fieri per
racionabiles constituciones faci co-
cilii generalis prout hoc facit quod constitu-
to pape fundate sunt electiones ut
xvi. q. ultima congregatio et de elec-
tionibus c. i. et c. cum etiam pro cuius
declaracione ulterius sciendum est quod licet
papalis dignitas a deo sit quantum
ab homine ut maior vel minor fieri
potest cum usus plenitudinis potestatis
ad concludendum abusus preter-
concilii auctoritatem restringi. Et ideo an-
tiquo iure institutum est quod papa
professionem faceret ut ex libro ~~diurno~~
diurno facit xvi. di. sancta octo. c. Ego
Ludovicus et huiusmodi professio processu
temporis ampliata est ut ex professio-
ne Bonifacii octavi que incipit
Ego Benedictus contractamus similis
quoque professio iuxta terminum con-
gruenciam in hoc sacro Constanciensi con-
cilio racionabiliter poterit ampli-
ari sed ad hunc ad regulandum usum
plenitudinis potestatis et concludendum
abusum eiusdem considerare conve-
nit quod non expedit ecclesie que hec de-

regale sacerdocium quod ipsa regatur
regimine regio puro sed mixto cum
aristogratia et democratia et capitur
hic pro democratia generaliter pro principa
tu populi et non stricte prout contrariatur
politie que est species quedam regiminis
uel principatus temperati secundum virtutem
ut capit aristoteles in politicis. pro cuius de
claratione sciendum est quod licet regimen
regium in quo unus singulariter princi
patur multitudini secundum virtutem sit
melius quolibet alio regimine simpli
ci ut ostendit philosophus iii politicorum
tamen si fiat mixtum cum aristocratia
in qua plures dominantur secundum virtutem
et cum democratia in qua populus
principatur tale regimen melius est
inquantum regimine mixto omnes
aliquam partem habent in principatu Et
quia licet regimen regale sit opti
mum in se si non corrumpatur tamen propter
magnam potestatem que regi conceditur
de facili regimen degenerat in tiran
nidem nisi sit in rege perfecta virtus
virtus que raro et in paucis reperitur
Jn cuius rei signum in populo uel
cui succedit populus christianus deus
instituit quodammodo regem licet non
cum plena potestate utputa in moy
se et Josue et eorum successoribus
qui toti illi populo preerant ut Numeri
xxvii. et Iudicum ii licet autem in
eis esset regimen regale inquantum
unus principaliter preerat omnibus
erat tamen aliquid de aristocratia in
quantum sub illo Numeri lxxii. seni
ores eligebantur ut deutro. i. Erat
etiam aliquid de democratia inquantum
lxxii eligebantur de omni populo
ut ibidem dicitur / sic etiam manife
ste videtur quod esset optimum re
gimen ecclesie si sub uno papa eli
gerentur plures de omni et ab omni

provincia et tales deberent esse cardi
nales qui cum papa et sub eo ecclesiam
regerent. et usum plenitudinis potestatis
reprimerent et hoc notari videtur in c.
per venerabilem Qui filii sint le
gittimi in vero autem fuerunt sacerdotes
leuitici quibus quod idem facit quod cardina
les sunt pars corporis pape et eius
coadiutores ut de iure iurando c. ego
n. et de electionibus c. fundamenta
libro vi. ex quo clare patet quod status car
dinalium in ecclesia est valde utilis
et necessarius si debite suo fungantur
officio ad quod generale cardinalium de
summo ope laborare atque providere quod
de omnibus ecclesie bonis pro eius ge
nerali utilitate laborare tenentur
eis decenter et convenienter quod sub
venitur non unquam quia inferiori
bus prelatis et prouinciis facit sexta
potestas cronica de qua supra in prima
conclusione principali dictum est cum
concordat summa apostoli prima ad Cor.
ix. ex qua sumitur quod qui altari
sunt de altari debent vivere ut habetur de
prebendis cum secundum 2a q. i. ex his
ut xxiii. q. ii. similiter de sepultura
c. i. cum suis similibus unde quod papa
et cardinales iure divino et naturali cum
cronica doctrina concordat ac infe
rioribus ecclesiasticis debitam susten
tationem recipere debeant ostendit
thomas in 2a 2e q. lxxxvii. ar
gumento iii. ubi dicit sic quod in
veteri lege primitie dabantur sacer
dotibus decime leuitis Et quia sub
sacerdotibus erant leuite dominus
mandavit ut ipsi loco primitiarum
soluerent summo sacerdoti decimam
decime patet Numeri xviii unde inde
eadem ratione tenentur clerici summo
pontifici dare decimam partem decime

si exigeret. Naturalis vero racio dictat
ut illi qui habent curam de communi statu
multitudinis provideatur unde possit
exequi ea que pertinent ad eiusdem salu-
tem. Et idem Thomas in 4o de regi-
mine principum auctoritate philosophi in politicis
dicit quod eciam gentiles in suis pollicijs
unam partem possessionum applicabant
illis qui ministrabant in sacris et eciam
ministris ecclesie in cultu dei ista debe-
tur non tam iure positivo quam iure
divino et naturali :—

Ex premissis quoniam iure naturali et
divino quam eciam humano stabilita
sunt corellarie sequuntur decem propositiones
a non nullis doctoribus confirmata et
probate ex quibus manifeste patet com-
pendiosa responsio ad dispendiosissimam
et iniuriosissimam scripturam per aliquos
factam contra appellacionem prima spi-
ritualis pertinencium iurium romane ecclesie
et huius epistule. Prima propositio est quod status
summi pontificis et sacri cardinalium colle-
gii dominorum cardinalium sibi colla-
teralium fundatus est in ecclesiastica
ierarchia sub celesti immediate a Christo
nec humana institucione seu presump-
cione despectui cui statui qui pertinaciter
derogat censendus est iuxta sacros
canones hereticus atque sacrilegus. Status
predictus dotandus est et fovendus
pro debita et honesta sustentacione temporalium
sine quibus in hac miseria vita huma-
na diu non subsistit quemadmodum
alter status quicumque ecclesiasticus infe-
rior seu subditus dotatus est vel do-
tandus iuxta sui qualitatem. Status
predictus non ideo perdit iura sibi con-
veniencia que posuit Christo duplex
precedens si forte fuerint abusus aliqui
personales olim vel nunc inventi

alioquin sic argueretur ad usus omnium
statuum vel dominium ecclesiasticum sed temporalium
quod dissipantibus est desinendum et per-
dendum quod in multis offendunt ob
Status predictus potest et potuit in
subvencionibus temporalibus et honeste
sustentacionis describere de certo modo
vel quota subvencionis sicut prelati
vel curati inferiores recipiunt subvenciones
facte per subditos in oblacionibus
decimis et similibus de dotatus
esset ex patrimonialibus bonis vel
aliis quemadmodum in prelatis de-
cima et curatis. Status predictus
dum recipit et exigit subvenciones
consuetas in oblacionibus decimis
vel annatis vel similibus non debet
eo ipso de simoniaca pravitate no-
tari nisi forte vicium aliud in ex-
accione modo concurrerit. Hoc vicium
corrigi debet non ob inde status mi-
nui destrui culpari vel viribus
aliunde debitis destituendum sicut
ab infirmo morbus tollendus est
non subiectum vel corpus destru-
endum. Appositum vero pertinaciter
imponere nondum generaliter de simo-
niaca pravitate totum statum
istum temerarius error esset vel
ferendus. Status predictus debet et
potest racionabiliter resistere per viam
appellacionis aut aliis si adversus
predicta voluerint aliquis aliqui
de facto procedere presertim dum
persone de illo statu subtraxerint
se et statum suum debite regula-
cioni sancte matris ecclesie si forsitan
aliqua fuerint in eis reformanda
et hec agenda nec dum non scan-
dalisant active vel peccarent sed
merentur tamquam defensores iu-
rium non solum suorum personalium

vel ecclesie particular[is] vnius romane s[ed]
vniversalis ecclesie et ad vtilitatem hone
statem quoque totius rei publice xpia
ne que consistit in suo decore me
briorum maxime principalium
deinde debet sic fieri quod subvencio me
[?] et aptiorum devocione eccl[es]ia
sacrorum interducta de simonia cavat[ur]
et similibus permaneat quousque p[er]
vos aut simul saltem fuerint alia
forte premissis salubrior vel sanior
racionabilibus adinventa et effectu=
aliter practicata coordinacione ipse
et concilii generalis. ¶ postremo facien
contra premissa non conformat sed se
manifeste obviant instructionibus
regis francie ecclesie gallicane et
vniversitatis parisiensis sicut patet eas in
tuentibus. ¶ Ex quibus sequitur quod
erronea est scandalosa et pericul[o]
sa vna conclusio quam in materia simonie
possint quidam prelatus et doctor dicens
quod solucio vocanciarum sive annati
onata sive non sive post sive ante
tradicionem bullarum sive post quandocumque
coacta est pure simoniaca. ¶ Vnde
pro declaracione huius materie notanda est
quedam doctoralis distinctio qua=
drifaria de intuitu vel respectu eo
modo spiritualis temporalis pro spirituali primo
potest intuitus ferri ad temporale quomodo
tanquam ad precium rei spiritualis quod
sit adequatio valoris vnius rei
ad alteram sicut est in empcione
et vendicione similibus / 2o potest fieri
intuitus ad quomodum temporale tanquam
ad motivum principale dandi spiritualia
vel ad finem vltimum in quo sistat
intuitus spiritualia conferentis / 3o potest
ferri intuitus quomodi temporalis tanquam
ad motivum minus principale vel ad

finem subordinatum sub vltimo
fine / 4to potest ferri intuitus quomodi
temporalis tanquam ad rem debitam iure
divino pro sustentacione illius qui spiritualia
subministrat iuxta doctrinam xpi
et apostoli dignus est operarius merce
de sua. ¶ Nunc ad propositum dicimus
pro responsione succincta et solida
quod primus intuitus et 2us sunt vere si
moniaci de iure divino et humano.
¶ Et si concurrat error intellectus quod sic
talia possunt fieri sicut in primo dicatur
vel quod licite fiant sicut ponitur
in vtroque modo tunc incurritur heresis
proprie dicta et huiusmodi sunt simoniaci
tales heretici proprie dicti si sunt pertina
ces dicimus consequenter quod si feratur in
tuitus 3o et 4to modo ille potest
esse licitus ymmo laudabilis et
meritorius ac debitus hoc tamen adiec
to quod observetur illud apostoli omni specie
mala abstinete vos hoc est quod ad
ministracio spiritualium facto sub alio
tali intuitu non appareat fieri eo
modo suo intuitu primo vel secundo:

In tercia huius tractatus parte
in primis breviter tangetur que
stio quam alias ad quorundam
egregiorum doctorum distan
ciam disputare proposui vtrum videlicet ple
nitudo potestatis residat in solo ro
mano pontifice. ¶ Ad partem negativam
arguitur ex triplici radice primo
quia huiusmodi plenitudo potestatis re
sidet in ecclesia vniversali. ¶ Secundo quia hec
plenitudo residet in romana ecclesia
particulari / 3o quia ipsa etiam resid[et]
in concilio generali ergo non residet
in solo romano pontifice quia de
se patet et antecedens est apertum. Pro conclusione[?]
racione pro qua supponitur quod ro
manus pontifex est caput tocius ecc[lesie]

ecclie primo et plr ecclie vlis resp
ectu cuius dr summus pontifex sume
pastor iuxta illud pasce oues meas
as q3 no de hijs uel illis particula
riter s3 de omnibus gnar dictum e
Scdo e caput romane ecclie ptib3
respectu cuius dr pontifex romanus
et in utroq3 cparatu tam vlis quam
romane ecclie succedit petro qui prius
fuit summus cparatum q zm/zo est
caput concilij gnalis q vlez eccliam
reputat rev cuius tn ipm est quedam
particulare ecclia summe unitatem abea
tte summum pontificis in eo actualit uel
virtual presidente ut extra significasti
de electione cum suis concordancijs Ex
qua suppone p3 hanc triplicem eccliam
esse triplex corpus misticum cui ipa
est caput immediatum s3 constat q
no est maior ptas in toto corpore
quam in eius pte s3 in capite immo
videtur maior quia omne totum est
maior sua pte et p cons si plenitu
do ptatis est in summo pontifice eadem
uel maior plenitudo pontificalis ptat
erit in quolz corpe cuius ipe est caput
quare etc facit ad hoc illud Jeronimi
si auctas queritur orbis maior e ur
be ut xcm di c legimus vbi dicit
glo q hic sumitur argumentum q sta
tutum concilij preiudicat statuto ppe
Confirmatur illa racio quia aliqua po
testas uel auctas est in ecclia que
no est in ipa pa in eo no est ptatis
plenitudo qa p3 et aus pz quia
confirmacio in fide de qua dicitur
q ecclia no pt errare ut illud
petre rogaui pro te ne deficiat
fides tua no est in papa quia hic
no est dictum de fide psonali petri
cum ipe errauit s3 de fide ecclie de
qua dr et porte inferi no puale
bunt adusus eam s3 eccliam no enim
dictum est adusus te s3 petrum
igitur spale privilegium est et sin
gulare auctas ecclie q no pt er
rare in fide q privilegium aliqui
extendunt ad romanam eccliam ali
qui ad concilium gnale aliqui vo
solum restringunt ad auctem vlis
ecclie s3 no pt extendi ad papam
ut dictum est quare etc Scdo ptem
affirmativam questionis arguitur quia
tantum uni papam hre plenitudinem
ptatis ceteros autem vocatos esse
in ptem sollicitudinis nec reperitur
ius canonicum q dicat hanc ple
nitudinem esse in aliquo alio sum
supposito uel particulari collegio Con
firmatur ista racio quia quelz par
ticulare ptatis ecclisiastica est uel
esse pt que no est nec esse pt
in ptu aut quacuq3 alia particulari
ecclia seu collegio igitur in ipa
solo residet ptatis ecclie consuetudo
plenitudo qa p3 et aus pz quia
ipa pt quamlz ecclisiasticam ptatem
cocere q no pt vlis ecclia seu
aliquod collegium particulare et ut
de exercicio ceterarum ptatum ecclia
sileat tenemus sufficiat exem deo
de ptate consecrandi corpus xpi
uel altera ptate pure sacramen
tali quia constat q talis no pt
exerceri nisi a psona singulari
et p cons nec a concilio gnali qua
re etc nec ab ecclia vli nec a
romana ecclia particulari Ad hanc
questionem se sua humilitate respo
surum exhibuerat venlis pr et cir
guis sacre scripture doctor mgr chan-

ritus de praga et posuit tres
conclusiones prima quod plenitudo potestatis
ecclesie separabiliter residet in romano
pontifice / 2a quod plenitudo potestatis
ecclesie inseparabiliter residet in uni
versitatem ecclesie catholice / 3a
dicto quod plenitudo potestatis ecclesiastice
representative residet in generali con
cilio. Ex hiis infert correlarium
quod questio ut proponitur est falsa
patet a negatione utriusque componentis
ad suam compositam. Contra premissas
autem rationes sufficientes erat dictus
magister respondere et sui sua inten
tionem utiliter declarare sed quidam
veritatis adversarii timentes ne per
ipsum et deinde per quosdam alios
sacre theologie doctores in dispu
tationibus aut determinationibus
impugnarentur aliqui errores
in hoc sacro concilio delati con
spiraverunt et procuraverunt dictam
disputationem impediri contra quos
publice verbo et scripto ob reverentiam
fidei protestatus sum quod doctoribus
sacre theologie maxime in con
cilio generali ubi agitur de erro
ribus extirpandis non debet inhi
beri disputacio aut scolastica de
terminatio pro declaratione catholice veri
tatis et reprobatione contrariorum
errorum alioquin qui de facto
scius facerent redderent se suspectos
de fautoria heretice pravitatis. Ex
quo dictus magister sic expeditus fuit
ab hac responsione. Ergo huius
questionis non dum breviter ex
plicabo. Primo dico quod verba que lo
quuntur de plenitudine potestatis intel
liguntur de potestate iurisdictionis et

non de potestate ordinis sacramentalis quia
et sunt equalis in omnibus apostolis ut
supra tactum est ubi super illo verbo pa
sce oves meas dictum est quod ibi
data est petro potestatis plenitudo scilicet
iurisdictionis. 2o dico quod hec plenitu
do iurisdictionis proprie loquendo solum re
sidet in romano seu summo pontifice
petri successore quia proprie aliqua po
testas plena dicitur esse in aliquo qui
illam potest generaliter exercere ut univer
saliter in omnes dispensare hoc autem
est in solo papa et non proprie in aliqua
generalitate quia tamen per ipsum actiones
sunt suppositorum / 3o dico quod huiusmodi
plenitudo potestatis tropice et aliquo
equivoce est in universali ecclesia
et in concilio generali ipsum representante
pro cuius declaratione sciendum est quod quan
tum ad propositum pertinet aliquod
tripliciter dicitur esse in alio. Primo
tanquam in subiecto sicut virtus est
in anima et actus in substantia subiecta
2o tanquam in obiecto sicut aliquis
effectus dicitur esse in sua causa vel
in suo fine quia hic illud ten
dit tanquam ad suum obiectum finale
Tercio tanquam in signo sicut res
visa dicitur esse in speculo vel aliqua
doctrina in libro quia ibi est re
presentative. Primo ergo plenitudo potestatis
desiderio finem conventionis vestre
prestolatur. Facite obsecro ne frustra
huc venisse videamur, sic agite ut
tot labores iam ultra annum in-
cassum non dispereant et gentes tam
grandi de vobis spe concepta non
frustrentur. Cuius tam duri cordis
filius est, qui tam vehementer ob-
secratus audeat contrariare matri
suis precibus, quis tam inhumanus
atque impius reperiri potest, qui sic effi-
caciter a matre admonitus, mox
non acquiescat, et cum Salomone
dicat: pete mater mea, neque enim

phas est ut avertam faciem tuam.
Sub hac igitur filioli mei conpli-
cabo vobis desiderium meum, et
confidenter credo quod illud sit gaudium
quod tanto tempore per vos impleri effla-
gito. Sed hoc filii mei scitote, nichil
difficile aut laboriosum me peti-
turam, dulcissimum et utilissimum
et quo magis contractabitur, eo
dulcius atque utilius fiet hoc meum
gaudium est, quod impleri postulo.
Primum ut idem sapiatis omnes. Deinde
ut eandem caritatem habeatis. Quid
de hac duplici petitiuncula vobis videtur
filii mei? quid precipio vobis ut
transfretetis maria per orbem pe-
regrinemini, cum hostibus pugnetis,
non iubeo ut contempnatis divitias,
ut corpora vestra maceretis, ieiuniis
ut martiria et tormenta subeatis,
nichil horum ut audistis, quamquam
et si ista preciperem contempnenda non
essent, iam et fratres vestri qui vos
precesserunt iussu meo hec et ma-
iora forti animo sepe numero subi-
erunt. Sed hoc dumtaxat hortari
hoc moneo ut idem ipsum credat et
alter alterum diligat. Credere fa-
cilimum est, amare dilectissimum, utrum-
que vero utilissimum. Hiis duobus pre-
ceptis conficiendis re nulla extri-
nsecus opus est, credite et amate
invicem in cordibus vestris et satis-
fecistis desiderio meo. In momento
in ictu oculi hoc agere potestis
velitis et factum est. Primum est
igitur ut idem sapiatis, nisi ut
diversa aliter ab altero de fide domini nostri
Ihesu christi sentiatis et fide incipi-
am fidei christiane religionis et

omnis salutis ianua est / hec est fun
damentum et radix omnis edifica
cionis que crescat in domo mea. Ali
ud autem fundamentum secundum apostolum
Nemo potest ponere preter id quod positum
est / quod est christus ihesus / hoc autem
fidei fundamentum quod firmiter
sustentet edificium quod super imponitur
quanta illud virtute et gracia communi
cat / et hec radix que saluberrimos
fructus suavissimos quos esse pro
ducat / quo alio probacionis genere
uti opus est / nisi hoc solo testimo
nio / quia christus ihesus / per quem facta
sunt omnia / huius edificii basis ac
fundamentum fieri dignatus est / Si
nt ergo tam stabili fundamento si
quis corde puro et consciencia non
ficta inheserit primo ab immundi
ciis si quas habet purificabitur ut
in actibus apostolorum scriptum est /
fide purificans corda eorum / pu
rificatus vero mox in domino iustifi
cabitur ut inquit apostolus arbi
tramur hominem iustificari per fidem
Sic autem anima per fidem iustificata
ac purificata merebitur desponsari
a domino ut ipse per Ozeam inquit
desponsabo te michi in fide / Quam
vero sic desponsatus fuit fortis fiet
ut illi magno adversario nostro leoni
rugienti possit resistere cui inquit
petrus resistite fortes in fide / Hinc
qui resistere poterit eiusdem fi
dei virtute facillime vincet et supe
rabit mundum hec est victoria in
quit Johannes que vincit mundum
fides nostra / mundo autem devicto
benediccionem accipiet per eandem fidem
a domino quia qui ex fide sunt secundum
apostolum benedicentur a domino cum
filiis Abrahe / Sed et hoc amplius
quia christus in corde fidelis anime
habitacionem faciet habitare inquit apostolus
christum per fidem in cordibus vestris
facite / nec solum habitabit / quinimmo
per fidem infidelium ad optimum assu
met / Omnes enim inquit apostolus filii
dei estis per fidem in christo ihesu nunc
vero a domino consecuti fueritis
ut eius filii efficiamini confidenter
a patre vestro omnia postulare pote
ritis et respondebit vobis / sicut
olim centurioni fiat tibi sicut cre
didisti / Et quemadmodum chananee
magna est fides tua fiat tibi sicut
vis / Quam preciosa est huius fidei ra
dix et semen eius quod si modi
cum quis ex ea habueritis quis
autem huius decipit quod granum
sinapis dicetis huic monti transi
fer te et transferet se / Quamquam autem
non semper eo modo quo verba pe
tentis sonant / quis exaudiatur ob
tinetur tamen per fidem / id quod magis
petenti prodest ad vitam presentem
eternam in qua omne desiderium
includitur cum vite eterne per fidem
hec promissionis consequimur / Inquit Tho
bias / filii sanctorum sumus et vitam
expectamus quam deus daturus
est hiis qui numquam mutant fidem
Quid plura sine hac ambulare
non potestis quia per fidem ambu
lamus / Inquit apostolus / sine hac
nec esse vivere quia iustus ex fide
vivit sine hac ut idem attestatur apostolus
Impossibile est placere deo / sine hac
homines in abyssum mergitur errore

sicut in profundum maris mergi

Sicut in profundum maris mergi
incipiat petrus cui dictum est a do
mino / modice fidei quare dubitasti
videat igitur unusquisque quantum sta
bilitatis et firmamenti ex hoc funda
mento quam preciosas ex hac radice
quta ex celestia bona ex hac fidei p
fessione assequi possit aliud quam illa
preciosius Vere inquit petrus pro
bacio fidei preciosior est auro / quod per
ignem probatum / sed ad veram adipi
scendam fidem filioli mei primo nosse
oportet sub qua domo huius sancte dei
christi fundamentum iactum sit et per
que modum ad eam provenitatur /
super hoc fundamento domus mea a
domino edificata est ipso dicente / super
hanc petram id est fidei edificabo eccle
siam meam / videte quis est hic edificator
et architector / cuius manu facti
sunt celi et terra / et cuius ordinacionem
perseverant dies et ei omnia serviunt
hic iste fabricator tam solide hanc
fundamento domum istam super inpo
suit ut quacumque potestas sathane tanta
sit ut dicitur Job nulla sit ei similis
in terris que vitas principem huius
mundi appellat / in ad versus hanc
meam domum privilegio christi nichil
prevalere possit / scrutamini scripturas
et nullam domum sic fundatam nec
tale eius umquam in altum invenietis
hanc domum perflare venti possunt quatere
non possunt / fulgura que et turbines ac
teri illam tangere sed non cutere / quia
hec domus dei firmiter edificata ac
fundata est supra firmam petram
non supra arenam aut lateres pu
tridas seu saxa morbida / fundata
est hec sancta domus mea nec

super lapides preciosos / jaspides et
zaphiri et aliorum decem quos in
Apok. Joh. nominatum civitas sed quoni
iubus preciosis lapidibus preciosius est
supra petram christi unica nec ex
mortali manu hominum facta est / sed no
va descendit de celo / a deo parata sic
sponsa ornata viro suo / nemini ut hac
domum demoliatur ingredi potestas est /
qua duodecim angeli Et in eodem
Apok. scribitur In portis custodiunt
sed qualem intus putatis hanc esse
domum an caliginosam / an forte ad
expellendum tenebras / lumen ibi
esse ex oleo / aut cera compositum
aut quod plus est solem aut lunam
in illa lucere / maius inquit hiis et
longe maius sed quod illud esse potest so
le et luna maius lumen Audite
Johannem in Apok. dicentem et civitas
quam paulo superius novam descenden
tem de celo et uxorem agni dixerat
non eget sole neque luna ut luceat
in ea Nam claritas dei illuminat
eam / et lucerna eius est agnus /
et ambulabunt gentes in nomine eius
Et ut supremum testimonium eum addu
camus christus qui mentiri non potest
pollicitus est manere cum ea usque
ad consummacionem seculi Si qui in hac
domo in nomine ihesu christi congrega
ntur ubi ipse est in medio eorum
et spiritus sanctus lumen luminis sue cla
ritatis totam replet ubi filii mei
manet in unitate sedentes / sed et hec
memoria in pectore vestro firmiter tenete / quod
apostolus ad Thimotheum scribit hec tibi va
scribo mi fili Thimothee sperans me
ad te venire cito / si autem tarda
vero ut scias quomodo oporteat in domo
dei conversari que est ecclesia dei vivi /
columpna et firmamentum veritatis

Intra igitur omnis homo securus/ tam
lucidam et tam firmiter constructam
domum/ que nec tenebras pt. Tales
ac tantam dei patris et agni et spi-
raculi fulgorem habens/ nec cor-
ruere pt/ talibus in ipsa basi
bus/ et qui ingreditur manebit/
et nunquam exeat/ et qui exivit
redire non differat. Redeuntem
autem veniet ei eo. Extra hanc
domum/ omnia sunt caligo et te
nebre extra ipsam/ nec est nec
esse pt vera fides nec salus ho
minibus. Et velut que in archa noe
recepti sunt diluvium aquarum
absorbuit/ et qui in hac sancta dte
non permanserit/ caligine errorum
obruit/ et tandem perire necesse
est/ sed nec ad hanc domum/ iter cui
quam patere nisi illud ipsa do
cuerit/ quare nisi a me doctrina
fidei accipiatis/ nec fidem rectam
nec ecclie unitatem habere potestis/
fides ut scitis ex auditu est/ quo
audietis sine predicante/ sed predican
quid pt/ in quo sit salus/ nisi
ewangelium xpi/ quo aut verum xpi
ewangelium scire possetis/ nisi illud
vobis patefecissem audistis etiam
non nullos ex apostolis scripsisse ew
angelia/ sed quia tantum quatuor ap
probamus illa ut ewangelia vene
rantur/ alia reprobantur neque ex
po ea qua ad hanc domum iter
vobis ostensum sunt ingredi po
teritis nisi per eas quoniam claves huius
domus a domino tradite sunt me
is manibus apertam vos que in
troducam sine hiis clavibus ad

secretos thezauros celestis regis
sponsi mei in domo mea reclu-
sos nemini licet intrare. Et si
aliquis absque clavibus intrare conten-
derit poterit videri intrare sed
non recte intrat. Restat igitur. Et
tam liquide intelligo istas quod per
venire ad fidem et perseverare
in ea nisi per me et mecum non
poteritis. Quam obrem sine mora
relictis omnibus me unusquisque
sequatur et mecum habitet et ve
ritas fidei habitet cum eo/ liber
in quo fides catholica descripta
est sum ingenue ista libro compari
posset signato septem signaculis
que in apocalipsi Joh. testatur. Nemo
neque in celo et in terra/ neque
sub terra/ solvere pot/ nisi solus
agnus qui occisus est ita quidem
et hunc librum fidei ac doctrine
eius nulli creature neque in celo
neque in terra neque sub terra/ aliter
intelligere possibile est quam ego ca
tholica ecclesia intelligam ipsius
veri agni vera sponsa/ cui ipse
sponsus ut ex ewangelio Joh. sepe
legi audistis/ omnia que audivit
a patre nota fecit/ neque enim angelis
aut hominibus quibuscumque predictis
prestate contra meam doctrinam ad
quam credendum fecit ita ad gal
scribit apostolus apostolus per quem
loquebatur xpus licet nos aut
angelus de celo ewangelizet et
vobis preter quam quod ewangelizavimus
anathema sit hoc nichil aliud
significare videtur nisi quod angelos

de celo contra veritatem ewangelii quod
quam dicere impossibile est / nec vos
ad hunc impossibilium / de hominibus
autem quibus gloriam sit ut sibi tam
catholice auctem credatur / cum apostolus
scriptum velit anathema / si aliud ew
angelizet / quam quod prius tam catholice
doctrinam ewangelizauerat / hiis autem
qui sub terra sunt nichil quamquam
forte credendum quibus dubitet cum
sathanas et angeli eius in veri
tate non steterunt / sed mendaces sunt
et mendacii patres. Si enim arrius ma
nicheus nestorius faustus donatus
et ceteri huiusmodi homines monstra ne
is tam clauibus et non ipsis et ad
altius hunc librum fidei aperire
voluissent nunc in inferno cum patre
mendacii non cruciarentur / si hii
tenaces et obstinati homines meis
paruissent preceptis multarum gen
tium catheruas ad locum sulphu
ris et ignis precipiti secum non
precipitassent minimum saltem est
nolle in via proprie prudencie sed se
ipsum ad suscipiendam maiorum
suorum disciplinam accomodat
illorum / scilicet quos diuina approbacio
autenticos fecit / quorum quia doctrine
sanctitatis vite ac manifeste mira
cula certum perhibent veritatis
testimonium. Quibus non sanctos pa
tres ac doctores per multa secula
a nec ubique approbatos / quorum tan
ta fuit integritatis et veritatis ze
lus ut prius mortem / et omnia
supplicia pati voluissent quam leuissimum

pro forte mendacium / potius quod
scriptum rudis forte ingenii seu
non exercitati / multo satius debeat
Quibus interpretacionem / excellentissimorum
pene innumerabilium doctorum ex
omnibus mundi partibus in eadem
conuenientium sententia qui ita in
sacris scripturis studiosi fuerant
ut omnem in tempus in quibus corpore
fuerint / non potius acquiescat
quam duobus tribus seu paucissimis
hominibus noviter scripturas le
gentibus / ullo stetit doctorum
proprio ingenio. Quibus non aduertat
quam sit res dei periculosum / hic
morbus nullo pacto ferendus.
Si enim cuique probabile est suo sensu
exponere et interpretari scriptu
ras nichil certi erit omnia con
fusa et inuicem aduersa fiet vero
ut videbit chaos tot erunt sine
quot capita / quibus ille erit ita
ebes cui non suppetit audacia no
ua fabricare interpretacionem. Quibus
enim leges humanas conditas ce
teri oportebit / habes per quam
vel a principe vel a ciuitate late
sunt / nemo probabile est contrarie
quod si forte aliquid ambiguitatis
contineant priuatis non licet inter
pretari personis sed ad legislatorem
seu illum qui iudicando habetur
recursus. Si forsitan aliquibus
vivum racione non mouentur. Scrip
tum in neemia quod congregati sunt
principes familiarum vniuersi populi
sacerdotes et leuite ad esdram
scribam ut interpretaretur verba

legis et quia vicio nature cor
rupte / homines frequenter errant
frequenter quod inter se discrepant /
necessario deus noster ihesus xpistus
fidelibus suis providit ne sanctam
catholicam et apostolicam ecclesiam
in terris relinquens / atque assisten
cia sua. ac spiritus sancti usque ad
consummacionem seculi et interminis
corroboraris ut in hiis que ad sa
lutem pertinent errare non possem
et ad me omnes tamquam ad infal
libilem tabulam aspicerent sic
una sancta catholica et apostolica
ecclesia toto orbe terrarum semper
vocata et credita sum Nemo ab
unitate mea se scindat / nemo
quod sentit est erroneum putet
nullus iudicium proprium aut pau
corum aut alii determinacioni an
ponat Catholicum enim grecum
est / quod latine universale interpretatur
Sic apostolica vocor et certe sum
Credat unusquisque in dubiis quod sicut
apostoli spiritu sancto inspirati locuti sunt
ita loquor et ego neque enim solum
pro tempore apostolorum / xpistus ipse et per
spiritum sanctum consistere promisit sed
quod sepe pro nostro profectu repeten
dum est usque ad consummacionem seculi
et inclinamus Pro illis tamen o
ravit dominus sed et dixit in xvii°
Joh sanctifica eos in veritate ser
mo tuus verus est / sicut tu
me misisti in mundum / et ego
pro eis sanctifico me ipsum et
ipsi sanctificati in veritate non
pro eis autem rogo tantum / sed pro illis

qui credituri sunt / per verbum eorum
in me ut omnes unum sint / tu pater
in me et ego in te ut et ipsi in no
bis unum sint et mundus credat
quod tu me misisti et ego claritatem
quam dedisti michi / dedi eis ut
sint unum sicut et nos unum sumus
hinc aperte cognosci potest / quod sicut pater
et filius in unitate et veritate non
discordant sed unum sunt Ita omnis
ecclesia apostolorum et eorum qui
per eos credituri sunt usque in finem
unum est veritatis et unitatis hinc
est quod in apocalipsi dicitur Civitatem
civitatis descendentem de celo que
est ecclesia habere fundamenta duo
decim apostolorum et agni et apostolus
inquit Iam non estis hospites et
advene sed cives sanctorum et dome
stici dei superedificati supra fundamen
tum apostolorum et prophetarum
Amplius iam non videat quam turpiter
seipsum confundit tot huius divine
civitatis testimonia qui de mea
doctrina ac fide aliquatenus du
bitavit Stultum enim prorsus se
comprobat ut inquit salomon
in proverbiis Qui despicit [illegible]
Iam igitur qui me audit xpistum
se audire credat Et qui me spernit
xpistum se spernere non dubitet ut
ipse attestatur Hic legitimus est ac
nomine xpistiani indignus / xpistum
etenim mendacem facit / qui in
mea doctrina aliquid suspicatur
falsitatis Cavete ergo filii mei
ne umquam incidatis in hac tempe
tacione ut scripturas proprio sensu

aut aliter intelligere velitis quam
ego intelligo / nolite usurpare vo
bis privilegium hoc quod michi so
li concessit dominus vos enim certo
re possitis iudicium veritatis cum humilitate
more patrum vestrorum semper michi
submittere quia experiencia teste con
stat errare non posse me dispensa
tricem misteriorum suorum reliquit
dominus / constituitque super omnem familiam
suam / ut dem in tempore tritici mensu
ram. Multa in scripturis sacris ut
fatemini que expositionem indigent
que si corticetenus intelliguntur fa
cile in errorem legentes pertrahunt /
sed si quid in eis legentes vos contingat
quod non tam plene ut velletis intel
ligitis / facite instar discipulorum
christi / qui parabolam a domino dictam
non intelligentes ipsum dominum interro
gant domine edissere nobis para
bolam zizaniorum discipuli parabolam
domini non temptaverunt / sed ad ingenium
veritatis perfecti sunt / vos ergo ad al
ium nolite attendere perite ad me
disciplinam christi / intentum et ingenium
veritatis aperiam vobis et luce cla
rius manifestabo sensus / et archa
na scripturarum. Et incipiens
a moyse et omnibus prophetis inter
pretabor vobis in scripturis que
de christo sunt venite filii audite me
et instruam vos in via hac qua
egrediemini / nullus per me umquam
deceptus est nec metuendum decipiet
cum experimentum quottidie eius qui

in me loquitur christus / ipse caput
meum / et spiritus sanctus ductor meus
quocumque me quicumque permittent fal
lere vultis filioli mei viam vob
ostendam infallibilem qua si non
calle mediatis numquam errare
poteritis respicite semper ad me consi
derate vestigia mea et pedetentim
me sequimini non declinantes ad
dexteram neque ad sinistram. Et si for
san strictum callem aut durum
iter seu asperum monticulum offen
ditis clamate ad me et porrigam
vobis dexteram / et sustentans
vos quietam aspera in vias planas
vosque illesos et sine labore ad mon
tem qui christus est perducam / recur
rite ad me audacter et confidenter
et numquam vobis in necessitate deero
non sum superba nec fastigiosa immo
benigna sum pya sum / et cari
tate ardeo / omnes sive venientes
sive recedentes ad me hylares in
gremio suscipio / omnes doceo / instr
uo et conforto / et vena aquarum
viventium de ventre meo fluit in
audientium ora. Memoriale hoc per
hennem supponite filii mei / in frontibus
alligate in digitis et super limina
domorum affigite credite vero quod
ego credo profiteri quod ipsa profiteor
et tunc nulla caligo est rationis /
nullaque tenebre falsitatis vobis
appropinquare poterunt. O sanctum domi
nicum / o felicem semitam / o
omni tempore imitanda vestigia quod
certius aut securius viatoribus
huius seculi relinqui poterat quam

quod talis via exhibetur / qua in
credentes deficere nullatenus possunt
Nolite abduci variis aut peregri
nis doctrinis nec sequamini ma
gistros prurientes auribus / omnem
doctrine cibum / que de mensa mea
non comparatur / suspectam habetote
venenosum est virus huius superbis
insanabilis interpretationis et expo
sitionis novitates cavete sensus
insolitos singulares que sententias fugi
te doctores qui in mea scola pro
bati non sunt tanquam serpentes de
clinate Nam ut inquit apostolus et
si decem milia pedagogorum ha
beat in christo sed non multos patres /
Nam in christo ihesu per evangelium ego
vos genui / rogo ergo vos imita
tores mei estote / sicut et ego christi
nec filii mei quicquam quod a me
audieritis postulare ex humano
ingenio rationem / fides enim non habet
meritum / cui humana ratio prebet
experimentum Et christo fides est qua
per me vobis insinuat Decreta
de fide et doctrina mea estote quoniam
si quid corporis conspiciatis oculis /
humani enim oculi rem licet pro
pinquam videntes / non nunquam
falluntur / putantes aliud esse
quam sit / deus autem nec falli a
quoquam sit nec fallere quemquam
potest / doctrina autem non est mea /
sed eius qui desponsavit me / si
sinere igitur paululum / si for
te anima capere non potestis usque
quo ad locum ubi ego meus
sumptus / vos perduxerim ibi
sine ullo velamine rationis quem
modo fide creditis / oculis intuebi
mini manibus que palpabitis nunc
videtis per speculum in enigmate
tunc autem facie ad faciem exposui
vobis filioli mei / quid sit ubi sape
Cetera que sequuntur ad caritatem
pertinent Et quoniam fides sola non suf
ficit nisi vestita sit et comitata ca
ritate nam ut inquit apostolus Et
si habuero fidem ita ut montes
transferam / caritatem autem non
habeam nichil sum Ideo post
fidem preceptum caritatis tra
ditum est / non expectetis / ut ego
omnes laudes caritatis hoc meo
sermone compleam Ipsa enim tam
tam magna est ut si linguis
hominum loquar et angelorum vix
mediocriter eam explicare pos
sem Nunc enim tante dignitatis
sit ut inter virtutes ipsa sola deus
appellatur / deus enim caritas est
tante est amicus est / ut cum gravi
dio referam more humano lo
quens de omnipotenti deo triumphavit
visa est deum enim de celo solo
amore traxit ad terram et in
cruce pro salute nostra affixit
ac usque ad yma terre pro redemp
tione filiorum israel migrare
coegit Et quid digne de hac
virtute dici unquam potest / que
in celo et in terra dominatur
et regnat et quo vult usque ad
abyssum penetrat / Hec est illa
excellencior via qua de virtut

aplus nam et prophetare demonia
eicere / virtutes et miracula facere
sine caritate veniunt gratiam deo
efficiare ¶ Alia enim facientibus
tandem ipsius dicturus est Recedi
te a me operarii iniquitatis / non
novi vos / et habentibus sciam dius
imperat vos clavem sciencie ha
bentibus sed nec intratis in regnum celorum
nec alios intrare sinitis dare omnia
sua pauperibus et seipsum martirio
sine hac nichil prodesse affirmat
apostolus ¶ Caritas preceptum precepto
ris est in quo omne preceptum in
luditur nam ut inquit apostolus /
finis precepti est caritas / et rursus
plenitudo legis dilectio / caritas pa
ciens est benigna est / non emulatur
non agit perperam / non inflatur non
est ambiciosa / non querit que sua
sunt / et cetera omnia continet / que
ut scitis beatus paulus late com
memorat / caritas fons est proprius
et singulis honor cui non communicat
alienus que et oleum non potest pre
mi in imo sed super exilit / si desit
frustra habentur cetera / si assit
cetera non desunt / sine hac omnis
virtus est ipsa fides ut inquit beatus
Jacobus mortua est ¶ Operam eciam
nominis appellacio rem quidam ca
ram esse demonstrat ¶ Complectimini
igitur filii mei hanc tam excel
lentem et divinam virtutem appre
hendite tam singulare spiritus sancti
munus / per ipsum enim ut inquit apostolus

¶ Caritas in cordibus nostris diffun
ditur ¶ Induamini hac veste nup
ciali qua induti securi discumbetis
in mensa regia nec timebitis ut
dicatur vobis cur huc intrastis
non habentes vestem nupcialem /
hac veste induti pelletis a vobis
frigus quo frigebat petrus cale
faciens ad prunas cayphe / hac
veste circumdati que omni arma
tura est forcior ¶ Intrepidi et ille
si hostium cuneos pertransibitis
et ut uno verbo omnia complectar
si vultis perfecti esse super omnia ca
ritatem habete ¶ Hec secundum apostolum
vinculum est caritas perfectionis
Sed quemadmodum paulo ante do
cumentum tradidi qui possit ita
et nunc vos erudiam quomodo faciliter
inquam a caritate excidatis respi
cite semper ad me / considerantes me
esse matrem / et vos filios / recogi
tate in visceribus meis vos esse
contentos et eodem lacte nutritos
¶ Nunc scies vos esse invicem re
cognoscetis et quod eadem carne vos
inficiari non potestis ¶ Quibus quod una
carnem suam odio habere poterit
¶ Attendite ergo quam tenerrime vos
semper dilexerim et quantam filiorum
meorum caritatem exhibeam quotque
labores et angustias in omni neces
sitate / pro vobis utrique terrate pressa
sim ¶ Et a me exemplum capientes di
ligatis vos invicem sicut dilexi
vos / sed et si plerumque superiores digniores

que mei corporis / caput vero existerit
quod est xpistus / efficatius caritatis ma
gisterium cordibus vestris imprime
tur Cogitantes namque cum mundus
nichil mereret immo propter sua fa
cinora morte dignus esset Ipse ihesus
xpistus sola caritate tot tantaque in
corpore suo pro salute hominis tormen
ta pertulit totque beneficia conferre
dignatus est / quod lingwa humana
nequit exprimere possit Ideo omnes
conceptum rancorem deponere
et in dissolubili caritatis vinculo
confederati in fraternumque amorem
redire / dicite michi numquid vos
extraneos aut alienigenas esse
putatis michi iniuriam facitis
Nonne in hoc vos utero tanto
labore concepi / et portavi / non
ne hiis lactavi uberibus et hiis
manibus cibum potumque tanto
tempore prebui Cum ergo fratres germa
ni sitis ex eadem carne geniti
et talia exempla dilectionis a ca
pite et toto meo corpore corpore
habeatis debetis alter alterum
fraterna caritate invicem reco
nciliari Quia ossa de ossibus meis
quis vos ab invicem separavit / quis
inimicus homo inter vos semina
vit zizaniam quibus seductor ille
antiquus accusator fratrum suorum
vos ad tantas inimicitias perduxit.
Solebatis idem sapere invicem
vos amare vivere concordiam
in simul cum pace et caritate
conversari / nunc mutata est para

color optimus Itaque unitas in dis
cussionem / caritas in odium / pax
in bellum / fraternitas in hostili
tatem / pro dolor sunt Cur sic inhu
maniter filii mei confligunt sua
gaudia in igne decertant / cur
tam crudeli bello et odio tam
detestabili alter alterum perse
quitur / sunt ne ipsa iura frater
nitatis / sunt ne hec cognationis
et proximitatis iudicia erubesco
referens Viri barbari et infideles
hoc inter se tam atrocium facere
audent Committe iam gladios
in vaginas / quia omnis qui gla
dio ferit gladio peribit / Remit
tite truces vultus abicite minas
deponite arma proicite telam
manu sanguineis meus / Abolete
penitus ex cordibus vestris omnia
discordia odiorum que fomenta
osculamini obsecro vos in pignora
meis vestre osculo pacis am
plectimini vos tenerrime date
invicem dexteras / congratulamini
simul / epulamini in mensa mea
cibos deliciarum mearum pacis
et caritatis Celebrate solempniter
hunc diem festum Consolamini
consolamini filii mei matrem vestram
que hunc diem tanto cum deside
rio prestolata est Amate vos
invicem ut fratres decet et conte
nta sum / impletum tunc est gau
dium meum et nichil amplius
postulabo / Sciatur in verbis apostoli
unanimes ad ipsum sapientes

hoc est ut in diversis corporibus idem
sit animus eademque voluntas / sic
hic populus meus quasi vir unus
non scindamus in varias sectas sed quem-
admodum in xpo unus alter similiter
velit imitatores estote patrum
vestrorum / quorum in primitiva eccle-
sia cor erat unum et anima una
nichil unitati prestancius quae
quam sit necessaria xpus ipse ostendit
qui pro eis oravit non ut efficerentur
divites aut sapientes huius seculi
sed ut unum essent sicut sunt ipse
pater et filius / quid utilius rei pu-
blice xpianorum esse potest quam unitas
hoc nostra romana tenet hec religio
et ego propter unitatem filiorum
meorum toto orbe terrarum diffusa
sum Cavete modis omnibus discor-
dias et timete cristo minatur dicens
Omne regnum in se divisum de-
solabitur / et domus supra domum
ruat / scitis illud vulgare dictum
concordia parve res crescunt dis-
cordia autem maxime dilabuntur
Si videtis pervenire ad xpum pacem
inter vos perpetuam contrahite
qua nichil deo acceptabilius homi-
nibus quoque expediencius esse facile
intelligetis / si memineritis xpum
de celo in terram descendentem pa-
cem per angelos suos annunciasse
hominibus de terra quoque in celum
redeuntem / eandem pacem dis-
cipulis in testamento
relinquisse Sentite id ipsum
inter vos hoc est ut bona

mala quoque singulorum per carita-
tem sint omnium Hoc proprium caritatis
est flere cum flentibus / gau-
dere cum gaudentibus nisi enim
membra invicem coniungantur
et suo ordine connexa persistant
in unum alteri operam in necessi-
tate prebeat desistere corpus necesse
est unum enim corpus sumus in
xpo singuli autem alterius membra
in xpo ihesu domino nostro ut inquit
apostolus Subdit deinde apostolus
nichil per contencionem et manem
gloriam / sed in humilitate hec su-
perioribus consentanea sunt et
valde accommoda Cum enim
adsimus hominum causa fidei et cari-
tatis venerimus non decet ut tam
sanctum contenciosi opus vos a-
gatis / sed cum omni potius man-
suetudine et lenitate contencio ani-
mos irritat mentem perturbat et
odia accendit non possum pati in
domo mea et inter filios meos fieri
questiones pugnas quoque verborum Ex
his enim inquit apostolus ad Thimotheum
oriuntur invidie contenciones bla-
sphemie et suspiciones Et rursus
his qui sunt ex contencione et non
acquiescunt veritati ire indi-
gnaciones tribulaciones et angu-
stia Cum contenciosi et per contencionem
nichil tractare unquam consuevi
Ita de me inquit apostolus Si quis
autem videtur contenciosus esse
nos talem consuetudinem non habemus
neque ecclesia dei / sed nec per manem
gloriam in hoc sacro loco quicquam
agitetis Inanis gloria eciam bonis
operibus fermentum est insidiatrix

q3 virtutum et fructuum que bene
acquirerent prelatorum euacuet / In
nane est captare homi laudes
qui cum ante oculos Iudicent se
pe falluntur / momentanea est
ista gla expressa et cupiditate p
cedens Et quia vanus est con
stat esse vanam et vacuam mi
toque contempnendam / ex eo quod
vane est / que ergo sunt referte
potius / quinymmo satagite placē
patri vero celesti qui videt in ab
scondito / hoc est querere no ma
nem sed eternam glam / queque
facitis in glam dei facite nolite
fieri similes scribis et phariseis
qui ut inquit dns omnia sua fa
ciunt ut videantur ab hominibus
et vocentur rabi / Imitamini po
tius illa sancta quatuor animalia
Ezechielis habentia facies exce
las de sup hoc est cogitaciones
veras que significantur per pen
nas et actiones que significant
p facies ad deum semp referte
si quis inter vos sapiens esse
videtur non glorietur ut inquit Ie
remias in sapiencia sua / nec for
tis in fortitudine sua nec diues
in diuitijs sed in hoc glorietur sci
re et nosse me / quia ego sum
dominus verecundamini qui mater [illegible]
dum dissipat ossa eorum carnium
qui hominibus placent / absit
nobis gloriari nisi in cruce dni
nri ihu xpi Si gloriam vultis
in domino gloriamini et hec sit
gla vra / testimonium consciencie

vre / Sed mor gle vanus appetitus
in intelligendis scripturis sacris
sup modum ob est dum enim
humanis laudibus aucupandis
animus intentus est Primo sensus
insolitos / nouasque opiniones quas
deinde quas ipse ad inuenit / nimis
tenaciter defendit unde fit / unde
cum redigetur intellectum in cap
tiuitatem renuit / quod necesse est ante
aplum / aliter scripturas intelligat
quam spus afflagitet et dum de
singularitate sentencie glatur
semp nolens corrigere in er
rore pseuerat / et quia vana gla
est filia supbie / que non considerans
imbecillitatem ingenii humani ef
fert se supra se / et apostatare fa
cit homines a deo / sicut etiam multos
ex angelis Ideo confestim aplus
in remedium huius vicii subicit
humilitatis virtutem / Hortor ergo vos
filii mei / ut res vestras in humili
tate agatis / nichil dilectissimi
mei citius ad eandem unitatem
fidei et caritatem vos adicere
poterit quam humilitatis spus
nichil vos magis dirimet quam
supbie tumor / nam sicut nutrix
dilectionis est humilitas / ita nu
trix odii supbia / Si gratiam dei appe
titis humiles estote / quia deus
supbis resistit et humilibus dat
gratiam / et ne forsitan humilitat
p suasio grauius # [illegible] qua pre
dixit nichil p contentionem et inane
gloriam / sed in humilitate continuo

cuique videatur Beatus paulus ps q

subdit hoc enim sentite in vobis
quod in christo ihesu / qui cum in forma
dei esset non rapinam arbitratus
est esse se equalem deo / sed semet
ipsum exinanivit formam servi ac
cipiens. Quid maius humilitatis
excogitari aut cogitari potuisset
quam quod deus et creator omnium se com
minuerit et servilem condicionem ac
cepit. Quis tam elatus esse po
terit qui ista cogitans non com
pellatur fieri humilis. Huiusmodi com
mercio et servili forme accepcio
et si satis foret ad persuadendum
omne genus humilitatis que tamen
acta sunt sponsi mei minus sua
ue est recensere / ideo morem mau-
sicando gerite / nonne tota eius
vita summa redolet humilitatem
nascitur ex humillima virgine humili
nutricio commendatur in humili tu
gurio et inter humilia animalia
reponitur. Humiles piscatores
in discipulos elegit humiles par
vulos amplexatur predicando nichil
sibi attribuit / sed dicit sermonem quem
audistis non est meus. Et rursus do
ctrina mea non est mea / sed eius
qui misit me. Faciendo miracula
dicit discipulis videte nemini dixe
ritis visionem hanc / leproso mun
dato vide nemini dixeris. Abluit
in documentum humilitatis pedes
discipulorum / et ut impleat omnem
humilitatem permittit se a suo bap
tizari. Humiliter omnes audit
humiliter quoque respondet / certe resus

Latro quam humiliter passionem
et crucem tulerit. Hec forte pluri
bus lacrimarum me reliqua dicere
et vos audire impediat / deficeret
me quippe dies si omnia christi humi
litatis gesta et documentum re
ferre vellem. Quid ergo intumue
scis homo o pellis mortitua quid
tenderis o sanies fetida quid in
flaris. Princeps humilis et tu
superbus caput humile et mem
brum superbum / discite igitur a christo
quia mitis et humilis corde / sed
si vultis filioli mei in hoc scito
unitatis negocio quod tractari est
intrare contencionem et inanem
gloriam abicite et omnia in humilitate
agite / si vultis celeriter et sine
difficultate id ipsum fa[illegible]cere et
caritatem [illegible] mutu[illegible]m habere
Accipite hoc [illegible] salutare pre
ceptum quod [illegible] trado quo nichil
efficacius esse potest in omni contro
versia sedenda. Primo quidem. Iudex
petitus et qui non sit acceptor per
sonarum raram sine iudice litiga
ntes raro inter se convenire co
nvenerunt. Ecce huiusmodi vobis demo
nstro iudicem. Ipsa ego sum scita
dei eccla nunc ordo compromittite
in me eligite me iudicem et
arbitrum de sapiencia cui relin
quitur dubitandi locus cum sit
sanctus omnem me doceat veritatem
si evangelio quoque omnis sacra scriptura
a me fidei fidei autem susceperunt
si nichil catholicum dici potest quod per
me non per me non sunt approbatum

Si omnes doctores et magistri suas
suas me semper iudicio submise
runt dicentes non crederemus ex
cellentius nisi ecclesie auctoritas nos com
moneret. Cuius de ceteris ambigat
in singulis controversie diffiniende co
petens/ iudex ego sum de accepcione
personarum suspicatus est quemque
dicere cum leges humane prohibeant
patres a filiis in quorum parte constat
affectus iudicem recusari/ Cuius ma
ior honor vobis contingere potest
quam sponsa Christi/ et regina astans
a dextris eius videtur inter vos
Nunc maior certitudo veritatis qua
disciplina spiritus sancti sinceram premu
niat Nunc in quam fideliorem iu
dicem invenire poteritis quam
amanti ssimam matrem vestram
Nolite ergo disputando laborare
nec con tendo vos alter lacessere
quia vos multitudine laborum
oneratos tum diversorum magistrorum
suas in medium afferentes/ tum
intelligencias vestras humanis
inquisicionibus et subtilitatibus
defatigatos. Ecce in medio vestrum
adest magistra vestra cui spiritus divi
sensus misteria et archana aperit
scripturarum non michi opus
est iudicando ut legisperitos ad
vocem neque bibliotecas perscru
ter nullius hominis consilio opus
habeo/ cum consulit deus claritas
divina meam semper intellectum
illustret et agnus mecum ihesus
Christus ante me lucernam defe
rat ne errem ut paulo ante ex
apostolo Iohanne recitatum audistis
Et quia ego cum sim toto orbe ter
rarum diffusa/ in uno loco tota
esse non possum/ solebo pro necessita
tibus christiane religionis non numquam
aliquam urbem eligere insignem
ut ad eam ex omnibus finibus mee
dicionis Episcopos et sacerdotes ac ali
os levitici generis et quos voluero
quibus in spiritu sancto legittime co
gregatis ego ipsa representor et ibi
tribunal meum erigens/ quicquid
per huiusmodi congregacionem/ quam vocem
sinodum seu concilium generale vo
co/ iudicatum statutumque fuerit/
proinde gratum habeo/ ac si ego ipso
ore proprio iudicassem et statuissem
Ideoque ab omnibus iubeo sub anathe
mate ubique observari/ Hoc autem
tempore insinuans melius quam in hac
civitate Basiliensi synodum generalem
sinodum insinuare est posse indice
hunc ergo sacro concilio/ quod in spiritu
sancto legittime congregatum fateor
omnem meam auctoritatem potestatem quam in
Petro et ambas scientie et potestatis
claves celestis michi a domino tradi
tas veraciter consigno/ et quemque
in terris claudere et aperire solvere
et ligare voluerit iuxta pollici
tacionem Christi indubitanter clausum
et apertum solutum et ligatum
reputetur in celis. Itaque non aliter
nec minus reverenter hoc generalem
quam me ipsam existimare debetis

Quaobrem ut vera fidelis advoca-
ta vobis suadeo ac presertim mihi con-
silio ut sponsa xpi / et regina xpia-
ni populi impero / ut in omnibus vos-
ipsos huic sacro concilio penitus
committatis / et ab eius sanctionibus
nullatenus declinetis / si non nulli
aliquid de fide contendentes unum
vel duos aut paucos elegerunt
homines / quorum iudicio stare voluit /
quanto magis et vos hanc tam
celebrem ex toto xpiano populo col-
lectam sinodum pro dirimenda vestra
contencione in iudicem acceptare debetis
deus in veteri testamento populo
suo mandavit dicens / si difficile et
ambiguum apud te iudicium pro-
speceris inter sanguinem et sangui-
nem inter causam et causam inter
lepram et lepram et iudicium inter
portas tuas videris verba variari sur-
ge et ascende ad locum quem ele-
git dominus deus tuus veniesque ad
sacerdotes levitici generis / et ad iudicem
qui fuit in illo tempore querisque sententiam
eorum non declinabis ad dexteram
vel sinistram / sed ad hoc generale con-
cilium locus est quem elegit dominus
in quo sponsa sua suum tribunale
erexit / et qui hodie in eo congregantur
in locum sacerdotum levitici generis
successerunt immo et plusquam levite
sunt / maiorem quia procul dubio
sciencie copias quam copiam a domino
receperunt utique tunc illi umbre
ministri fuerint hii vero sunt veritatis

Illi sanguinis et carnis iudices
hii autem spiritus et anime merito
ergo ad unum huius concilii verbum omne
negocium pendeat et quicquid
sententia aut approbando iudicaverit id sine
hesitacione sanctum approbando re-
habetote / ne veniat super vos iudi-
cium mortis quod inobedientibus
comminatur dicens dominus In hoc ap-
parebit humilitas et obediencia vestra
Si quemadmodum xpus venit
facere voluntatem patris / ita et
vos veneritis facere voluntatem
meis acquiescite tandem obsecro
monicionibus meis neque imitamini
prudencie vestre accipite missa dei
et meo in iudicio hanc sanctam
sinodum decenter congregatam quilibet
esse potest qui eius iudicio stare
voluit pollicetur vobis quod non aliter
iudicabit quam spiritus sanctus dux et
rector illius dictaverit ipse asta-
bit medius iudex et arbiter per-
fecte illuminaturus corda omnium
ut viam ambulent veritatis
et pacis / sed ut spiritus paraclitus in
cordibus vestris efficacius habitet
et quam sepe et caute caritatem
vobis largiri dignetur / cui hucusque
minimum et iniustorum semper
de peccatis placuit / estis in oracione
perseverantes et tam diu ac tam
ferventer suam pietatem ieiu-
niis gemitibus observacionibus
ac sanctis operibus interpellabitis
usque quo ipse veritatis doctor et

et caritatis auctor corda vniuersi
populi per sanctam huius sacri conci
lii illustrabit ad cognoscendam con
templandam que virtutis et vnitatis
semitam hora cogit ut iam finem
dicendi faciam Audistis ergo dile
ctissimi mei consilia et precepta ma
gna et utilia sunt ostendi tandem
viam qua hoc facilime occurri pos
sit Apprehendite queso illam qua certe
nulla salubrior inveniri potest monet
vos honor dei qui supra modum
ex vestra dissensione leditur fides enim
catholica ab infidelibus blasphemata
inhonoratur et irridetur nec vim
esse credunt / qua per tot sectas homines
inde lacerari inspiciunt / monet
vos honor matris vestre quam hostes
christiani nominis propter dissidia vestra
vbique contempnunt Monet vos acer
bissime lacrime quas pro vobis cot
tidie fundo et assiduus dolor qui
me per vestra discordia contruciat ve
dicere illud possum quod scribitur
in canticis percusserunt me et vul
neraverunt me / tulerunt michi pa
llium meum custodes murorum
nisi velitis ab omni humanitatis
et gratitudinis vestigio deviare
Miserari vos decet tot erumpna
rum et calamitatum mearum
Dilatate cum possitis filii lacrimas
sanate vulnera restituite michi
pallium meum quod abstulerunt
michi custodes murorum ydola
tre videlicet et gentiles et qui in re
bus mortuis huius seculi spem
ponunt Induite me vestem de

auratam circumdatam varietate
deauratam quidem caritate mem
brorum variatam aut copiosa
filiorum multitudine / Sed publica vos
monere debet calamitas circumspi
cite undique / quo plebs christiana
a turcis sarracenis Tartharis
ac barbaris conculcatur et devo
ratur Cur non compatimini tot
milibus fratrum vestrorum qui singu
lis annis indignissimam infidelium
servitutem rediguntur O si audiret
tum raptores predam dividunt
christianorum quanta sunt illa lamenta
ac suspiria cum vxor cedit in
sortem viri / vir alteri vir pater
alteri filius viri frater alii alius
quanti sunt illi gemitus quanti que
singultus filiorum meorum mise
rabilium cum invicem disiungun
tur numquam se amplius visuri Omnis
nunc vestrum abstinere posset a la
crimis desinentis nunc forsitan a
bellis invicem decertare / Sed quod la
crimabilius est / quam multi ex hijs
qui captivi ducuntur non valen
tes tam duram ferre servitutem fidem
catholicam abnegant et ad nepha
ndam machometi sectam pervertuntur
Quid deinde regna provincias vrbes
oppida cottidie capiunt et debellant
depopulantur iam vos pene ad
angulum occidentis redduxerunt
modicum restat ut tandem de
finibus terre vos eiciant / Heu in
cum tantam matris vestre fratrum que ve
strorum afflictionem non recogitatis
Cur ista audientes in vos ipsos

bellum tam crudele committitis et cri-
stianum ac suum sanguinem sine ulla
una gravius effunditis horum omnium
calamitatum dissidia christianorum
sunt causa / si idem saperent / eandem
que caritatem haberent huiusmodi per-
secucio mox finem acciperet. Neque enim
ullo pacto ferre possent adversarios
nostros sanctuarium domini polluere
et in populum catholicum amplius
desevire / immo que infideles nunc
catholicis faciunt facere possent hec
eadem catholici infidelibus. Revocat
denique vos regni Bohemie ac regionum
finitimarum miseranda calamitas
quanta in hiis partibus sanguinis christiani
effusio / quot strages / cedes / conflictus
bella / rapine / incendia / depredacio-
nes depopulaciones / civitatumque in personis
et rebus desolacio / ex hoc recenti
dissidio / nam dudum secuta sunt se-
quique verisimiliter formidari in diebus
nisi vera unitas inter vos fiat
pro dolor et toti orbi plusquam ma-
nifestum est. Profecto lacrimandum po-
tius super hoc quam loquendum foret
vix inter christianos alicuius scissure
memoria est. Cum ecclesia dei tanta
iactura oppressa sit et tanto cruore
respersa / sed si meo acquieveritis consilio
quemadmodum spero idipsum sapien-
tes et mutuam caritatem habentes hec
omnia repente cessabunt / oriretur
sol super vos quietis et tranquillitatis
orietur. Reflorebit in pace ut ca-
tholicus populus christianus orbis totus
renovari videbitur. Implebitis

celum terramque angelos et homines
inenarrabili leticia iubilo et ex-
ultacione. Tanto deinde inter vos
benivolencie nexu coniungemini quod pre-
teritorum penitus obliviscentes vos
ipsos sicut fratres amabitis et invicem
pro amore certantes alter alterum
caritate superare studebitis / Benedicetis
semper diem istum et innumeras
deo omnipotenti gracias referetis qui in
eadem vos unitate et caritate co-
niunxit. Quod plura succedent tandem
vobis quemadmodum successit et
christo. Quoniam in humana condicione
capere ut [illegible] cum beatus paulus
[illegible] commemorat quod christus ex-
inanivit se formam servi accipiens
humiliavitque se factus obediens
usque ad mortem. In premium huius
humiliacionis et obediencie subdit
propter quod et exaltavit illum deus
et dedit illi nomen quod est super omne
nomen et in nomine ihesu omne
genu flectatur celestium terrestrium
et infernorum et omnis lingua
confiteatur quia dominus christus in
gloria est dei patris / sic si quemadmodum vos
humiliaveritis et obedientes fueritis
exaltabit vos deus super terram et
magnificabit super filios hominum et
dabit vobis nomen quod est super
omne nomen hoc est nomen regni
christianum quo nullum inter gentes
est gloriosius. Erit enim digne christiani
civitatis et vocabimini nam hoc no-
men nisi caritatem habentibus non
recte congruit atque in hoc vestra

xpianitatis nomine / si vero xpiani
fuit id est spiritualem caritatis unitatem
habuitis omne genu flectatur ipsam
inferi videntes vos eadem fide
et caritate unitos vobis subicientur
et tamquam victi et genu flexi vos
contremiscentes nichil adversus vos
prevalere poterunt homines vos vene
rabuntur et in omni xpiano popu
lo si unanimes fuit totus orbis
quasi genu flexus fuit coget
Angeli vero et cives celestes genua
caritatis flectentes vos honori
ficabunt et una vobiscum genu
flexi putabunt vos cum iubilo
coram ihesu xpisto sponso meo ut
in terra beatitudine unitatis et
regnetis cum xpisto Nunc omnis
lingwas confitebitur quia meus po
pulus catholicus in gloria est dei patris
Ad quam gloriam ipse ihesus xpistus
nos omnes et alios filios meos
ubique constitutos perducere dignetur
Qui vivit cum deo patre et spiritu
sancto in secula seculorum Amen

Ecce nunc tempus acceptabile
ecce nunc dies salutis nemi
dantes ullam offensionem ut non
vituperetur ministerium vestrum Verba
tata fuere hec Verba sunt dicte
in epistola hodierne ecclesie nec militat
cordinum illustris dux clarissimi
antistites variarum ecclesiarum prelati
iuris divini et humani doctores
doctissimi ceterique astantes eru
ditissimi et in xpisto fratres dilectissimi
Cogeret amplissimus cetus vester
in primo dicendorum alloquio orationem
ornate compositam et maxime dige
stam que cunctis vestram dignitatem
prudenciam sapienciam eloquenciam atque
alias venustates et dotes summas
in medium adduceret et rem ipsam
pyssimam deo gratissimam et ho
minibus salutiferam de qua paulo post
dicturus sum perornaret / Sed tria sunt
patres reverendissimi que me ut plano
eloquencie pertinere levi atque plano stilo
agerem non modo persuaserunt sed ve
hementer impulerunt Illud quidem
in primis est quod iuventutis mee flo
rem non in hoc dicendi genere sed in
aliis sacris scilicet veritatem pietatem
humanarum divinarum atque rerum
noticiam continentibus fere consumpsi
et rethorice eloquencie flore flemo
teste uberrimo nec imperatores
nec medici nec denique oratores
quibus artis precepta preceperunt
quemquam magna laude dignum sunt
usu et exercitacione consequi puto / si
lencium aut imperito eloquio ob
prelatis atque mores non immerito pre
tulerunt rursus quia apud per
sonas vestras amplissimas propheticum
oraculum illud adimpletum fore
intueor labia sacerdotis custodiunt
sapienciam et legem exquirunt ex
ore eius Quum enim vos patres
omnes dilectissimi disciplina sacra
et eloquencia refulgentes videam
quid etiam ipsam viris amplissimis
indignis referendam verbis ex
ornabo quid apud vos doctissimos
persuasione atque rethorice artibus le
pore opus est cum vos omnes

ingratus in hac re conspiciar. Ad
nam a me aut eo positum inge-
nium aut eloquentiam lautum e-
manare poterit quod viris acutissimis
ingeniis non videatur incultum
atque per facile amplius inficia eum-
dem ipsam illico subiciendam ve-
ritatis intore sub missam videam
datus non sum eam ipsam veritatem
lenocinio indigere. Demon michi
testis locupletissimus est. Argumentis
enim supervacuis laborare impedis
qui solem certat facibus adiuuare
cum gratie plenitudo additionem non in-
diget nec ulla requirit commendacio-
argumenta. Dimissa igitur pene omnia
verborum ad alia atque ad hoc ornatissi-
mum dominacionum dulciter atque gra-
tissime paternitates vestre reuerendi-
ssime se duxere ostendas illius cu-
nctarum opificis pollicitacione
fretus qui per vatem suum inquit
Dilata os tuum et ego adimplebo
illud. Denique per alium: Clama
ne cesses, exalta quasi tuba vo-
cem tuam. Omnibus fere in xpo
credentibus, patres Reverendi, admo-
dum atque scandalum inter sanctis-
simum in xpo patrem et dominum dominum
Eugenium divina providencia
summum antistitem quartum et con-
in profundum inferni demersit propter
Prov. vii de eodem vie inferi
domus eius penetrantis in in
feriora mortis. Rex quod i. est cum
concilium sedens in solio iudicii
debet quantum poterit omne ma
lum dissipare ut supremo regi
possit legittimam racionem red
dere :

Deinde de quibus racio exigenda
et reddenda est finaliter videamus.
Et sciendum quod dicit mysterium primo
in animabus regimen prelatorum
rectorum commissis. Secundo de bo
nis quibuscumque a deo receptis.
Tercio de adversis bellis et dissensi
onibus invicem habitis. Quarto de
tempore indulto et operibus et in
eodem factis. Primo igitur prelati
et curam habent reddere de animabus
ad regendum sibi commissis racio
ne aliqua sub manibus pereat
hec. Ipsi enim pervigilant tamquam
de animabus vestris racionem red
dituri. Quam periculosa con
ministracionis dispensacio et racio
reddicio ubi fit cottidie perunt
Sic enim quis sanctus vivo non
sufficit pro se racionem reddere
quasi si nobilem inquit Iob ix

Cherium contendere no responde
bo unu pro mille annos et de
aliis racom redderet quorum
cum curam et custodiam quibus pa
stor sub periculo anime sue su
mit Juxta illud Regum xx Cu
stodi virum istum si eum lapsus
fuit erit anima tua pro anima
ipsius Et eze iii Sanguinem eius
de manu tua requiram / si hec
attente cogitaremus no adeo pi
culosissimum statutum prelacionis
es usque ad lites et effusionem
sanguinis affectaremus cuius peri
culum si quis velit evadere et
debitam racom reddere tria scie
debet et si omnio necia fore primo
necia est bona vita exempla
ris et imitabilis Jere .l. pre
latis dicitur Estote quasi edi
ante gregem nam grex perditus
est populus meus quia pasto
res eorum seduxerunt eos Greg
in pastorali Scire inquit debent
prelati quia si perversa umquam perpetrant
tot mortibus digni sunt quot ad sub
ditos suos exemplo transmittunt
Et quis scit utrum vita sua digna
sit imitacione eterna pro vita eter
na consequenda Secundo necia doctrina
sapientie salutaris Math dicit ait
xv Ceci si ceco ceco ducatum
prebeat ambo in foveam cadunt
Quid enim est prelatus ignarus
ut ait Bernardus nisi asinus mitratus
et ydolum in cathedra / Zach xi
pastor et ydolum Et hic passim

ecclesia dei contra canonum statu
ta reples quos facient quod ait pe
i pe iii parati ad satisfaccionem omni
poscenti racionem reddere de ea que
in vobis est fide et spe Cum tamen
ad eos specialissime certum sit
hoc pertinere Tercio zelus cor
reccionis viciorum lxxxvi dis
facientis procul dubio culpam qui
quod potest corrigere negligit emendare
scriptum quippe est Ro i Non
solum qui faciunt sed et qui fa
cientibus consentiunt digni sunt
morte Error autem cui no re
sistitur approbatur inferiorum
ergo culpe ad nullam magis
refende sunt quam ad desides ne
gligentes que rectores qui multa
sepe nutriunt pestilenciam dum
austeriorem dissimilant adhi
bere medicinam hoc loco Ephesios
vii et cetera Epius Cum cima
no corrigit crimus impudicus
magis dicendus est quia Epius
ii q iii c qui videat ergo unus
quisque quid in hiis agat et
racionem se redditurum certissime
sciat luce xvi Redde racionem
villicacionis tue Secundo
reddenda est racio de bonis que
cumque a deo collatis et recepti
et ad hoc est parabola Math de
talentis Math xxv Per que cumque
bona spiritualia vel corporalia de
signantur pro quorum recepcione
et usus exercitacionem venit dominus

et ponit racionem cum recipien
tibus distinccionis qualiter quisque
predictis fuit usus Qui enim illa
ad lucrum spirituale et celestem
gloriam per opera pietatis conqui
rendam expenderit auditurus
est Euge serue bone et fidelis
intra in gaudium domini tui propter
hoc prudenter statutum ut ele
mosinas de illis talibus cum
hostijs promerentur deus he.
Qui autem talentum absconderit
in terra i. qui bonum quodcumque
a deo receptum ad eternam gloriam
conquirendam uel delicias cor
poris saciandas expenderit uel
irracionabili timore quasi de
deo diffidens superflue reseruando
non erogauit ut pater de quo
supra auditurus est et in se
ipso experturus serue male et
pigritatis inutilem proicite eum
in tenebras exteriores ibi erit
fletus et stridor dencium Et po
tissime clerici uniuersique ecclesiastici
de bonis crucifixi minime debent
superbire uel gloriosiores de hijs
mundo apparere quibus consta
re debet distinccionem racionem tamquam
de alieno reddendam forte xii q.
i. Res ecclesie non quasi proprie sed
ut commendate et domino oblate cum
summo timore fideliter sunt dis
pensande et hoc contra boemos
qui dicunt ecclesiam nichil posside
debere Usus enim solus nobis datur
Christo uel ecclesie sed in quantum ex
nos honeste uiuere uel uideri
ceteris apparere Sed uidete ca
rissimi ne dum honestatem temporalem
querimus honoris iacturam preciosi
incurramus et in illam diuinam
diuine comminacionem incidamus sicut
Amos vi. Ve qui opulenti estis in
syon i. in ecclesia optimates capi
ta populorum ingredientes pom
patice domum israel uidete in eum
archa magnam i. considerate lai
cos si latiores sint eorum fuerint
uestro Ecce in uestibus et orna
mentis ut de ceteris taceam sta
tuta canonica transgredimur
coloribus prohibitis et scissuris
ceterisque superfluis ornatibus
utimur Rogo quid prodest sta
tuta noua condere si uideatur
pro summo sancta spernere aut quo
reformatus alios irreformari
mone dicteret nobis medice cura
teipsum Non sic Christus non sic
apostoli non sic in primitiua ecclesia
ambulauerunt sicut nos Et tamen
qui dicit Christo esse debet sicut
ipse ambulauit et ipse ambu
lare i. Joh ii. Unusquisque ergo
redeat ad se ipsum et de hijs om
nibus racionem reddere quia quod
bonorum suorum fecit largi
cionem ponet et cum recipien
tibus racionem Tercio redden
da est racio de odijs et dissencionibus.

dissordisset in vicem habitus et ad
hoc est parabola evangelii
presentis de quo thoma ¶ Cum cepe
pisset inquit rex omnem racionem po
nere i. actus et merita singulorum
districte examinare oblatus est
unus qui debebat decem milia
talenta i. quilibet peccator qui trans
gressus est de decalogi mandata
¶ Cum autem non haberet unde redderet
i. cum nullus de quolibet peccato peccato
mortali per se regere aut satisfa
cere posset iussit eum dominus
venundari i. permisit eum spiri
tuum in mundorum seruum fieri
nam a quo quis superatus est
huic et seruus adductus est ii
pe ii et uxorem eius i. graciam
ex qua male filii oriuntur et
filias eius et mala opera et omnia
que habebat et reddi i. penam
luendo pati. Nam ut ait crisostomus
primum huius venditi supplicium
intellige dampnati perdens autem
seruus ille i. timore actus quomodo
peccator ob metum Jehenne roga
bat dicens pacienciam habe in
me et omnia reddam tibi i. da
michi tempus dilacionis et exhibebo
tibi commissorum satisfaccionem ¶ Miser
tus autem dominus serui illius i.
cuiuslibet contriti peccatoris dimisit
eum a peccato soluendo et de
bitum dimisit ei reatum pene
eterne gratis reformando ¶
magna dei bonitas que semper
habundancius consueuit dare quam

supplicamus rogare ecce petebat
solam temporis dilacionem et ligari
dignus est totius debiti remissionem
sed quia conseruus suus misereri
noluit i. displicenciam sibi ab ali
quo factam sine vindicte odio di
mittere noluit ¶ Remedium domini
gratis donante replicando censuit
quia propter odium fratris racionem eter
nam habet dampnacionem et iudicium
sine misericordia fiet et ei qui non fecerit
misericordiam Ja. ii. Valde itaque periculo
se sunt dissenciones bella et odia
¶ Ea propter ad hoc compendium
debent laborare debent sancti ro
tiha vii xi di. Ex concilio aga
tensi placuit inquit ut quicumque
odio aut longinqua inter se dis
senserint et ad pacem reuocare
diuturna obstinacione nequiuerit
a sacerdotibus primitus arguantur
qui inimicicias deponere perniciosa
intencione noluerint de ecclesie cetu
iustissima excracione pellantur ∵
unusquisque igitur ad seipsum redeat
et qualiter de hoc apud se agatur
tenas nam si habuit erga quemquam
rancorem sciat procerto reddendum
se fore racionem ¶ Quarto et ultimo
de tempore reddenda est racio qualiter
occupatum sit bono opere non ocio
nam ut ait Bernardus sicut non perit
capillus de capite Christi resistere
sic nec momentum de tempore quod
de eo racio reddatur huic est
illud Mt xii. dico enim vobis
inquit dominus quod de verbo omni

ociosa ad homines locuti fuerint
reddent racionem de eo in die iudi
cii Quid igitur dicemus de viris
ecclesiasticis qui dies noctesque ocio
sas ducunt et pacca pauciu cru
cifixi preta et populi ociosi come
dunt et dum quinque vel sex pu
eri sunt in choro cantantes per
agrant ecclesiam vel foras ocio
se vagantes quod qualiter in
alio simili concilio generali ani
maduersum fuit per Innocencium
tercium patet extra de cele. in c
dolentes inquit referimus quod non
solum quidam minores clerici verum
etiam aliqui ecclesiarum prelati
circa comessaciones superfluas et
confabulaciones illicitas ut de
aliis taceamus fere medietatem
noctis expendunt et sompno
residuum relinquentes vix ad di
urnum concentum avium surgunt
transcurrentes undique continua
sincopa matutinum Sunt et alii
qui missarum solempnia vix ce
lebrant quater in anno et quod
deterius est interesse contempnunt
et si quando dum hec celebrantur
intersunt chori silencium fugie
ntes intendunt exterius collocu
laicorum hec et similia sub
sancte obediencie et sub pena sus
pensionis inhibemus videat ergo
quisque qualiter tempus expendat
et de eo se redditurum esse racionem
sciat ti. c. i. Vocauit aduersum

me tempus Rogemus igitur omnes
spiritum sanctum presidentem
directorem et sanctorum conciliorum
cuius actus nobis sit dignetur dirigere
ut et de nobis et de aliis bonam
sibi racionem valeamus reddere
et in futuro sanctis et iustis con
regnare A — M — E — N

Tractatus brevis de ptate Generalium Conciliorum

In nomine domini nostri ihu xpi Amen Sacrosancte generali
Synodo Basilien in spu sancto legittime congregate vlem
ecclesiam representanti vester devotus humilis Johannes patriarcha
Antiochenus seipsum ad vestrorum devotissimorum operum effica-
ciam cumulatum cum omni devotione reverentia et honore obse-
quialem Cum nonnulli os suum aperientes in celum ptatem
romani pontificis supra ptatem sacrorum generalium conciliorum
contra Juris divini et humani veritatem a sanctis patribus
alias declaratam exaltare nitimitur Et ob hoc quod dominus Eugenius
papa quartus vestram sacratissimam Synodum ad extirpationem
heresium reformationem ecclesie in capite et in membris ac pacem in
populo xpiano procurandam legittime congregatam sine con-
sensu ipsius sacrosancte Synodi dissolvere potuerit asserere publice
non verentur Ego honorem ipsius sacre synodi procurare ac illius
decreta defendere mea mente astrictus ne errori huiusmodi si ei non con
tradicerem assentire viderer opusculum presens per me contra
errorem huiusmodi compositum sanctitati vestre cum humilitate dixi
putandum corrigendum emendandum et si necesse fuit cassandum
non intendens tenere tunc contenta in eo aliud quam id quod tenet
sacrosancta mater ecclesia catholica et vestra sacra synodus illam re-
presentans Et licet teste Jeronimo sciam quod qui scribit multos sumit
Judices nec ignorem in scripturis reprehensibile esse omne nimis
sive sit longitudo sive brevitati connexum cum primum sensus
legencium oneret et secundum presidat studiorum desiderium
ut ait Jeronimus super Jeremiam li ij in principio Tamen et hoc
scio ipso testante super Johelem v° quod oris expressio est in dei non hominis
ptate per quod censeat me plus non potuisse quam ingenioli a deo
largitati paterentur angustie ut et Jeronimus asserit sup michaam
v° quibus attentis supplico ut circa huius opusculi defectus sanctitas
vestra me dignetur habere supportatum

Ad ostendendum quod concilium generale in spu sancto legittime
congregatum sit supra papam ex eo quod vlem ecclesiam repre-
sentat et consequenter quod papa illud dissolvere non possit sine
consensu ipsius concilii possunt considerari consequentia Et primo
quod vna est fidelium vlis ecclesia extra quam homo nullus salvatur
in qua non papa sed xpus est sacerdos et sacrificium teste Innoc

in .i. c. de sum. tri. et fide catho. Unde inquantum papa aut alius qui-
cumque non salvatur eo ecclesiam universalem patet quod ecclesia universalis est maior
et dignior papa et quocumque alio membro ipsius ecclesie et per quos
supra papam arguendo a dignitate salvatoris ad dignitatem infe-
riorem salvati sicut argui potest a dignitate creationis ad dignitatem
creature que minor est dignitate ipsius creatoris ad cuius finem sine
robur diffinit sacrum concilium affricanum quod prime sedis episcopus
non appelletur summus sacerdos nec princeps sacerdotum ut habetur in
c. prime sedis xcix di. […] de re. Gregorius Eulogio patriarche Ale-
xandrie in c. ecce e. di. sic scribebat Ecce in prefacione epistole quam
ad me ipsum qui prohibui direxistis superbe appellacionis verbum universalem
me papam dicens imprimere curavistis quod peto michi dulcissima
sanctitas vestra ultra non faciat quia nobis subtrahitur quod alteri
plus quam racio exigit prebetur Et sequitur ibidem paulo plus
Si universalem me papam vestra sanctitas dicat negat se hoc esse quod me
fatetur universum sed absit hoc et glo. ibi verba illa negat se hoc
esse exponit idest de universitate esse Cum tamen ecclesia romana
non sit universa sed sit de universitate Gelasius quoque in c. quamvis
xxi di. ad propositum dicebat quod quamvis universe ecclesie xpi tha-
lamus sint Romana ceteris prelata est quasi dicat quod licet universe
ecclesie includendo Romanam sint thalamus xpi Et sic ecclesia universalis
romana prelata est ceteris sed non xpi thalamo qui est ecclesia universalis
et quod dictum est de ecclesia universali dici potest et debet de concilio generali
in spiritu sancto legittime congregato ecclesiam universalem representante at-
tento quod honor et reverencia qui debentur representato debentur repre-
sentanti illius vices regenti c. si xciii di. ubi dicitur quod diaconus
ante presbiterum sedere non debet nisi locum habuit proprii pa-
triarche aut metropolitani sui Et concordat c. primo xciii di. ibidem
dicebat Simachus papa et ubi nos presentes esse non possumus nostra
per eum cui precipimus representetur auctoritas facit c. Sane quia de
de offi. leg. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio Et si pretore.
et c. Innono xxi di. Et quod concilium generale representet universalem ecclesiam
patet in decreto generalis concilii Constanciensis infra inserto Et per
quod apostoli usum generalium conciliorum invenerint ut per illa
concilia fierent vice et nomine ecclesie universalis illa non congregata
que per eam fieri possent ipsa congregata videlicet per actus apostolorum
actuum i. vi. et viii. et xv. Secundo hoc patet quia cum Petrus apostolus
primus papa per xpm appropinquante tempore sue passionis sibi elegit
in sede apostolica successorem Clementem Concilium generale apostolorum

ecclesiam vlerius reputans / considerans hoc ad bonam policiam ecclesie
non convenire electionem per petrum de persona clementis factam
per modum reformacionis reprobavit et linum / et post ea electum
petri successores in administracione papatus ordinavit ut in cronicis
clementis et aliorum predictorum / hoc quod ecclesia universalis approbavit
et tolleravit / quod non fecisset si concilium generale non esset supra
papam nec obstat c. Si petrus viii q. 1 / quia vera illius textus
intellecta cum glo. non faciunt contra / nec obstat quod ibi dicat glo.
de clemente quod renunciavit / quia ideo renunciavit quia concilium ge-
nerale apostolorum electionem per petrum factam tanquam non con-
venientem statui ecclesie non reprobavit / et deinde linum et cletum
ordine successivo in romanos pontifices elegit / quod non fecisset si
supra petrum potestatem non habuisset Considerato quod si non habuisset
potestatem eligendi linum nec quater cletum / nec obstat quod aliqui di-
cunt in dicto c. Si petrus quod ecclesia tunc non erat congregata / quia
licet tunc publice non congregaretur propter metum infidelium secre-
te tamen congregabatur ut in epistola in qua dicitur quod oracio fiebat
sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo actuum xii. et facit premissa
sentencia quod quando samaria recepit verbum dei actuum viii Concilium generale
apostolorum misit ad eos petrum et Johannem. In quo denotatur
quod concilium generale apostolorum erat supra petrum arguendo a
maioritate mittentis ad minoritatem missi de quo habetur luce vii. ubi
dominus dicitur nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens
sub me milites et dico huic vade et vadit et alio veni et venit
et servo meo fac hoc et facit Et ad hoc facit causa sentencia magistri sententiarum
in primo di. xi. et xv. ubi dicit in mittente notari auctoritatem et
in misso subauctoritatem nec obstat quod aliqui dicunt petrum ibi mis-
sum potius concilio quam auctoritate quo insistunt petrus non fuit
missus solus / non fundatur illorum intencio et communis sentencia theo-
logorum est contra eos in hoc passu Tercio hoc eciam probatur
per ambrosium in c. quia dignior xxiii q. 1 ibidem dicebat quod non est
dignior domus apostolice predicacionis ingressu quam sancta ecclesia / igitur
ecclesia est dignior / et quia maior ipsa et quorumcumque alio ut sonat illud
verbum dignior Quarto hoc est probatur / quia ipsa est mater christi et ecclesia
sponsa sua ut patet per augustinum in c. omnes xxiiii q. 1 ibi dominus dicebat
quod quando christus petro tradidit claves / petrus ecclesiam sanctam significavit
quod verbum exponit ibi archidiaconus in Rosario. sic dicens significavit i. sub si-
gno et nomine ecclesie accepit verbum inquantum petrus claves recepit
et ministerium christi et ecclesie et sub signo et nomine ecclesie patet quod ecclesia
ut domina maior petro / ut ministro suo cum Jura vulgata dicencia

dnum maiorem esse ministro suo / hocque christus attestatur dum dicebat illum qui recumbebat esse maiorem eo qui ministrabat Luce xxii
Et cum quod ecclesia est domina recumbens / et papa est eius minister sequitur quod quando papa male ministrat in offensam christi et ecclesie sue sponse / etiam tanquam domina maior ministro suo illum compescere potest et per modum reformationis corrigere et punire iuxta iura dicentia / maiorem ministrum inferiorem qui male agit corrigere posse et punire Et maxime quia potestas data sunt petro ad edificationem et non ad dissipationem c. renunciatur xxiii q. v. cum ibi notatis per archi. in rosar. Ibi dum dicit quod illa verba quodcumque ligaveris quod ponuntur frequenter sic scilicet nisi clave non errante Et quia ecclesia claves a christo recepit ac potestatem solvendi et ligandi patet iuxta Jeronimum in c. omnibus xxiii q. 1. Item pro hac parte facit sanctus greg. in c. sic sancti xv. di. ubi dicit venerari illa sacra concilia generalia sicut evangelium quia dum ubi sunt consensu constituta sunt et non illa destruit quibuscumque presumit absolvere quos ligant aut religare quos absolverit Item facit etiam c. Si duo contra fas lxxix di. ubi patet quod si sint duo contendentes de papatu diffinitio pertinebit ad concilium generale iuxta glo. ibidem Et hoc etiam apparet textus cum dicat quod si duo contra fas fuerint electi nullus eorum debet recipi sed ille quem universalis consensus elegerit Item ad hoc propositum dicit in c. primo de renunc. li. vi. in novella quod si papa in consistorio secreto coram card. renunciat papatui sine presentia aliorum testium et postea dicat non renunciasse concilium generale erit index quod non esset si non esset supra papam Item not. glo. in c. Si papa xl. di. quod nec dum in casu heresis sed etiam in quo cum alio casu in quo papa committit excessum ecclesiam scandalisantem si sit incorrigibilis potest accusari et puniri quod est intelligendum per concilium generale iuxta iam dicta supra Item quod concilium generale sit supra papam patet quia papa peccare potest xxi di. nunc autem ecclesia aut universalis per concilium representata peccare non potest ut in c. a recta xxiiii q. 1. cum ibi notatis per glo. et doc. ut notat host. et Jo. an. in c. a nobis in magno de sen. excom. super verbo ecclesie Et illud quod dicitur de ecclesia ubi dici debet de concilio generali illam representante arguendo a natura seu qualitate representatis et representati de qua in precedentibus dictum est
Preterea hoc etiam probatur arguendo de absurditate vitanda et per exemplum similitudinis qua christus utebatur inter suos discipulos dicendo similitudinem hanc Veniat igitur primo argumentum ab absurditate vitanda / et ponamus quod aliquis papa per sua

dissiparet qualem statum ecclesie et ipsam ecclesiam in populum xpi-
anum notorie scandalizaret / si dicamus concilium generale non habere
potestatem compescendi eum / esset in potestate unius hominis destruere ec-
clesiam sine remedio quod esset absurdum Sed quo ad com simi
litudinis ponamus quod aliquis dominus rex volens ire ad sanctum
sepulcrum dat potestatem gubernandi regnum in eius absencia
domine regine sponse sue / addiciens quod quia non convenit honestati
sue muliebri discurrere per regnum cottidie cum casus necessitatis oc
currerit ordinavit sibi unum ministrum / qualem qui nomine
ipsius regis et dicte regine habeat potestatem gubernandi dictum regnum
quo facto vadit rex ad viagium suum / deinde iste gubernat in absen-
cia regis ita male iniusticiam et fraud regis quod cedit in scandalum
ac preiudicium seu offensam regis et regine ac tocius regni / et
non est in regno qui sibi dicere possit / tu male facis Queritur utrum
regina isto casu poterit uti ista causa sibi data a rege et illum co-
pescere et punire et de alio bono gubernatore providere usque ad
regressum regis / videtur quod non / quia licet rex dederit potestatem
predictam regine / nichilominus dedit potestatem dicto gubernatori gu-
bernandi regnum ut non oporteret reginam discurrere per regnum
et sic videtur voluisse quod gubernator exerceret execucio dicte potestatis
et non regina Contrarium tamen est de veritate Juris dicendum
ad evitandum absurditatem que ex contrario sequitur et ex quia
non est verisimile regem regnum suum in tali casu sine remedio vo-
luisse dimittere / et in tali casu debemus in dubio amplecti id quod est
verisimilius reg. inspicimus de re. Jur. li. vi. cum aliis concor.
ad hoc vulgatis et ita videmus in simili quod cum xpus dedit claves
petro et verisimile quod sub nomine petri intellexit successores / licet
de illis in dacione clavium nullam mencionem fecerit / quia non est
verisimile / quod mortuo petro xpus voluerit ecclesiam esse sine petri
successore / ut in ca. que habetur in c. humani de elec. li. vi. cum ibi no
tatur per Jo. an. in glo. super verbo deserit / que pro tanto potest ad pro
positum applicari / quod cum xpus ascensurus ad celos dedit potestatem
petro et successoribus ut ministris eius et ecclesie sponse sue non est
verisimile intellexisse quod in casu in quo aliquis ex successoribus petri
male regendo scandalizaret ecclesiam suam / ipsa non deberet uti
potestate clavium contra talem sed sine remedio ruinam fidei catho
lice et bone pollicie ipsius ecclesie habere tollerare quod esset absurdum
Et arguendo ab evitacione absurdi et a simili est concludere ecclesiam
in tali casu contra papam potestatem habere Et pro ista parte facit
decretum generalis concilii Constancien. tenore qui sequitur in nomine

sancte et individue trinitatis p. et fi. et s. s. Hec sancta sinodus con-
stancien generale concilium faciens pro extirpacione scismatis et
unionis reformacionis ecclesie dei in capite et in membris fienda
ad laudem etc Et primo declarat quod ipsa in spiritu sancto legittime cong
regata generale concilium faciens et ecclesiam catholicam repre
sentans potestatem a xpo immediate habet cui quilibet cuiuscumque status vel
dignitatis etc si papalis existat obedire tenetur in hiis que pertinent
ad fidem et extirpacionem dicti scismatis et reformacionem dicte ecclesie
in capite et in membris Item declarat quod quicumque cuiuscumque condi
cionis status dignitatis etc si papalis existat qui mandatis statutis
ordinacionibus seu preceptis huius sacre sinodi et cuiuscumque alterius
concilii generalis legittime congregati super premissis seu ad ea perti
nentibus factis vel faciendis obedire contumaciter presumpserit nisi re-
sipuerit condigne pene subiciatur et debite puniatur etc ad alia iuris
subsidia si opus fuerit recurrendo

Nunc autem restat respondere ad ea que in contrarium allega
ntur Et primo ad primum dum dicit quod institutum concilia genera
lia recipiunt auctoritatem a papa et non econtra ut habetur in c.o Si-
gnificasti de elect. ergo quod papa est super concilia generalia et
non econtra Respondetur quod textus ille debet intelligi de auctoritate rela
ta ad hoc quod concilia generalia non possunt esse legittime congrega
ta sine ipsius auctoritate nisi quando immineret necessitas congregandi il-
lud et interesse utilis ecclesie et papa nollet congregari de qua au-
ctoritate habetur xvii di. per totum Sed per quamcumque concilia generalia auctoritate pape
vel alias legittime sunt congregata potestas eorum non procedit
a papa sed a xpo immediate ut in decreto concilii Constancien et per
iam dicta supra et cum obiciendo quilitur quo sabunt potestas
ecclesie et potestas petri cum ambe a xpo immediate procedant et sic
tanquam pares una non videtur habere vim supra aliam immo-
tuit de elect. Respondetur quod institutum potestas clavium est situata in
petro ut in ministro ecclesie sicut supra deductum est secundum quod potestas
petri ut ministri subicitur potestati ecclesie tanquam potestati domine Et licet ab
eodem fonte procedant dissimodo tamen respectu diversitatis qualita-
tum ministri et domine procedunt etc etc Videmus quod licet potestas pre-
sbiteri et potestas dyaconi ab eodem procedant quia tamen potestas dya
coni data est sibi ut ministro presbiteri est potestas ipsius presbiteri maior
et potestas dyaconi inferior secundum ea que habentur in c. Si xciii di. Et
ad huius sine propositum dicebat sanctus Thomas in 2a 2e q. iii ar. i
quod sicut optimum in naturalibus ut superiora moveret inferiora ad suas
actiones per excellenciam naturalis virtutis collate divinitus sic oportet
in rebus humanis quod superiores moveant inferiores per suam

voluntatem xpi auctat divinitus collate Item obiiciebat de his que
sequitur in c. licet euitanda de elec. in si Sz respondetur q allegacio
ius ibi loquitur solum respectiuum ad tempus in quo vacante eccl'ia
romana concilium generale non erat congregatum nec sperabat
congregari alias illo congregato posset ad illud haberi recursus
sup difficultatibus emergentibus erga electionem romani pontificis
argumento c. Si duo lxxix di. cum ibi notat in glo. et p Jo
an. in c. i. tertie si vr in nouella Item dicebatur q cum dominus
ihus xpus unumus ptatis clauium ad omnium aplorum officium
ptinere voluit in beatissimo petro aplorum omnium summo principaliter
collocaret ut ab ipso quasi quodam capite bona sua velut in
corpus omne diffunderet ut hr in c. Ita dominus xix di oz q
nec concilium generale nec quecumque psona aliquid pt habere
de Iurisdictione eccl'iastica nisi inquantum sibi a papa conceditur et per
quis q papa est supra concilium generale et non econtra Ad q
rndetur q licet ptas Iurisdictionis a xpo tradita fuit beato petro
ino in dicto c. Ita dominus expresso cum hoc est q dicta ptas modo
prefato tradita fuit beato petro ut ministro xpi et eccl'ie p concilium
representate Considerato q in tradicione huiusmodi per petrum eccl'ia
fuit designata Ad q ipse sub signo et nomine eccl'ie ptatem re
cepit Augustinus in dicto c. quodcumque xxiiii q. i. cum ibi notat et
per ecclesiam et ad edificationem membrorum eccl'ie et non ad dissipa
tionem c. Sunt quidam xxv q. i. &c cum concurre q petrus et
eius successores ut ministri eccl'ie illi subiiciantur qui male rege
ndo eccl'iam scandalizarent et quantum in eis esset dissiparent ut
patet per iam dicta omnibus attente consideratis va dicti c. Ita dominus
non fundare papam non esse submissum ptati eccl'ie p concilium
generale representate et cum subicitur quod pt hoc esse concilium
generale nichil possit habere de Iurisdictione eccl'iastica nisi inquantum
sibi conceditur a papa ut in argumento dicebatur Respondet q
si tradicio clauium petro tantum facta fuisset et nomine suo mi
litaret argumentum Sz hic quicquid dicat leo papa in dicto c. Ita
dominus veritas est q in tradicione clauium per petrum eccl'ia fuit
designata et petrus claues recepit sub signo et nomine eccl'ie ut
supra dictum est Et sic cum ome q quod non edificaret sed dissiparet
corrigi posset per eccl'iam utz per iam dicta nec legitur q petrus
recepit ptatem supra eccl'iam vlem nec p quis supra concilium
generale illam reputans sed super singularia membra eccl'ie
cum quinque theologorum opinione et q p Gelasium in c.
cum quinquagesima... xxi. di. et per Greg. in c. ecce xcix di omnibus attente
consideratis dicti c. Ita dominus non fundare papam non esse submissum
ptati eccl'ie pariter premissa racione naturali fortificari quod supponendo

q papa sit caput ministeriale ecclie respectu membrorum singularium
corpus ecclie videmus q licet caput in corpore humano sit ordina
tum ad directionem et gubernacionem membrorum / non sit tamen licitum me
bra a capite i. ab obediencia capitis recedere c. cum non liceat
de prescrip. Si tamen caput in corpore humano efficiatur languidum
seu infirmum licitum est membris illud ligare et cauterizare
ne totum quod absit corpus morbus invadat si languor non
fuit curatus in capite c. Sic imp. in q. vii. sic etiam ecclia videns
q si papa efficeretur furiosus et habens ensem in manu discurrens pa
latium quos sibi obviam reperiret occideret utique liceret subditis
inferioribus eum capere et ligare Et si hoc liceret pro salua
tione corporis multo magis licere debet concilio generali ecclesiam
representanti pro salute animarum / quas papa male regendo et ecclesiam
ipsam scandalizando animas subditorum ad viam dampna
cionis induceret / nec obstat premissis c. Si papa xl. di. ibi dum
dicitur q etiam si animas subditorum catheruatim ad inferos
deduceret nullus mortalium posset eum iudicare nisi reprehen-
detur a fide devius Et quia cum laudatur in sacramentali de
baptismo textus ille debet intelligi de peccatis pape occultis que dei
iudicio relinquuntur vi. q. i. Si omnia Et etiam de publicis quando papa
est incorrigibilis Ego autem dico q textus ibi dicat mortalium ng
denegando iudicium singulis mortalium non autem ecclie vel nec
concilio generali illam representanti Item opponebatur de hiis que habentur
in c. Nemo ix q. iii. ubi dicitur q nemo iudicabit primam sedem
et sequitur ibidem neque enim ab augusto neque ab omni clero neque a
regibus neque a populo iudex iudicabitur Sed erat illud esse in
telligendum quando fides prima i. papa in illa sedens bona opera facit
ut sonant verba dei posita in serena tempestati desiderantes / secus quando
papa facit opera mala ecclesiam notorie scandalizancia est secus
quia tunc potest iudicari et puniri per concilium ulem ecclesiam re
putans si sit incorrigibilis ut patet per iam dicta supra Et ad hoc pro
positum dicebat glo in dicto c. Nemo sup verbo nemo / q cum papa
peccat potest peccatis eius ecclie denunciari cum amonicionem ewangelii
addicens q hoc determinant in c. Si papa xl. di. nec obstant pre
missis nota in hostien in c. Proposuisti de concess. preben. ubi videtur
dicere / q etiam procedendo cum ammonicionem ewangelicam / ecclia
non potest iudicare papam quando salua sua pace mandatum illud
ewangelii Si peccaverit omnibus fuit directum et contra omnes
peccantes et contra papam sic contra alios quando papa peccat
notorie in scandalum ulis ecclie ut patet per iam dicta supra

Sicut practicatum fuit in concilio generali constanciensi contra dominum
Johannem papam xxiij. Et similiter potest responderi ad c. aliorum et
ad c. facta ix q. iij. Et ad omnia alia iura dicencia facta pape non
posse iudicari ab alio quam a deo et facit pro auctoritate conciliorum quod habetur
xvij di. hinc etiam ibi enim dicitur Scientes quia cuius sedi primum
petri meritum deinde secuta iussione domini conciliorum veneranda
auctoritas singularem in ecclesiis tradidit potestatem quamvis glo. ibidem hoc
dictum modificet dicens quod ecclesia romana potestatem principaliter habuit
a domino et secundario a conciliis cui sine concordat glo. in c. du-
dum iij. q. vi. Sed quamvis ita sit quod hoc non infertur papam non
subici concilio quando notorie ecclesiam scandalizaret considerato quod petrus
potestatem recepit a christo ut minister christi et ecclesie et cum omne quod esset
submissus ipsi ecclesie domine sue quando notorie illam scandalizaret ut
supra ostensum est Et si dicatur quod iste casus scandali notorii non
est de expressis in decreto concilii constanciensis Dicitur quod quando papa no-
torie scandalizat ecclesiam casus iste est de pertinentibus ad casum ge-
neralis reformacionis ecclesie qui est expressus in dicto decreto conci-
lii constanciensis Item apponebatur de hiis que habentur in glo. dicti c.
nemo super verbo ab omni clero ibi enim dicitur quod concilium non potest
iudicare papam c. Significasti de elect. Sed ad dictum c. fuit supra
in precedentibus responsum Et sequitur in e. glo. quod si totus mundus
sentiretur in aliquo contra papam videtur quod sine pape standum esset
xxiiij q. i. hec est fides Sed ad dictum c. hec est fides Respondetur quod
loquitur quando agitur de fide et in casu in quo concilium generale et
eciam universalem representans nec est congregatum nec ullo casu fidei
sed opinionis determinatam contra papam nec ipsa contra concilium
preterea glo. ibi loquitur argumentative et non decisive arguens ibi
pro et contra sine decisione Et quicquid in hoc passu hactenus per
glo. et doc. interdum diffinicionem concilii generalis Constanciensis quo
ad casus in decreto illius expressos videlicet cum agitur de fide et de extir-
pacione scismatis et de generali reformacione ecclesie in capite et in
membris et de pertinentibus ad casus premissos et si quis contra-
rium potestatem dicti concilii in premissis negans assereret pertinaciter
absque dubio hereticus esset censendus argumento eorum que habentur
in c. omnes xxij di. Immo potest ultra premissa considerari quod licet
christus potestatem tradiderit petro supra singularia membra ecclesie
iuxta illud pasce oves meas non legitur tamen quod potestatem si tradiderit
super universalem ecclesiam cuius ipse christus caput est nec supra concilium
generale illam representans immo pocius de contrario ut patet per iam dicta
supra in principio et per quos ecclesia cuius nomine petrus potestatem re-
cepit et concilium generale illam representans potestatem habuit supra

papam ut supra inferiorem et membrum suum, nedum in casibus in dicto
decreto Constanciensi expressis, sed eciam in omnibus aliis arguendo a plenitudine
potestatis quam petrus nomine ecclesie recepit. nec obstant premissis notata
per Jo. an. in dicto c. Nemo ix q. iii. ibi dum dicit, quod licet orbis
sit maior urbe, quantum ad circuitum, non tamen quantum ad auctoritatem, quia
si sumamus orbem pro universali ecclesia in toto orbe consistente sicut Jo. eciam
in c. legimus xciii di. sumebat dicta glo. Jo. Jo. modicum ymmo
nichil facit ad propositum suum. Item opponebatur contra potestatem
concilii de hiis que habentur in capitulo nunc autem xxi di. ibi dum dicitur
declaratum fuisse per concilium non habere potestatem proferendi sententiam
contra marcellinum papam de heresi quia thurificauerat ydolis in
primum quamuis idem marcellinus thurificacionis huiusmodi confiteretur.
Et ad hoc videtur quod verba ibi posita non sunt verba concilii sed nicolai
pape ad michaelem imperatorem, et quicquid ibi dicat dictus nicolaus
veritas est quod concilium non obmisit ibi condempnare marcellinum
de heresi propter defectum potestatis sed quia idem marcellus per metum
coactus fuerat thurificare ydolis et erat corrigibilis et propter quod non
debebat deponi xxiii q. iii. dicit amplius ut glo. in dicto c. Nunc
autem dicit. Et quod contra papam de heresi possit agi patet in c. Si papa
ibi dum dicit nisi deprehendatur a fide devius, et quod isto casu videlicet
quando agitur de heresi contra papam concilium generale sit iudex patet
ex notatis Jo. an. et archi. c. in fidei de here. li. vi. Immo potest eciam
considerari, quod in quantum petrus potestatem recepit a christo tamen supra singu-
laria membra ecclesie iuxta illud pasce oves meas, et non super corpus
universalis ecclesie cuius christus caput est quecumque ecclesia est legittime congrega-
ta seu concilium generale eam representans petrus illi concilio de quo
tunc casu in eodem agatur auctoritate, presidere non potest quia non debet
subditum superiori suo presidere xxi di. per tot. c. cum inferior de ma.
et obe. nec obstat notata per Jo. an. in c. grave de preben., super
verbo innitando, quia loquitur cum temporibus, in quibus ipse et alii doctores
in cetere ecclesie romane residentes respiciebant ad potestatem pape cum
duobus oculis et ad potestatem ecclesie, et generalium conciliorum
cum uno oculo tamen nec obstant iura per eundem ibidem alle-
gata quia ad illa patet responsio per iam dicta. Item opponebatur
de hoc quod apostoli noluerunt petrum esse principem eorum ut habetur
in dicto c. in novo. Sed respondetur quod apostoli non intendebant sibi da-
re novam potestatem, sed datam sibi a christo approbare ut in notatis in
dicto c. hinc eciam xxiiii Dei cum glo. sua. Similiter approbatur per doc.
sed non legitur quod christus dederit petro potestatem super universalem ecclesiam, sed super
singularia membra eius. igitur dicta exploratur voluntas, de qua
habetur in dicto c. Simonis relata ad potestatem quam christus dedit petro

no probat aplos dedisse ptatem sup vlem ecclam nec p quos sup
concilium generale illam reputans Item opponebatur de iuribus
dicentibus q ipa est caput ecclie ut hr in c. fundamenta de elec.
li vi. cum alijs concor. Sz rnr q illa Jura debent intelligi de ca
pite ministeriali q no accepit ptatem supra vlem ecclam cuius
xpus caput est / nec eciam supra concilium generale illam reputans
s super singularia membra ipius ecclie Item opponebatur q ipa
habuit presidenciam in multis concilijs generalibus ut in ca° In
nomine dni xpi et in pluribus alijs Juribus et maxime in c.
ad aplorum de re Ju li vi cum ibi notat per Jo an in glo
sima / s ad hoc q in pluribus antiquis concilijs ipa no fuit pre
sidens ut in illis in qbus qbus romani pontifices no faciebant dif
finiciones s concilium dicendo placuit concilio de quibus hr in c.
que incipiunt placuit que habentur de con. di v. et in plurib alijs
Ad cuius sine robur notandum q concilium aplorum de quo habetur
actus xv petrus solus no congregauit / s xij apli simul atz ibi
dum dicitur q conuocauit xij multitudinem disipulorum Item
est eciam notandum q in illo qcilio de quo hr act xv. petrus licet
ibi fuit pus suam tn no pnunciauit / s Jacobus super his verbis
placuit aplis et senioribus et omni ecclie et ibi eplam decretalez
ordinauit no petri nomine s aplorum et seniorum Et declando
ipum passum pt considerari q inquantum petrus no recepit pta
tem super ecclam vlem nec p quos supra concilium generale illa
reputans ut supra dictum est Constat ipam no posse hre psiden=
ciam auctiuam in concilijs generalibus nisi inquantum illa per co
cilium in quo esset sibi concederetur quo casu no haberet vsum huiusmodi
ptatis nomine et auctte sua et dicti concilij / nec obstant Jura pro
bancia q romani pontifices alis psidencia habuerint in concilijs
generalibus quia illa Jura sunt intelligenda de honoraria ad beneplaci
tum conciliorum eis data facit dictum c. In nomine dni xpi di
ibi dum dicebat vr. ipa Si placet fraternitati vre et si dicatur q
ipa habuit presidenciam auctiuam in concilijs generalibus ut in
dicto c. ad aplice dicit illud fuisse ex concessione dictorum conciliorum
seu ex pmissione illorum habito vero dicte cessionis aut ex tolleran
cia paciencie Et multa p pacienciam tollerantur que si deducta essent
in iudicio no tollerarentur de pben cum iam dudum arnibus at
tentis constat ipam in concilio generali no hre presidenciam auctiua
neq honerariam nec inquantum a concilio sibi concederetur aut per
mitteretur Item opponebatur de ca° no dz de consang. et affi. ubi
papa phibicionem concilij generalis reducit usq ad quartum gradu
dicitur id fieri ibi per ipam in concilio generali ex pmissione ipius
concilij ut ibi pz quo attento no probat ille textus q papa sit

supra concilium nec quod dissoluere possit illud sine consensu ipsius
concilii Item opponebatur de c. statutum de rescrip. li. vi. ubi ipse
constitutionem concilii generalis de duobus dietis reducit ad unam dietam
Sed respondetur quod papa illud facit pro bono communis iusticie ut minister
ecclesie ipsiusque auctoritate et non sua et in casu in quo concilium generale
ecclesiam representans non erat congregatum nec ipse prohibitus id fa
cere sine consensu ipsius concilii ut in constitutione concilii generalis
constanciensis que incipit frequens quibus attentis patet illud capitulum sta
tutum non probare papam esse supra concilium nec quod concilium
dissoluere possit sine consensu ipsius concilii maxime contra pro
hibitionem sibi factam per concilium generale in dicta constitutione
frequens nec dubiorum per ipsum erga dictam constitutionem frequens
motorum allegatio ipsum relevat quo ad facta per ipsum supposita
cum nove dicuntur illa super veritatem non fundari et declaratio
dictorum dubiorum concilio congregato ad ipsum concilium ge
nerale pertinet et non ad ipsum ff. iura dicentia quod illius est inter
pretari cuius est condere nec decet potestate superiore quod inferior du
bia extra erga constitutionem superioris mota habeat declarare seu
interpretari xxi di. per totum c. Inferior de ma. et obe. c. Ne
romani de elec. in cle. Item opponebatur de verbis dicti c. signi
ficasti interpretantibus quod in statutis conciliorum generalium apte
intelligitur auctoritas romane ecclesie excepta Sed dicitur quod ex quo
auctoritas universalis ecclesie et consequenter conciliorum est maior et auctoritas
romane ecclesie minor ut supra in precedentibus est ostensum
necessarium est dicere quod auctoritas ecclesie romane de qua fit in dicto
c. Significasti ministerialis est ecclesie universalis quo ad ecclesias particula
res sicut de petro dicitur quod est minister ecclesie sponse christi re[...]
ecclesiarum particularium cuius ecclesia romana prelata est xxi
di. c. Quamuis Quodque ipsa auctoritas ut ministerialis ecclesie universalis auctoritate
illius et non ipsius ecclesie romane in statutis conciliorum genera
lium intelligitur excepta ad interpretandum declarandum et
moderandum dicta statuta cum varietatem temporum pro bono rei pu
blice quandoque conciliis generalibus non congregatis ecclesie romane
pro bono rei publice videtur faciendum et vocatur dicta ecclesie
romane auctoritas excepta apud doctores et magistros Epikeya cuius
attentis constat verba dicti c. Significasti non fundare auctoritatem ecclesie
romane esse maiorem auctoritate ecclesie universalis nec per consequens conciliorum
generalium ipsam representancium Et per premissa patet responsio ad
c. statutum et c. constitutum de elec. li. vi. In quibus romanus
pontifex sine concilio generali interpretatur et declarat sta
tuta conciliorum generalium et ad c. dudum iii. q. vi.

Et ad alia iura similia dicentia ecclesiam romanam esse caput aliarum
ecclesiarum, et si dicatur quod ex quo dicta epikeia concessa est ipse
auctore ecclesie universalis et generalium conciliorum generalium potuit
ipsa vigore dicte concessionis derogare dicte constitucioni frequens
et illam interpretari ac moderare ac concilium dissoluere et
ad alium locum mutare. Dicitur quod premissa per papam fieri non
potuerunt vigore concessionis dicte epikeie attento quod in con-
cessione illius auctoritas prohibitiua ecclesie universalis et conciliorum
generalium tamquam auctoritas superioris sunt excepta et non est lici-
tum inferiori adversus prohibitionem superioris maxime pro bono
universalis ecclesie ut in casu dicte constitucionis frequens statim venire. Alias
si contrarium diceremus sequeretur absurdum, videlicet quod vigore dicte
epikeie esset in potestate ipse derogare omnibus constitucionibus
sacrorum generalium conciliorum et omnem bonam policiam
ecclesie evertere absque eo quod sibi posset dici cur male facis quod non
est dicendum. Nec obstat premissis illa quorundam assercio dicentis quod
papa est caput et pastor non dumtaxat ecclesiarum particularium
sed etiam ecclesie universalis, quoniam si papa esse pastor et caput universalis ecclesie
universalis esset episcopus, quod universalis ecclesie appellari posset iuxta ad sensum
sed nec est universalis nec episcopus universalis ecclesie appellari debet iuxta per beatum
Gregorium in c. Ecce xcviii di. supra in principio allegato, igitur
dicta assercio est falsa. Preterea si ipse esset caput et pastor ecclesie
universalis sequeretur absurdum videlicet quod ipse esset caput ecclesie et pastor
ecclesie corporis mistici cum enim quod caput in corpore humano est caput
et rector illius quod non est nec esse potest cum christus sit caput guber-
nator et rector ecclesie universalis ut corporis mistici considerate esset quod
duo capita in eodem corpore monstrum existant. Igitur ac
quod ideo ab absurditate evitando constat dictam assercionem esse falsam
Item ecclesia romana non est universa sed est de universitate cor-
poris mistici iuxta per beatum gregorium in dicto [illegible] c. Ecce cum
ibi notatis per glo. igitur ex quo est membrum dicti [illegible] corporis non
est nec esse potest caput illius cum dicto sit inter caput et membra
c. cum non liceat de prescrip. Item si ipsa esset caput ecclesie universalis seq-
ueretur absurdum videlicet quod petrus homo peccabilis recepisset potestatem
ligandi et soluendi supra sponsa christi i. corpus misticum ecclesie
que numquam peccauit nec peccare potest cum ea que leguntur in c. a
recta xxiiii q. i cum ibi notatis in glo. quod non est dicendum. Item
si caput esse universalis ecclesie esset prelatus a christo unius catholicus cetus
per orbem instituti qui inclusa ecclesia romana unus thalamus
christi sunt teste Gelasio in c. quamvis universo xxi di. Sed non est sic

quia nō fuit prelatus nisi ceteris eccliis a romana distincte ut in dicto
c. quamuis Item petrus ptatem ligandi et soluendi recepit nō noīe
suo s; noīe ecclie ut minister illius pz p aug' in c. quotiens
xxiiii q. i. cum ibi notatis per Arch. in Rosar. igitur ex quo hac
ptatem recepit ut minister non est nec esse pt caput domine sue
sicut videmus in corpe cuiusl; ecclie q̄ licet yconomus vel sin
dicus gerat vices dicti corpis Et si dicatur et in hoc sit eius mi
ster non est per ille caput dicti corpis Et si dicatur q̄ licet petrus
nō sit caput principale ecclie nec esse possit est tn̄ caput mini
steriale Rn̄r id esse fl'm consideratio q̄ esse caput denotat preeminē
ciam et superioritatem quam minister nō hz nec hēre pt supra dnm̄
vel dnam̄ cum sit sub his et sit inferior et in hoc confutatur o
pinio illorum qui dicunt petrum fuisse caput ministeriale ecclie
vlis quia ministri preeminenciam nō habent nec superioritatem sup
eccliam vlem ut corpus misticum consideratam nō pt racione
ministerii sibi commissi supra eccias ptlculares a romana distin
ctas dici caput ministeriale ipius corpis mistici licet respectu ecciarum
ptlcularium que sunt membra dicti corpis mistici ecclia romana
et ppa posint dici caput ministeriale illarum eo q̄ racione mini
sterii petro commissi ipe preeminenciam et superioritatem habuerit
circa ipas eccias ptlculares ut attestatur Calixtus ppa in c. quamuis
vniuerse xxi. di. ibi dum dicebat q̄ vniuerse p orbem catholice
ecclie instituite vnus thalamus xpi sunt tn̄ sancta romana ec
clesia catholica et aplica nullis sinodicis constitutis ceteris eccliis
prelata est In quo est notandum q̄ nō dicat q̄ ecclia romana
sit prelata vlis ecclie que est xpi thalamus s; ceteris eccliis p
ticulariter consideratis ab eadem romana distinctis Nunc restat
respondere ad iura predicta pro dicta falsa assercione allegata
Et primo allegatur Greg. in c. considerandum l. di. ibi dum dicit
de petro q̄ xpus eum tote ecclie preferre disposuerat Sz rn̄r
illa vba debere exponi i. cunctis eccliis particularibus quibus illis
tm̄ xpus petrum pretulit et nō ecclie vli ut denotat vnn̄
ceteris positum in dicto c. quamuis est que dicta expositio ne
cessaria ppter dictum vn̄ ceteris et etiam propter ea que habentur
ab greg. in dicto c. Ecce et ut vba in sensu in quo valere pos
sunt et nō perire recipiantur c. abbate de vo. sig. cum aliis co
cordanc. Item allegatur pro dicta falsa assercione eam precedens
dictum c. Considerandum # bene hz q̄ petrus pq xpm negauerat
nō solum in gradu sui epatus remansit vlis etiam in pasto
rem totius ecclie a xpo instituti meruit Sz rn̄r q̄ illa vba

q̄ incipit hii qui sz sola pace allegant in dicto c. nichil esse quod faciat
ad propositum suum q̄ eum sz exemplo precedens dicto eam Considerandum
bene

in pastorem totius ecclesie exponi debent .i. omnium ecclesiarum particularium
sp ordinum ab ipso sumunt a romana distinctarum quibus tamen
romana prelata est ut in dicto c. arianus ut verba ipsa in sensu
in quo valere possunt et non preter capiantur iuxta dicta supra
in responsione facta ad c. Considerandum Item allegatur
pro dicta falsa assertione c. petrus xi q. vii. ubi dicitur quod pe
trus potestatem regni accepit Sed [illegible] id verum esse quo ad particu
lares ecclesias non autem quo ad corpus universalis ecclesie que est corpus
misticum cuius xpus caput est Et quod non recepit potestatem re
gni supra corpus universalis ecclesie patet per Nicolaum in dicto capitulo arianus
Et per Gregorium in dicto c. Ecce ut supra in precedentibus sunt
ostensum Nec obstant notata per Jo. an. in c. ad abolendam de
hereticis ubi dominus dicit quod sicut in ecclesia triumphante est unum
caput scilicet papa quia illud quod ibi dicit Jo. an. de papa intelligi
debet respectu ecclesiarum particularium non autem respectu universalis
ecclesie ut supra ostensum est Item allegatur c. fidelior l. di.
ubi dicit Ambrosius quod petrus tanquam bonus pastor tuendum
gregem accepit postquam fidem perdidisse defleverat quod ergo
ipse petrus pastor factus erat ut ceteros fidei stabilitatem
fundaret et subdit ibi quod petrus pro soliditate devotionis ecclesie
petra dicitur sicut ait dominus Tu es petrus etc. Ad que dicendum
quod ibi non dicitur petrus dicit petra ad denotandum quod ecclesia sunt
fundata supra eum quia sunt fundata supra xpum iuxta
illud petra autem erat xpus Sed sunt petrus dictus petra
ad denotandum quod primus in nacione fidei fundamenta per suam
predicationem posuit ut in eodem textu dicitur Et sic premissa in
dicto textu allegata sunt referenda ad regimen et guberna
tionem ecclesiarum particularium non autem de regimine ecclesie
universalis que est corpus misticum ecclesie quod numquam indiguit neque
indiget officio pastorali petri cum illud sit impeccabile non
habens maculam neque rugam cum ea que sunt in dicto c.
a recta xxiiii q. i. cum ibi notatis in glo. et ad illud sunt pro
positum dicebant hostiensis et Jo. an. in c. a nobis in magno
de sen. exco. super verbo ecclesie quod ille textus debet intelligi ecclesia mi
litante spirituali vel romana quia generalis militantis congrega
ta non potest errare xxiiii q. i. a recta fide nec obstant alia verba
ibi in fine posita videlicet et tanquam saxum immobile totius cor
poris xpiani compagem maliciis obtineat quia illa verba sunt

referenda ad effectum predicacionis/ que in petro fuit fundamentum
fidei in nacionibus ut ibi dicitur Est quod necessarium dicta verba sic
intelligere ut recipiantur in sensu in quo valere possunt et non
perire et nisi sic intelligantur perirent propterea que habentur in
dicto c. Ecce/ et in c. Generalis universe supra allegate Item
allegatur c. Beati ij q. vij ubi dicitur quod meritis petri et pau
li apostolorum roma obtinuit principatum et caput nacionum
Ad quod respondetur quod si roma sumatur ibi pro romana ec
clesia Respondetur quod illud quod ibi dicitur de principatu et capite
nacionum referri debet ad ecclesias particulares in toto orbe constitu
tas/ non autem ad ecclesiam universalem que est corpus misticum ecclesie
supra scilicet quod ecclesia romana nullo umquam obtinuit prin
cipatum ut patet per iam dicta supra/ Item allegatur c.
Est aliud xxiiij q. i. ubi dicitur aliud apostolicum piscandi genus
quo genere solum petrum piscari dominus iubet dicens mitte
hamum et eum piscem qui primus ascendit tolle Ad quod respon
detur quod verba illius textus referri debent ad piscaturam facien
dam supra ceteras ecclesias/ supra quas romana fuit prelata
non autem ad piscaturam faciendam supra ecclesiam universalem
prout est corpus misticum/ cum illud est sine peccato et sic non in
digent piscatura petri Item allegatur c. puto ij q. vij ubi dicitur
quod petrus et Ciprianus fuerunt pares meritis/ sed petrus fuit
in potestate maior illo et quocumque alio Episcopo/ eo quia sua potestas
pro statuta universalis ecclesie est firmata Sed respondetur ut supra quod
illa que ibi dicuntur de potestate petri referri debent quo ad ecclesias
particulares non autem quo ad ecclesiam universalem ut verba illius
c. recipiantur in eo sensu/ in quo valere possunt et non perire sicut
supra in precedentibus dictum est Et licet textus ibi habeat quod
potestas petri sit firmata pro statuta universalis ecclesie per hoc tamen non habetur
ex illo quod petrus habuit potestatem supra corpus universalis ecclesie quod
est corpus misticum cuius christus caput est Item allegatur c.
Hec est fides xxiiij q. i quod papa tenet fidem et sedem petri
Ad quod qui impugnat professionem fidei quam papa approbavit
non catholicum sed hereticum se comprobabit/ quod quod sancta romana

ecclia que semper immaculata permansit domino protegente
et in futurum manebit sine ulla hereticorum insultatione
atque firma et immobilis omni tempore persistet Sed respondetur
quod illud quod ibi dicitur de ecclia romana quod semper immacu=
lata permansit et permanebit / intelligi debet vli quadiu
ligabit et soluet iuxta claue non errante ut supra in prece-
dentibus est dictum / et sic intelligendo non probant illa verba
nec etiam alia ibi posita / quod ecclesia romana sit vlis ecclia que
est corpus misticum cuius caput xpus est faciunt notata in
dicto c. a recta xxiiii q. i. nec quod ecclesia romana recepit potesta=
tem super corpus vlis ecclie / nec etiam quod ipsa ratione ro=
mane ecclie possit dici caput et pastor vlis ecclie Item
allegatur c. Inter lxxx di. ubi dicitur quod inter ipsos apostolos
non fuit par institutio sed unus prefuit omnibus Sed respondetur
quod illa verba unus prefuit omnibus / debent intelligi respectu
ad ministerium eccliarum particularium non autem ad vlem
eccliam que est corpus misticum cuius caput xpus est ut
patet iam dicta supra Item ad probandum quod ecclia romana
est caput vlis ecclie / allegatur c. non licet xii. di. ibi dominus
dicitur Et sicut filius venit facere voluntatem patris / sic
et vos adimplete voluntatem vestre matris / que est ecclia
cuius caput ut predictum est romana existit ecclia Sed respondetur
quod ad illud verbum cuius addi debet supplendo vnum membrorum
et tunc est sensus / quod illi episcopi implere debent voluntatem
matris ecclie cuius membrorum caput est romana ecclia que
existit / et sic supplendo et intelligendo non probat ille textus
quod ecclia romana sit caput vlis ecclie Et notandum quod Cali
xtus dicti capituli actor / non licet / dicit eccliam romanam
esse matrem aliarum eccliarum ab eadem distinctarum
ad denotandum quod non est mater vlis ecclie cum gregorius in
c. Ecce xxiiii di. / et patet etiam per Gelasium in c. quamuis
xxi di. ibi dominus dicebat quod sicut vniuerse ecclie sint sint xpi
thalamus tamen sancta romana ecclia ceteris prelata est
et non dicit quod xpi thalamo i. vli ecclie prelata sit / Vnde

Verba huiusmodi ad hunc sensum applicari/ quia in alio sumpta
inducerent absurditatem ut patet per iam dicta supra Et
notandum quod Archi. in dicto Rosario in dicto c. non decet
recitando Ber. ad Eugenium circa finem quarti libri dicat
quod licet eciam romana sit mater ecclesiarum non tamen domina
quod quia papa non est dominus Episcoporum sed unus ex ipsis quod
quia papa debet se considerare formam diligencium deum et
participem timencium eum Et subdit ibi Archi. quod est op-
timum argumentum in c. mutaciones in principio quod papa
non sit dominus aliorum Episcoporum (Item allegatur c. precept.
e di. xij. ubi dicitur quod preceptis apostolicis non dominia superbia
resistatur sed per obedienciam que a sancta romana et apostolica
ecclesia iussa salutifera impleantur si eiusdem sancte dei ecclesie
que est caput vestrum communionem habere desideratis Et sequitur
ibidem cuius canonis sanctionem omnes teneant sacerdotes
qui noluerint ab apostolorum petre supra quam christus universalem
fundavit ecclesiam solliditate divelli Ad quod respondetur quod
textus in c. non probat id ad quod allegatur nec obstant illa
verba si eiusdem sancte matris ecclesie que est caput omnium vestrum
quoniam illa verba si eiusdem sancte dei ecclesie relacionem faciunt ad
ecclesiam romanam de qua in precedentibus verbis facta
erat mencio Nec etiam obstant verba qui noluerint etc quoniam
textus ibi dicit ab apostolico petre/ non autem petri Et veritas est
quod christus fundavit ecclesiam supra petram que christus erat et
non supra petrum/ cum communem opinionem doctorum (Item
dicunt illi quod in dicto c. non decet et in sequenti dicitur quod ecclesia
romana est caput universalis ecclesie in dictis capitulis non habetur Con-
sideratio quod illa verba a matre ipsorum que est ecclesia posita
in dicto c. non decet/ legi debent et exponi ut in responsione
ad dictum c. non decet supra dictum est nec verba cuius sequentis
que incipit precepta hoc etiam habent sane intellecta ut in
responsione facta ad illud capitulum ostensum est Item
dicunt illi in dicto c. Non decet et sequenti haberi/ quod ecclesia

vlis est fundata super aplica petra · i supra petrum et successores
s hoc ibidem no probatur ut patet per dicta in responsionibus
ad illa c. Item allegatur c. omnis nesciat xi di · ad q respondetur
q facit contra allegantem inquantum hz q petrus instituit ecclias
ptculares p uniuersum orbem et no dicit q ecclia romana sit
caput vlis ecclie nec obstat q in eod c. dr q alie ecclie habuerit
inicium a romana qm per hoc no infertur q ecclia roma
sit caput vlis ecclie / licet posset dici caput aliarum eccliarum
ptcularium / racione ptatis tradite petro ut ministro ecclie super
dictis eccliis ptcularibus Item allegant isti glo dicti c. omnis ne
sciat que hz q petrus tribuit ptatem paulo predicandi Sz rnr
illud no inferre / q petrus esset vlis ecclie caput ut corpus mi
sticum cuius xpus est caput considerate Et per hoc patet rnsio
ad notata per archi in c. Ita domin xix di ibi dum dicebat petru
aliis aplis dedisse ptatem predicandi Item mandant illi videri
c. bn quidem xcvi di · q no facit ad propositum eorum nisi respec
tum hrent ad illa vba ibi posita ppe principium que sunt
ista nec auctore indiget plenitudo / quasi velint dicere q eo q no
petrus hunt dictam ptatis plenitudinem c. Significasti de elec
no pt hre aliquam ptatem supra se nisi deum Et ad hoc rnr
q petrus no hunt dictam ptatis plenitudinem nomine suo / sed
vice et nomine vlis ecclie cuius minister est ut z p Aug in c. ad
cuius xxiiii q i · cum ibi notatis per archi in rosario / de quo
supra in precedentibus dictum est Item et si forsan habuerit
respectum ad alia vba dicti c. / que hunt q presul ecclie racione
merito beati petri apli per uniuersum orbem pmatum obtinet
sacerdocii Rnr hoc esse intelligendum quo ad ecclias ptculares
p uniuersum orbem constitutas / quas ipa romana ecclia insti
tuit ut hr in c. omnis nesciat xi di · no autem quo ad eccliam
vlem cui ppa tamquam illius minister subicitur ut supra in
precedentibus deductum fuit / no obstant etiam alia vba dicti c.
bn quidem / que hunt q ppa statutis sinodalibus consueuit tri
buere firmitatem / qm si illa vba recipiantur pro statutis sino=
dalibus conciliorum generalium est hoc intelligendum per
approbacionem reuerencialem de qua hr in c. Sicut sancti xv · di

per quem textum satis videtur confutari opinio predictorum/ qui
si auctas ppe sit esset supra generalia concilia legittime congrega
ta/ quod illorum statuta non possunt habere firmitatem sine ppe auctoritate
greg non fuisset locutus in dicto c. Sicut sancti de conciliis ge
neralibus cum tanta reverentia cum quanta locutus est ibidem
Item allegant c. Rogamus xxiiij q. 1. ibi enim dicitur quod petrus
est caput totius ecclesie. Sed respondetur quod illud est exponendi i. omnium
ecclesiarum que ab ipso exordium habuerunt c. quis nesciat xi
di. et c. quamvis universe per orbem catholice ecclesie constitute unus
thalamus xpi sint/ tamen ecclesia romana nullis sinodis ceteris
ecclesiis prelata est teste Gelasio papa in c. quamvis universe xxi di.
Et notandum quod non dicit quod sit prelata thalamo xpi nec ecclesie
universali que est xpi thalamus ut ibi sed dicit ceteris ecclesiis prelata
est ad denotandum quod omnes alie ecclesie a romana distincte non
faciunt thalamum xpi/ sed romana et omnes alie cum ea faciunt
xpi thalamum Et sic ecclesiam universalem unde inquimus ceteri ecclesie
non faciunt ecclesiam universalem/ et romana non est prelata nisi ceteris
ab ea distinctis patet quod non est prelata ecclesie universali et per quod quod non
est universa sed de unitate corporis mistici ecclesie ut dicebat greg
in dicto c. et c. xcix di. Item allegant c. Cum beatissimus
xxiiij q. 1 ubi dicit quod beatus petrus a domino recepit prima
tum Sed respondetur illud intelligendum quo ad ceteras ecclesias que
a romana habuerunt exordium/ sed non quo ad universalem ecclesiam
que xpi thalamus est ut per proxime dicta Item allegant
c. Si petrus. c. xxiij et q. ubi habetur quod petrus et non alius ex apostolis
abscidit aurem malchi/ ad denotandum quod ipse prelatus habuit
ecclesie potestatem ligandi et solvendi Sed respondetur hoc esse intelligendum
quo ad particulares ecclesias que a romana habuerunt exordium
non autem quo ad ecclesiam universalem ut patet per iam dicta supra
Item allegant cano Constantinopolitana xxij di. ubi dicitur
Si qua culpa in episcopis invenitur nescio quis non sit ppe subiectus
Sed respondetur illud non probare quod universalis ecclesia sit subiecta ppe
attento quod ibi non sit sermo de universali ecclesia sed de culpis singulorum

Eporum / ecclesiarum particularium a romana distinctarum qui non
faciunt ecclesiam vlem Item allegant c. antiqua de privile ubi
dicitur quod romana ecclesia est mater vniversorum xpifidelium
Sed respondetur illud esse intelligendum verum respectu ceterarum
ecclesiarum quibus romana prelata est / non autem respectu vlis
ecclesie cui romana non est prelata ut patet per iam dicta sup
Item allegant c. summus de renun. li. vi. ubi dicitur haberi potestatem
regere vlem ecclesiam et illi presidere Sed respondetur quod illa verba
non sunt ibi dispositive posita sed narrative narrando que illi
curiosi ultra modum dicebant in questione an esse licitum
pape renunciare papatui / quando agnoscebat se esse insufficientem
ad regendam vlem ecclesiam et sic cum non sint dispositiva non
fundant intentionem allegantium Item allegant c. i. xxii di
vbi dicitur quod ecclesia romana est fidei mater Sed respondetur id esse
intelligendum ratione predicationis quam petrus primus post
xpm in populis exercuit / et ecclesia romana alias ecclesias
instituit di. xi. c. quis nesciat et sic illud non inferre quod ecclesia
romana sit vniversa / nec quod ipsa ecclesia romana fuit prelata
vli ecclesie Et per hoc etiam videtur ad dictum Ambrosii in dicto
eodem c. dicente quod ipse professus est se velle in cunctis sequi
sanctam romanam ecclesiam / quoniam istud non probat ecclesiam
romanam fuisse prelatam ecclesie vli Item allegant quod xpc
fundavit ecclesiam supra petrum Sed respondetur hoc esse falsum
quoniam illa verba Et super hanc petram non referuntur ad petrum
sed ad xpm iuxta illud petra autem erat xpus Item allegant
c. Ita dominus xix di. cuius verba etiam ponuntur in c. fundamenta
de elec. li. vi. Sed ad illud fuit responsum in primis responsio-
nibus supra positis Item allegant verba per xpm dicta pe
tro Sed respondetur quod per illa petrus non fuit prelatus vli ecclesie
sed particularibus ecclesiis ut supra fuit ostensum per gregorium
et Gelasium Item allegant glo. c. In novo xxi di. que
habet quod apostoli fuerunt pares in consecratione et ordine non
autem in administratione Sed respondetur quod licet petrus
fuerit aliis maior in administratione hoc non infert quod petrus
fuerit prelatus vli ecclesie / et quod non fuerit prelatus ecclesie

vli patet per iam dicta supra Item allegant quod apli voluerunt petrum esse principem eorum Ad quod non respondetur reperire quod ipum voluerunt esse principem ecclie vlis nec umquam ecclesiasticum principatum habuit a cristo ut patet per iam dicta supra circa Gregorium et Galasium Item allegant c. Sacrosancta xxii di. Sed ad illud patet responsio per iam dicta supra Item allegant glo. et tex. dicentes quod papa non habet superiorem in terris Sed circa hoc verum salvo iure thalami xpi quod concilium generale non est congregatum / sed quando est legittime congregatum superioritatem habet in papa / ut supra in primis responsionibus ostensum est Et isto modo respondetur ad notata per Wilh. in speculo tit. de legato § nunc ostendendum versu xcix Et per Bald. in l. Rescripta Et Item allegant papam in prime posse tollere constitucionem concilii generalis contra prohibitionem ipius concilii generalis supponentes papam esse pastorem vlis ecclie Sed ipsorum est suppositum falsum et consequenter ipsorum assertio super illo fundata est falsa ut patet per iam dicta supra Item allegant c. Ubi maius de elect. li. vi. in § Ceterum ubi dicitur quod papa est rector vlis ecclie Sed respondetur quod illa verba vlis ecclie ~~continentium ut patet ex hiis que habentur in c. Ecce~~ exponi debent id est omnium eccliarum particularium membra vlis ecclie continentium utz ex hiis que habentur in c. Ecce xcix dis. Et in c. Arriani xxi di. Et quia dicta expositio necessaria ut patet per iam dicta supra petrum Notandum quod Greg. decimus dicta verba protulit tempore quo concilia generalia non frequentabantur et ad potestatem ecclie vlis pauci respiciebant Et isto modo potest responderi ad alia iura si que allegantur ad probandum quod papa presit ecclie vli / quando exponenda sunt taliter quod veritati declarate per beatum Greg. in dicto c. Ecce et per Gelasium in dicto c. Arriani non obvient Item allegantur dicta Augustini Gregorii sancti Thome Cirilli et Rabani et quorumdam aliorum Sed respondetur quod fundant super verbis dictis petro a xpo que sane intellecta iuxta iam dicta supra non fundant papam presidentiam habere supra corpus universalis ecclie Non obstant illa verba pasce oves meas

que si intelligantur de pastu spuali illud est comprehensum sub ptate
ligandi et solvendi que data est ecclie principaliter ut supra ostensum
est et attento quod nullus debet predicare nisi mittatur ab ecclia vel
a petro nomine ecclie Si autem intelligantur de pastu carnali
tunc cum illud pertineat ad eccliam universalem ut patet in
actibus apostolorum ubi distribuebatur unicuique prout sibi opus
erat non censetur per hoc petro amplior ptas data quam ecclie
universali Et sic cessat argumentum Nec obstat si pro eis dicatur
quod papa presidet ecclie romane cao licet de constitucionibus libro
vi et ceteris eccliis que faciunt universalem ut in dicto c. quamvis
quia Respondetur quod ad hoc quod papa presideret universali ecclie
requireretur quod ipse presideret capitibus et membris omnium eccliarum
per orbem institutarum ut patet in dicto c quamvis Ibi dum
dicitur universe sed papa non presidet capiti ecclie rome quia sibi ipsi
presidere non pt Igitur non presidet universis eccliis universalem
facientibus Item allegant c. Si summi de sen. exco. in cle. ubi
papa dicitur summus pontifex Sed respondetur quod non debemus re
spicere quid papa ibi fecit sed quid facere debuit Et constat quod non
debet se appellare summum ut supra in principio sint probatum igitur
etc Et eodem modo pt responderi ad c ubi maius de elec li vi
ubi papa nominatur rector universalis ecclie et supposito sine pre
iudicio veritatis quod posset se appellare summum hoc esset referendum
respectu eccliarum particularium non autem respectu ecclie univ
cui non presidet ut patet per iam dicta supra Et de potestate
ecclie dicit non presidet ut patet per iam dicta supra Et de ptate
ecclie dicit aplus ad ephesios i. quod ecclia est corpus cristi et ple
nitudo eius Et aug libro de simbolo tractatu quarto dicit quod
ecclia est sponsa xpi quod quod totum possidet et a viro suo accepit
in dotem quibus attentis constat papam non esse supra eccliam
universalem nec per consequens supra concilium generale ipsam repre
sentans concludo quod premissis attentis non potuit dominus Eugenius
quartus neque potest dissolvere hoc concilium generale sine
consensu ipsius concilii sed ei iuxta decretum concilii Constanciensis
generalis et alia supra dicta tenetur etc Deo gracias etc
obedire

Si vero quod absit in futurum scisma oriri contingeret Ita quod duo vel
plures pro summis pontificibus se gererent / a die qua ipsi duo vel plures in-
signia pontificatus publice assumpserint seu administrare ceperint
Intelligatur ipso Iure terminus concilii tunc forte ultra annum pen-
dens / ad annum proximum breviatus / ad quem omnes prelati et
ceteri qui ad concilium ire tenentur / sub penis Iuris et aliis per
concilium imponendis / absque alia vocatione conveniant / Necnon
Imperator ceterique reges et principes vel personaliter aut per solemp-
nes nuncios tanquam ad commune incendium extinguendum per vi-
scera misericordie ihesu christi optime exhortati concurrant / et quilibet ipsorum
pro romano pontifice se gerentium infra mensem a die qua scienciam
habere potuit alium vel alios assumpsisse papatus insignia / vel
in papatu administrasse cessare sub interminatione maledictionis eterne
et amissionis Iuris si quod forte sibi quesitum esset in papatu /
quam ipso facto incurrat et ultra hoc / ad quaslibet dignitates active
et passive sit inhabilis / concilium ipsum ad eum anni predicti loco
prius deputato celebrandum / indicere et publicare / et per suas literas
competitori vel competitoribus ipsum vel ipsos provocando ad cau-
sam et ceteris prelatis ac principibus quantum in eo fuerit / intimare
necnon termino prefixo sub penis predictis ad locum concilii personaliter
se transferre / nec inde discedere donec per concilium causa scismatis
plenarie sit finita / Hoc adiecto quod nullus ipsorum contendens de papatu
in ipso concilio ut papa presideat / quinymo ut tanto liberius et
citius ecclesia uno et indubitato pastore gaudeat / sint ipsi omnes
de papatu contendentes / postquam dictum concilium inceptum fuerit /
auctoritate huius sacre sinodi / ipso Iure ab omni administratione suspensi /
nec eis / aut eorum alteri donec causa ipsa per concilium terminata
fuerit quoquomodo a quoquam sub pena fautorie scismatis obediatur / quod si forte
electionem romani pontificis / per metum qui cadit in constantem virum
seu impressionem de cetero fieri contingat ipsam decernimus efficacie
vel momenti / nec posse per sequentem consensum / etiam metu predi-
cto cessante ratificari vel approbari / non tamen liceat cardinalibus ad aliam
electionem procedere / nisi ille sic electus forte renunciet vel decedat / do-
nec per generale concilium de electione illa fuerit iudicatum / et si proce-
dant nulla sit electio ipso Iure sintque secundo eligentes et electus
si se papatui ingesserit omni dignitate honore et statu etiam cardinalatus
et pontificali ipso iure privati et inhabiles de cetero ad easdem et
etiam ad papalem / nec aliquis eidem secundo electo ut pape sub pena

fautorie scismatis obediat quoquomodo et eo casu concilium de electione ipse
provideat illa vice Sed liceat primo et teneantur electores omnes aut
saltem maior pars ipsorum quanto cicius sine personarum periculo po-
terunt etiam si periculum omnium bonorum immineret se transfer-
re ad locum tutum et metum predictum allegare coram nota-
riis publicis et notabilibus personis ac multitudine populi in loco
insigni constituti quod allegantes metum huiusmodi habeant in ipsius metus
allegacione exprimere speciem et qualitatem dicti metus et iurare
solempniter quod metus taliter allegatus est verus et quod credunt
se ipsum posse probare et quod per maliciam et calumpniam huiusmodi
metum non proponunt nec ultra futurum concilium ullomodo possint
differri allegacio dicti metus teneantur insuper postquam se trans-
tulerint et metum allegaverint modo predicto provocare
sic electum ad concilium quod concilium si ultra annum pendeat
a die provocacionis huiusmodi intelligatur ad annum ut supra ipso
iure termino abreviatus Et nichilominus teneatur electus ipse sub penis
predictis et cardinales provocacionis sub pena amissionis cardinalatus
et omnium beneficiorum suorum quam ipso facto incurrant infra mensem
a die provocacionis ad concilium ut supra dicitur indictum publicare
et quantocius poterunt intimare et cardinales ipse ipsi ceterique electores
ad ipsum locum concilii tempore convenienti personaliter se transferre
et usque ad finem cause expectare teneantur quoque prelati et ceteri
ut supra ad convocacionem cardinalium tunc si forte sit electus convo-
catus cessaret accedere Qui sic electus in concilio ipso non presideat
quinymo casu sic incidenti iniciendi concilii ipso iure ab omni
administracione papatus suspensus nec sibi a quoquam sub pena
fautorie scismatis quolibet obediatur Quod si infra annum ante diem
indicti concilii contingant supradicti casus videlicet quod plures
se gererent pro papa vel quod unus per metum seu impressionem eligatur
censeantur ipso iure tam gerentes se pro papa quam electus

per metum seu impressionem / et cardinales ad dictum concilium
prouocari teneatur quod in ipso concilio comparere personaliter causam
exponere et iudicium concilii expectare. Et si dictis casibus occurre
tibus contingat forte casus aliquis quo necesse sit locum concilii
mutare ut obsidionis uel gwerre aut pestis uel similis tene
antur nichilominus tamen omnes supradicti quam omnes pre
lati ceterique ad concilium ire tenentur ad locum proximiorem
ut premittitur qui sit abilis ad concilium conuenire possitque
maior pars prelatorum qui infra mensem ad locum declina
uerint illum sibi et aliis pro loco concilii deputare / ad quem
ceteri venire teneantur ac si a principio fuisset deputatus / con
cilium autem ut prefertur conuocatum et congregatum de
huiusmodi scismatis causa cognoscens et contumaciam electorum
seu gerencium se pro papa uel cardinalium si forte venire
neglexerint litem moneat causamque diffiniat ac culpabiles
in scismate procurando seu nutando / uel administrando uel obedi
endo administrantibus fouendo seu contra supius eligendo uel
calumpniosos in allegando metum eciam ultra predictas pe
nas cuiuscumque status gradus preeminencie existant ecclesiastice
uel mundane sic puniat ut vindicte rigor transeat ceteris in
exemplum. Ut autem metus seu impressionis molestia in electione pape
eo formidosius euitetur quo toti christianitati lamentabilius
eorum incussio seu factio perpetratur ultra predicta specialiter
duximus statuendum / quod si huiusmodi metum uel impressionem
aut violenciam electoribus ipsis uel alicui eorum in electione
pape intulerit seu fecerit aut fieri procurauerit uel factum ratum
habuit aut in hoc consilium dederit uel fauorem fatiens ve
scienter receptauerit uel defensauerit aut negligens in execucione
penarum inferius nominatarum extiterit cuiuscumque status gradus

vel preeminentie fuit etiam si imperiali regali pontificali vel alia
quamuis ecclesiastica seu seculari prefulgeat dignitate illas penas
ipso facto incurrat que constitutione f. re. Bonifacij pape octaui
que incipit felicis continentur illis quod effectualiter puniatur Ciui
tas vero que si quod absit vrbs romana fuit seu alia quecumque ciui
tatis que talia facientibus consilium vel auxilium dederit aut fauo-
rem vel infra mensem saltem taliter delinquentem prout tanti fa
cinoris enormiter exegerit et facultas ei affuit non duxerit
puniendum ipso facto subiaceat ecclesiastico interdicto Et nichilominus
preter dictam vrbem pontificali et supra ipso sic dignitate pri
uata non obstantibus priuilegijs quibuscumque Volumus insuper quod
in fine cuiuslibet concilij generalis hoc decretum solempniter publice-
tur necnon quandocumque et vbicumque romani pontificis electio iminebit fa
cienda ante ingressum conclauis legatur et publice intimatur

De professione facienda per papam

Quanto romanus pontifex eminentiori inter mortales fungitur
potestate tanto clarioribus ipsum decet vinculis et sacramentorum
ecclesiasticorum obseruandis ritibus alligari Ea propter ut futuris
romanis pontificibus in sue creationis primordijs singulari splen-
dore luceat plena fides statuimus et ordinamus quod deinceps quilibet
in romanum pontificem eligendus antequam sua electio publicetur
coram suis electoribus publice confessionem ac professionem in-
frascriptas (

In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris et filij et spiritus
sancti amen Anno a natiuitate domini M° cccc° xxvj° etc. Indictione etc.
Ego N. electus in papam omnipotenti deo cuius ecclesiam suo presi
dio regendam suscipio et beato petro apostolorum principi corde

et ore confiteor et profiteor quamdiu in hac fragili vita consti-
tutus fuero me firmiter credere et tenere fidem catholicam secundum
traditiones apostolorum generalium conciliorum et aliorum sanctorum
patrum maxime autem sacrorum et octo conciliorum generalium
videlicet primi niceni secundi constantinopolitani tercii ephesini quarti cal-
cedonensis quinti et sexti constantinopolitani septimi niceni octavi
quoque constantinopolitani necnon lateranensis lugdunensis et ~~viennensis~~ viennensis genera-
lium etiam conciliorum et illam fidem usque ad unum apicem
immutilatam servare et usque ad animam et sanguinem confirmare
defensare et predicare ritum quoque pariter sacrorum ecclesie catholice
traditum omnimode prosequi et observare. Hanc autem confessionem
et professionem meam per notarium sancte romane ecclesie me iubente
subscriptam propria manu subscripsi et tibi omnipotenti deo pura
mente et devota consciencia super tali altari sinceriter offero
in presentia talium etc. Actum etc.

Aliud decretum in eadem sessione
Ne prelati transferantur inviti

Cum ex prelatorum translationibus ecclesie de quibus transferuntur
plerumque gravibus in spiritualibus et temporalibus subiaceant dispendiis
et iacturis prelati quoque nonnumquam iura ac libertates ecclesiarum
suarum translationis formidine non adeo solerter ut alias prosequan-
tur ne ad importunitatem quorumdam que sua et que non Ihesu
Christi sunt querentium Romanus pontifex forsan ut homo facti
nescius in huiusmodi circumveniatur aliter leviter inclinet statuimus
et ordinamus invitorum episcoporum et superiorum translationem
absque magna et rationabili causa que vocata parte cognita fuit
et decisa de concilio romane ecclesie cardinalium vel maioris partis
cum subscriptione eorundem de cetero fieri non debere. Infe-
riores vero ~~rationabili cognita mutari amoveri seu privari~~

ut Abbates aliique perpetuo beneficiati inviti absque iusta causa et
rationabili cognita mutari ammoveri seu privari non debeant
addiciendo quod in mutacionibus abbatum subscripcio cardinalium
interveniat sicut in aliis est premissa solum constitucionibus
consuetudinibus et privilegiis ecclesiarum monasteriorum et
ordinum quorumcumque etc.

Publicata Basilee in Concilio generali in prima Sessione presidente Reverendissimo domino Juliano Cardinali que fuit celebrata xiiij mensis decembris Anno domini mccccxxxj° etc.

Ad omnipotentis dei gloriam fidei catholice exaltacionem christiane Religionis profectum Jaciens fundamentum in illo summo angulari lapide christo ihesu in quo omnis edificacio constructa crescit in templum sanctum in domino

Sacrosancta Synodus Basiliensis universalem ecclesiam representans in spiritu sancto legitime congregata presidente Reverendissimo in christo patre domino Juliano sancte Romane ecclesie sancti angeli dyacono cardinali apostolice sedis legato attendens quod sacra generalis Synodus Constanciensis in spiritu sancto celebrata salubre cognoscens et multimode fructuosum in sancta dei ecclesia generalia concilia frequentari hoc suo decreto constituit huiusmodi sub tenore

Frequens generalium conciliorum celebracio agri dominici precipua cultura est que vepres spinas et tribulos heresum errorum et scismatum exstirpat excessus corrigit deformata reformat et vineam domini ad frugem uberrime fertilitatis adducit Illorum vero neglectus premissa disseminat atque fovet hec preteritorum temporum recordacio et presencium consideracio ante oculos nostros ponunt Ea propter hoc edicto perpetuo Sancimus decernimus atque ordinamus ut amodo concilia generalia celebrentur Ita quod primum a fine huius concilii in quinquennium immediate sequens Secundum vero a fine illius immediate sequentis concilii in septennium Et deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur in locis que summus pontifex per mensem ante finem cuiuslibet concilii approbante et consenciente concilio vel in eius defectum concilium deputare et assignare teneatur ut sic per quandam continuacionem semper aut concilium vigeat aut per termini pendenciam expectetur Quem terminum liceat summo pontifici de fratrum suorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio ob emergentes forte causas abbreviare sed nullatenus prorogetur Locum autem pro futuro concilio celebrando deputatum absque evidenti necessitate non mutet Sed si forte casus aliquis occurrerit quo necessarium videretur ipsum locum mutari puta obsidionis guerrarum pestis aut similis tunc liceat summo pontifici de predictorum fratrum suorum aut duarum parcium ipsorum consensu atque subscripcione alium locum prius deputato loco viciniorem et aptum sub eadem tamen nacione surrogare nisi idem vel simile impedimentum per totam illam nacionem vigeret tunc ad aliquem alium viciniorem alterius nacionis locum aptum huiusmodi concilium poterit convocare ad quod prelati et alii qui ad concilium solent convocari accedere teneantur ac si a principio locus ipse fuisset deputatus Quam tamen loci mutacionem vel termini abbreviacionem per annum ante prefixum terminum teneatur summus pontifex legitime et solempniter publicare et intimare ut ad ipsum concilium celebrandum predicti possint statuto termino convenire Finis huius decreti habetur [illegible] folio

Atque pro ipsius execucione decreti Civitas papie apud Italiam fuit electa pro generali concilio in fine tunc proxime sequentis quinquennii celebrando quod quidem concilium suo debito tempore in dicta Civitate papie celebrari cepit extitit inchoatum et inde ex causis translatum ad Civitatem Senensem In quo quidem generali concilio papie inchoato et in Civitate Senensi celebrato hec Basiliensis Civitas pro celebracione tunc futuri concilii generalis post septennium a fine ipsius Senensis concilii celebrandi fuit electa et debite assignata ut constat in instrumento publico inde confecto huiusmodi seriei

Tenor instrumenti

In nomine domini amen Tenore presentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter et sit notum quod Anno a nativitate eiusdem domini millesimo quadringentesimo vicesimo quarto Indictione secunda die vero sabbati decima nona mensis februarii hora terciarum vel quasi pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti anno septimo vigente et durante Sacrosancto generali concilio Senensi in Civitate Senensi ac presidentibus eidem concilio vice et nomine prefati domini nostri pape et pro eo Reverendissimis in christo patribus dominis et dominis dei et apostolice sedis gracia petro archiepiscopo Cretensi Jacobo episcopo Spoletano petro abbate de Rosacio Aquilegiensis diocesis ac leonardo de florencia magistro et generali ordinis predicatorum per eundem dominum nostrum papam ad infrascripta

specialiter deputatis et ordinatis Idem domini presidentes quandam concordiam deputatorum omnium inclitarum
nationum prefati concilii Senensis super electione loci futuri concilii fecerunt in qua affuerunt predicti domini
presidentes concilii vna cum Reuerendis patribus ac egregiis et circumspectis viris cum quinque nationum
videlicet pro ytalica parte prelatorum et aliorum de extra territorium Senensis dominus petrus sanctus episcopus
Castrensis et dominicus de sancto Germano decretorum doctor camere apostolice auditor pro parte prelatorum
et aliorum habentium titulos in territorio Senensis dominus Nycolaus abbas sancti donati ordinis
se non habere mandatum ad actum infrascriptum faciendum dicendo sed audiendum et referendum duorumquolibet
sed tamen Italica natione reputare asserebat pro natione gallicana Reuerendi patres et domini
domini Camillinus episcopus Cautulletensis Ludouicus de pallude Regalis Trenorchiensis ordinis sancti
benedicti Cabilonensis diocesis et Johannes Vrsicampi ordinis Cisterciensis Nouiomensis diocesis Abbates
pro natione Germanica Reuerendus pater dominus Hartungus de Cappel decretorum doctor sacri palatii apostolici
causarum auditor ac ~~pa~~ venerabilis et Religiosus vir frater Theodricus de Eluelt monachus
ordinis premonstratensis in decretis licenciatus ac eiusdem ordinis prior Pro natione hispanica
petrus alfonsi abbas sancti vincencii et canonicus ecclesie Tolletane qui tamen dixit se non habere
aliud mandatum a natione sua ad huiusmodi actum faciendum nisi solum ad audiendum et referendum de quo etiam
solempniter fuit protestatus pro natione Anglicana Reuerendus pater et dominus dominus Franciscus episcopus
Aquensis ac venerabilis vir magister Thomas de Merdona canonicus Cistoriensis in sacra pagina baccalaureus Qui
deputati suprascripti singuli singula infrascripta mandata sua in publica forma illis de territorio
Senensis et natione hispanica exceptis Senensis in capella domus operarii maioris ecclesie Senensis
prope eandem ecclesiam sita produxerunt et quilibet eorum produxit Omnibus sic congregatis ac missarum
solempniis aliisque cerimoniis debitis et consuetis ibidem completis Supradicti domini deputati
singularum nationum ad infra singularia mandata de quibus per iusta sub publicis signis et sub-
scriptionibus notariorum publicorum tunc ibidem presentium signata et subscripta latius fecerunt fidem ad
huiusmodi electionem loci per ordinem processerunt Et inter cetera quam plurimis allegationibus propositi-
onibus altercationibus et dissensionibus diuersorum locorum et prouinciarum hinc inde inter ipsos depu-
tatos habitis atque factis Demum de loco futuri et tunc celebrandi concilii proxime secuturi iuxta
formam et tenorem decreti sine constitutionis concilii Constanciensis et in prouincia Alemannia tanquam
habilem sufficientem et ydoneam corporum etiam sua vnanimiter et concorditer nominauerunt et elegerunt
dictis tamen Nycolao sancti donati et petro alfonsi abbatibus prout expresse non consencientibus Basilea
loco sic per ipsos dominos deputatos electo supradicti domini quatuor presidentes concilii ex parte domini
nostri pape decretum dictum sine constitutionem concilii Constanciensis in quo continetur de modo eligendi loca
conciliorum necnon litteras apostolicas domini nostri pape predicti cum vera bulla plumbea ut prima facie appa-
rebat more Romane curie munita super potestate dictis dominis presidentibus ad presentem actum a domino
nostro papa predicto concessa per egregium virum dominum Michaelem de Prato decretorum doctorem
et prefati domini nostri pape secretarium ibidem presentem publice alta voce et intelligibili voce
coram dominis presidentibus et deputatis nationum aliisque super dictis infrascriptorum tenorum legi
et publicari fecerunt Tenor vero decreti sequitur et est talis Frequens generalis conciliorum
~~Re in fol precedenti~~

Cum vero finis instaret Septennii quod est tempus expresse in dicto concilii Constanciensis decreto celebrationis
huiusmodi generalis concilii prefinitum felicis recordationis dominus Martinus quintus sancte Romane et vniuersalis ecclesie
tunc presidens pontifex volens celebrationem generalis concilii fieri iuxta prememoratum decretum
cum tunc propter etatem decrepitam et multiplices sui corporis morbos in persona propria non poterat

presidere dictum dominum Julianum sancte Romane ecclesie sancti Angeli dyaconum Cardinalem de fratrum suorum consilio ad celebrandum ipsum concilium ac eadem vice et loco ipsius summi pontificis presidendum suum et sedis apostolice destinavit legatum per suas apostolicas litteras quarum tenor sequitur et est talis

Martinus episcopus servus servorum dei etc.

Ipse autem reverendissimus dominus legatus mandatum apostolicum exequi cupiens cum tempore quo iam instabat celebrationem concilii inchoari circa expeditionem adversus pestiferam heresim Hussitarum esset pro causa fidei admodum occupatus suos ad hanc civitatem vices gerentes destinare curavit deinde postmodum quam citius fuit possibile ad presentem civitatem accessit ut iniunctum legationis officium posset in celebratione huiusmodi generalis concilii prestante divini muneris gratia adimplere prout etiam Sanctissimus dominus noster papa Eugenius repetitis suis litteris sibi mandavit In qua civitate iam per tres menses et ultra cum prelatis et ceteris qui ad ipsam civitatem causa celebrationis dicti generalis concilii advenerunt quamplurimas congregationes fecit habitisque tractatibus super ipsius stabilimento et celebratione concilii tandem decretum est presentem solempnem fieri sessionem in qua primum cum ut expressius constat apostolica hec civitas sit locus celebrationis generalis concilii deputatus et adsit iamdudum citra tempus ipsius concilii celebrandi sacrosancte sedis apostolice non desit auctoritas decernit diffinit et declarat in hac civitate et loco esse generale concilium stabilitum canonice et fundatum et ergo quod ad eius celebrationem teneantur accedere omnes tam prelati quam ceteri qui de iure vel consuetudine ad generalia concilia accedere sunt astricti

Ceterum cum omnis prudens eo directionis atque intensionis suas dirigat actiones quo ipsarum destinatum finem agnoscit Idcirco hec sancta Synodus necessitates christiane religionis sedula meditatione cogitans matura et digesta deliberatione decrevit ad hec tria a quo cuncta procedunt bona auctore toto solicitudinis studio operam dare primo ut omni heresum a christianis partibus tenebris propulsatis lumen catholice veritatis Christo vera luce largiente refulgeat Secundo ut bellorum rabie qua satore zizanie seminante in diversis partibus affligitur et dissipatur populus christianus congrua meditatione sedata pacis auctore prestante in statum reducatur pacificum et tranquillum Tertio cum multiplicibus viciorum vepribus et spinis dominica vinea iam quasi silvescat nimia densitate ut illis debito cultoris studio resecatis evangelico agricola celitus operante refloreat honestatis et fructus et honoris felici ubertate producat Et quia absque celestis influxione gratie hec tam grandia bona sperari non possent omnes christi fideles in domino propensius exhortatur ut ad optinendum premissorum consumationem felicem devotis orationibus ieiuniis et elemosinis apud divinam maiestatem diligenter insistant et pius et misericors deus humilibus placatus obsequiis optatam rerum consumationem huic sacro concilio sua pietate solita prestare dignetur eis in remissionem suorum peccaminum hec in integrum etc.

Verum quia cum premissa ad que huius sacri concilii tendit intencio sint plurimum ardua et accuratum studium exigant multaque sint sollicitudine ac etiam vigili pertractanda, exhortatur omnes in hoc sacro concilio persistentes et ad ipsum venturos ut diligenter illa secum cogitent atque cum aliis sacro concilio excogitata pertractent que eis videbuntur in eadem utilia vel etiam oportuna ut inde communi debito quod super eis tractatum habitum et matura deliberacione digesto melius et utilius per sacrum concilium in premissis queat assistente spiritu sancto gracia provideri. In hoc namque sacro synodo congregatis plena et libera sit omnibus et singulis loquendi et consulendi facultas circa ea que ad agenda esse videbuntur accomodo iuxta materias in ipsius concilii deliberacione propositas.

Ut autem quamorum et gestuum venustate unusquisque in sessionibus et congregacionibus huius sacri concilii debeat se habere quod antiquorum patrum iam dudum statutis regulis innotescat, decretum Tolletani concilii presentibus duximus inserendum.

In loco benediccionis considentes domini sacerdotes nullus debet aut indiscretis vocibus perstrepere aut quibuslibet tumultibus perturbare, nullus etiam vanis fabulis vel risibus, vel quod est deterius obstinatis altercacionibus tumultuosas voces effundere. Si quis enim ut ait apostolus putat se religiosum esse non refrenans linguam suam sed seducens cor suum huius vana est religio. Cultum enim suum iusticia perdit quando silencium iudicii obstrepencium turba confundat dicente propheta: erit cultus iusticie silencium. Debet ergo quicquid aut a consedencium consultacionibus agitur aut ab accusancium parte proponitur sic mitissima relacione conferri ut nec contencio sed vocibus sensum audiencium turbet nec iudicii vigorem de tumultu enervet. Quicumque ergo in conventu concilii hec que premissa sunt violanda crediderit et contra hec interdicta aut tumultu aut contumeliis vel risibus ipsum concilium perturbavit, iuxta divine legis edictum quo precipitur: eice derisorem et exibit cum eo iurgium, cum omni dedecore a consessione abstractus a communi cetu recedat et trium dierum excommunicacionis sententiam ferat.

Ad obviandum controversiis que solent super hiis in conciliis et publicis congregacionibus suboriri et non nunquam eorum progressum per longa tempora impedire, hec sacra synodus ordinat, statuit et decernit quod per quoscumque actus, nominaciones, intitulaciones, honorum exhibiciones tam in sede quam aliis quibuscumque dictis factis dicendis aut faciendis in hoc concilio per quoscumque prelatos, principes vel eorum aut universitatum et communitatum quarumcumque nuncios vel legatos seu ipsis et de ipsis vel eorum altero in eodem concilio nullum ius seu possessio de novo acquiratur, nulli quoque preiudicium generetur. Nullusque ius in proprietate vel possessione ledatur et per premissa vel huiusmodi legatorum admissionem ius vel titulus alicui approbari illaterum censeatur vel etiam reprobandi aut ius vel possessionem in generali concilio interessendi vel interim taliter vocem dandi nunquam acquiri, sed in omnibus et per omnia unicuique in eo statu post hoc concilium remaneat in quo ante ipsius celebracionem concilii permanebat etc.

Sane quoniam operi aliquid intendenti non satis est edificatum operam dare si eis adversis impedientibus non resistat, id circo decretum in sacro Constanciensi concilio editum adversus eos qui venientes ad concilium stantes redeuntes impediunt, iniuriant vel molestant pro super habundanti cautela contra eos qui venientes stantes et intendentes ab hoc sacro synodo in persona vel bonis impedire, iniuriari vel molestare presumpserit locum habere declarat et decernit iuxta ipsius que talis est seriem et tenorem.

Sacrosancta generalis synodus Constanciensis universalem ecclesiam representans in spiritu sancto ad extirpacionem scismatis heresu-
mque et errorum ac unionem ipsius ecclesie in capite et in membris debita reformacione legitime congregata ad futuram
rei memoriam justicia et equitate cogente non dubitat si qui nocere volentes ad eos conveniant presa-
mentis processibus apostolicis impendentur obviatur auctoritate sanctionis canonice contemptores in aliquo pro-
labuntur in iniurias et offensas ecclesiastica censura percellit et pro demerito culpe rigore adeunt judiciarie
potestatis. Nam si quibuslibet per campum licencie freno deposito modestie vagaretur impune facile quisque
sermet in peius et nervus disciplinacionis iusticie periret.

Porro quia nonnumquam lingua subdola plurimum impedit et perturbat facta vel detractoria seminando Et
quia non minus grave sit tam grande preparatum impedire progressum omnium omnia dissolucione sit dignum
Idcirco malignorum conatibus cupiens obviare dicta sancta synodus omnes et singulos sub
obtestacione divini judicii admonet ne impedimentum perturbacionem prorogacionem vel dissolucionem
huius sacri concilii moliantur. Si qui autem fuerint animo impediendi vel perturbandi hoc sacrum concilium
verbo facto vel alio palam vel occulte impedimenta perturbacionem prorogacionem et dissolucionem
fieri procurant contra [illegible] ulcione penali perpetrati facinoris gravitate et contra eos tamquam qui
per perturbacionem rigide procedetur cum extirpacionem heresum et morum reformacionem
impedire videatur.

Item quia qui intersunt in hoc sacro generali concilio pro communi bono totius ecclesie congregati non debeant
minori prejudicium grande quam ceteris aliquorum quarumque causarum negociis quibuslibet
vel utilitatibus intendentes. Ideoque tamquam causa rei publice absentes debent pro pluribus merito
reputari ad instar sacri Constanciensis concilii in quo non [illegible] ordinatum [illegible] alium
statuit ordinat et decernit quod omnes et singuli qui in eodem concilio tamquam ipsius suppositi
sunt recepti vel recipientur in posterum ab eo die quo iter arripuerunt ad dictum concilium veniendi
et quamdiu permanserint in eodem et eciam residentes per tantum tempus quo ad suum possunt domi-
cilium reverti fructus omnium beneficiorum suorum cum ea integritate percipiant qua eos perciperent si
in ipsis beneficiis residerent non obstantibus in contrarium quibuscumque.

Et quia vero ad prosecutionem huius sacri concilii requiruntur officiales et ministri ideo deputat et
ordinat notarios ad scribendum acta concilii Lucam de Viso secretarium dicti domini legati et
Rudolphum Lapicide diocesis Gebennensis et ut omnia ea decencius ordinetur quo maiori fuerint
dicta concilio deputat et ordinat venerabiles Henricum Nythart doctorem et baccalarium Parisiensis
licenciatum in decretis decanum [illegible] acta concilii universa per dictos notarios scripta
conspiciant debiteque si opus sit corrigant et emendent. Promotores quoque ipsius concilii deputat
magistrum Nicolaum [illegible] magistrum in artibus et licenciatum in theologia et Henricum Auestetter in
decretis licenciatum [illegible] diocesis Constanciensis. Deinde [illegible] ordinatores qui consistentes
in concilio in locis et sedibus debitis collocent quorum ordinatori omnes obedire teneantur
Henricum Stater in medicina magistrum decanum Traiectensem et Sanderum de Marteshusen
in legibus baccalarium et canonicum ecclesie sancti Petri Maguntinensis



Sacrosancta Basiliensis synodus in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans universis ecclesiasticis
viris nobilibus et toti populo regni Bohemie unionem et pacem in Christo Jhesu domino nostro. Compulit
nos caritas Christi egredi de terra nostra et cognatione nostra et venire ad locum quem ostendit nobis
dominus pro pace ecclesie et salute populi christiani. Putat quidem mirum si pro Christo in terra aliena peregrinari
decrevimus cum ipse dominus noster pro nobis durissima usque ad mortem crucis peregrinatione pati dignatus
sit. Videns ita dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret et nos mutuo ita ipsum
diligere debemus ut si pro omnibus fratribus si oporteat animas nostras libenter exponamus. Quod
quidem quantum divina gratia inspiravit erga omnes prompto animo pati sumus. Et ob hoc ex omni
ecclesia ad sacrum generale concilium convenimus ut expulsis de populo christiano erroribus sedatis
bellis et extinctis odiorum illecebris fidei unitas amor concordia et sanctorum morum disciplina
ubique servetur et ipsa mater ecclesia toto orbe terrarum diffusa in pace et unitate refloreat. Putet
quamquam plurima in hoc sacro concilio immineat quibus necessario videndum est nichil tamen ante oculos
nostros tam sedule versatur quam ut vos in eadem unitate nobiscum coniungamus. Si sciretis quanto
affectu salutem et pacem vestram optamus si corda nostra caritate erga vos ardentia intueremini
obmissis omnibus sine mora huc properantes preteritis vos in ulnas nostras extendentes quod a nobis
qui vos propter Christum ut nos ipsos amamus reque amabitis venire possetis. Putet
forsan dissidium vestrum aliquandiu in ecclesia deus permisit ut per experientiam cognoscentes quanta
mala ex divisione ecclesie oriuntur postea alter alterum perfectius diligamus et unitas qua
nichil inter homines reperitur dulcius custodiatur. Christus pro nobis oravit ut non solum
apostoli sed omnes qui per verbum eorum credituri erant unum essent sicut ipse sunt pater et filius
et in hoc dixit cognosci discipulos suos si dilectionem ad invicem habeant. Si domino nostro Jhesu Christo
placere si eius discipuli esse videri volumus laboremus pro viribus ut unum simus. Dilectionem
et concordiam sicut Christi fideles decet in vicem habeamus, ostendamus secundum primitivas ecclesie ut
multitudinis credentium sit cor unum et anima una sicut unus est nobis deus una fides et
unum baptisma. Ita nos eiusdem patris filii sumus unanimes ut habitare unius moris nos
dignos faciat in domo sua. Ecce quam bonum et quam iocundum est cum in eadem sancte matris
ecclesie domo concordes habitabunt fratres in unum. Quanta leticia erit in celis si vos qui aliquandiu
a nobis divisi fuistis iterum in unitate et caritate nobiscum reconciliemini. Ecce spiritus sanctus
ex omni natione congregat fratres ut sicut ipse caritas est ita in caritate veniat et iuxta
promissionem Christi omnem doceat veritatem que ad salutem est necessaria. Scimus quod in agro ecclesie
paterfamilias bonum fidei semen in terra seminaverat sed venit inimicus homo et super
seminavit zizania. Putamus multum bonum semen adhuc superesse nec radicitus omnino amissum.
Speramus terram adhuc esse idoneam ad fructificandum in domo domini. Dummodo super infundat
ros spiritus sancti qui illa fecundet et herbas nocivas exterat. Credimus vobis molestum fore tot
strages incendia depopulationes et in summa mala experiri que ex intestinis dissidiis cottidie contingunt
vosque optare pacem et quietem proprie. Quibus nusquam melius provideri potest quam in hoc sacro concilio ubi
universalis convenit ecclesia. Hic quidquid pertinet ad fidei unitatem quidquid ad pacem et concordiam
quidquid ad vite puritatem et divinorum mandatorum observantiam omni cum diligentia et libertate tractabitur.
Licebit omnibus libere exponere quidquid christiane religioni expedire iudicaverint licebit consulere
et parare remedia. Aderit plane spiritus sanctus in cuius nomine congregata est hec sacra synodus

Ipse erit dux et rector celi perfecte illuminaturus corda omnium ut via ambulet veritatis et pacis. In
ipso fide certa habemus quod si hic puro corde et bona intencione accesseritis procul dubio leti et consolati
in patriam redibitis gerentes vere pacem et quietem graciamque dei et hominum vobiscum deferentes
Audivimus quod sepe conquesti estis non esse vobis traditam qualem voluissetis libera audiencia
Jam cessabit omnis querele occasio. Ecce iam locus et facultas plene audiencie prebetur. Jam
non vitamini non coram paucis sed universis audiencium quantum libet audiant et vobis ipse spiritus sanctus
aspirabit medius judex et arbiter quid in ecclesia tenendum et agendum sit. Erimus simul in oracione
perseverantes et tam diu ac tam frequenter sua pietate ieiuniis gemitibus precibus obsecracionibus
ac sanctis operibus interpellamus usque ipse caritatis auctor et veritatis doctor corda universi populi
illustrabit ad cognoscenda amplectendaque veritatis et unitatis semita. Ob hoc potissime
in ecclesia spiritus sanctus introduxit concilia ut si qua circa fidem inter christianos dissensio orta
fuit omnibus in unum convenientibus pro invocatione roris sui veritas evidencius appareat. Sepe
nimis in christiane religione pullulaverunt errores opiniones et scismata sed interventu sanctorum conciliorum
spiritus sanctus illa procul effugavit et penitus extinxit. Si veritatem fidei diligitis si pacem optatis
si honor christi vobis cure est jam tempus ipsa ostendite. Nullo umquam tempore nec loco efficacius
ac comodius quam hic et nunc ista omnia fieri possunt. Proinde vos ex toto corde et tota anima
per ipsum spiritum sanctum hortamur rogamus et obsecramus ut postquam hostium ad tale et tantum bonum
apertum videtis nec differatis introire et ad hoc sacrum sanctum concilium in nomine ihesu christi considentes
accedere ut unanimiter audiamus verbum hoc quod spiritus sanctus in ecclesia dei facturus est. Et licebit
hunc locum sacrum quod libere omnibus venientibus patuerimus ne tamen aliqua forsan occasione
retrahi possitis nos patres offerimus plenum ac sufficientem salvumconductum veniendi standi
et recedendi hiis quoscumque destinare volueritis nomine universalis ecclesie gerere ac omnia
facere que pro tutela et securitate ipsorum expedire videbuntur. Rogamus autem ut viros tales
mittatis super quos spiritus domini requiescere possit mites videlicet timoratos humiles corde
pacem optantes et non que sua sunt querentes sed que ihesu christi qui nobis et vobis et
toti christiano populo hic pacem et in futuro seculo vitam eternam donare dignetur. Qui vivit
benedictus in secula. Amen

Publicata Basilee in concilio generali In secunda Sessione
presidente domino episcopo Constanciensi que fuit celebrata xv kl.
marcii Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis ecclesiam militantem representans ad perpetuam rei memoriam et laudem omnipotentis dei ac benedicte individue trinitatis gloriam et honorem pro heresum atque errorum extirpacione morumque in capite et in membris reformacione ac regum et regnorum ceterorumque populorum adversarum auctore discordiarum procurante dissidencium pacificacione in spiritu sancto legitime congregata decernit statuit diffinit declarat et ordinat ut sequitur

Et primo quod eadem sacra Basiliensis synodus sacris Constanciensi et Senensi generalibus conciliis decernentibus atque ordinantibus et auctoritate apostolica conveniencie fuit et est in hoc loco Basiliensi debite legitime que ac rite iniciata et congregata

Item ne de eiusdem sacre Basiliensis synodi potestate aliquo quo dubitetur ipsa eadem synodus duas declaraciones quas decrevit synodus Constanciensis in quinta Sessione aliis suis decretis editis seu edendis inserendas ordinat et decernit quarum quidem declaracionum tenor prime sequitur et est talis

Et primo declarat quod ipsa synodus in spiritu sancto legitime congregata generale concilium faciens et ecclesiam militantem representans potestatem a Christo inmediate habet cui quilibet cuiuscumque status vel dignitatis eciam si papalis existat obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem extirpacione dicti scismatis et ad generalem reformacionem ecclesie dei in capite et in membris

Alterius vero tenor sequitur in hec verba

Item quod quicumque cuiuscumque status vel dignitatis eciam si papalis existat qui mandatis statutis seu ordinacionibus aut preceptis huius sacre synodi et cuiuscumque alterius concilii generalis legitime congregati super premissis seu ad ea pertinentibus factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit nisi resipuerit condigne penitencie subiciatur et debite puniatur eciam ad alia iuris subsidia si opus fuerit recurrendo

Premissis igitur et nonnullis aliis Constanciensis concilii presertim capituli quod incipit frequens in priori huius sacre synodi Basiliensis Sessione recitati decretis attentis prefata synodus Basiliensis decernit et declarat quod ipsa pro heresum extirpacione ac morum generali reformacione in capite et in membris ac pace inter christianos procuranda ut premittitur in spiritu sancto legitime congregata per nullum quavis auctoritate eciam si papali dignitate prefulgeat dissolvi aut ad alium locum transferri seu ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit debet et potest debebit aut poterit in futurum absque eiusdem synodi Basiliensis deliberacione et consensu

Item diffinit ordinat decernit hec sancta synodus quod nulla persona cuiuscumque status dignitatis seu condicionis fuerit in eadem synodo actu existens aut futura eidem incorporata vel incorporanda a tempore arrepti itineris ad ipsum concilium sine fraude cominati ad recedendum ab eadem

a quoquam quavis auctoritate eciam si pontificali dignitate prefulgeat directe vel indirecte in lesionem et
perturbacionem dicte sancte synodi invita sine deliberacione et consensu ipsius sancte synodi
requiri moveri compelli citari evocari ad alium locum eciam curiam Romanam valeat possit
aut debeat quolibet impediri Si autem a quoquam quovis quavis auctoritate eciam si pontificali dignitate
prefulgeat vel premittitur in contrarium attemptatum fuit seu attemptaretur in futurum aut
processus penales vel mandata eciam censuras ecclesiasticas seu translaciones prelatorum
invitorum vel privaciones aut inhabilitaciones eorundem seu aliorum beneficiatorum quorumcumque
alios re quascumque penas continentes ut ab eadem sancta synodo recedant vel non accedant ad
eandem aut eidem non adhereant fulminati fuerint fulminentur aut fulminarentur in futurum totum
sit irritum et inane nec eisdem processibus censuris ac penis tamquam irritis et inanibus
quolibet obediendum fore predictosque processus et censuras cum omnibus inde secutis et secuturis
quatenus de facto processissent aut procederent in futurum cassat irritat et annullat et processus
irritos atque nullius habendos decernit diffinit ordinat et declarat

Item decretum dicti sacri Constanciensis concilii in hærendo statuit declarat quod prelati et alii qui
tenentur huic sacro concilio interesse ab hoc loco ante finitum concilium nisi ex causa racionabili
per deputatos seu ab hoc sacro concilio deputandos examinandos non recedant quam quidem
causa examinata et legitime approbata possit recedere de licencia illius vel illorum qui potestatem
habent vel habebunt auctoritatem concedendi talis recedens teneatur dimittere alios in loco remanentibus
suam potestatem sub penis iuris per hoc sacrum concilium indicendis et in facientes contrarium concepta

Sessio tercia Concilii Basiliensis habita
penultima die aprilis in eccia Kathedrali

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans Olim sacrum
Constanciense concilium volens futuris ecclesie necessitatibus providere matura deliberacione statuit et decrevit
ut post finem ipsius concilii in quinquennium deinde in septennium ac postea perpetuo futuris temporibus
de decennio in decennium generale concilium celebretur Cuius decreti vigore felicis recordacionis Martinus papa quintus ipso
Constanciensi approbante concilio Statuit in civitate Papiensi proximum tunc concilium celebrari quod ibidem
ceptum fuit et de consensu et approbacione ipsius concilii ad civitatem Senensem translatum In quo
Senensi concilio fuit electa hec Basiliensis civitas pro futuro tunc concilio in septennium celebrando
appropinquante autem fine ipsius septennii prefatus dominus papa Martinus volens decreto Constanciensi
et ordinacioni Senensis concilii satisfacere ut debebat Reverendissimum in Christo patrem dominum Julianum
sancti Romane ecclesie sancti Angeli dyaconum Cardinalem sedis apostolice destinavit legatum cum plena
potestate eidem concilio vice et auctoritate sancte sedis apostolice presidendi quod eciam sanctissimus dominus papa Eugenius
quartus ratum habuit et approbavit Providens hoc sacrum generale concilium in spiritu sancto legitime congregatum
provida et matura deliberacione considerans heretica pestem in partibus Bohemie nimis serpere

crudeliterque dei occulto iudicio bello plures attentatis non potuit superari atque quod in diversis mundi
partibus clam heresis pestis pullulat atque serpit quamque proh dolor intra christianas provincias bellorum
desevit rabies et devastat morumque nimia deformitas divinam maiestatem offendit tantis
et tam pestiferis malis omnipotentis dei gratia largiente ad extirpacionem heresum pacemque in populo christiano
componendam et reformacionem generalem ecclesie dei in capite et in membris studiose occurrere et
salutaribus remediis providere disposuit et ut hec ad optatos fines commodius duci possent
Considerans hec sancta Synodus prout fuerat summe proficuum reverendissimos sancte Romane ecclesie Cardinalium
in ipso concilio esse accommodum et multimode fructuosum venerabilem virum magistrum Johannem pulchripatris
sacre theologie professorem ad sanctissimum dominum Eugenium summum pontificem destinavit atque ad prefatos
reverendissimos dominos cardinales prefatum sanctissimum dominum papam exorando et supplicando ut huc si commode
posset accederet ipsique sacro concilio favoribus et auxiliis assisteret oportunis Demumque venerabiles
viros Jacobum Sweys scolasticum Traiectensem ac Thomam Fiene decretorum doctorem suos pro eadem
causa oratores ad eundem dominum papam et dominos cardinales transmisit Cum autem ad noticiam ipsius
concilii pervenisset prefatum dominum papam quam sinistra informacione motum dissolucionem ipsius concilii
attemptasse quequidem dissolucio in periculum eversionis fidei cederet evidenterque necnon ecclesie dei
grave scandalum ad eundem dominum papam atque reverendissimos dominos Cardinales suos destinavit pro tunc
oratores reverendum patrem dominum Ludowicum episcopum Lausanensem et magistrum Henricum Stathen decanum
Traiectensem ad supplicandum instandum et requirendum prefatum dominum papam ut ipsam dissolucionem
revocare dignaretur huicque sancto concilio in tam laudabilibus operibus suffragaretur auxiliis
et consiliis oportunis Consideransque hec sancta Synodus prefatam dissolucionem concilii contra decretum
Constanciensis concilii esse factam tendereque in eversionem fidei grave periculum et status ecclesiastici
turbacionem et detrimentum atque scandalum tocius populi christiani eandem dissolucionem decrevit
nullatenus fieri potuisse quinymmo ipsa minime obstante ad prosecucionem eorum que pro fidei stabilitate
et salute populi christiani laudabiliter sunt incepta esse cum spiritus sancti gratia procedendum verum cum rede-
untibus prefatis episcopo Lausanensi et decano Traiectensi optata missio a sanctissimo domino papa non
fuit reportata licet non solum a predictis concilii oratoribus ipsius concilii nomine sed et a sere-
nissimo domino Rege Romanorum fidei ecclesie advocato prefatus sanctissimus dominus supplicatus interpellatus
requisitus rogatusque fuit et totis nisibus multiplicatis vicibus obsecratus Idcirco hec sancta Synodus
in spiritu sancto legitime congregata innitens decretis sacri Constanciensis concilii quorum verba sunt hec etc.
Sancta Synodus in spiritu sancto legitime congregata generale concilium faciens ecclesiam katholicam militantem
representans potestatem a christo immediate habet cuiquilibet cuiuscumque dignitatis vel status eciam si papalis existat
obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem et extirpacionem dicti scismatis et ad generalem
reformacionem ecclesie dei in capite et in membris Item declarat quod quicumque cuiuscumque status vel
dignitatis eciam si papalis existat qui mandatis statutis sive ordinacionibus aut preceptis huius
sancte Synodi et cuiuscumque alterius concilii generalis legitime congregati super premissis seu ad ea
pertinentibus factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit nisi resipuerit condigne penitencie
subiciatur et debite puniatur eciam ad alia iuris subsidia si opus fuerit recurrendo In
hac solempni sessione ipsum sanctissimum dominum papam necnon reverendissimos dominos Cardinales

modo et forma infrascriptis interpellare decreuit. Hec igitur sancta synodus in spiritu sancto legitime congregata
predictum beatissimum dominum papam Eugenium cum omni reuerentia et instantia supplicat et per viscera
misericordie ihesu christi exorat requirit et obtestatur ac monet quatenus pretensam dissolutionem sicud de
facto processit de facto reuocet et ipsam reuocationem quemadmodum et dissolutionem fecit per
diuersas mundi partes transmittat et publicet absque impedimento dicti generalis concilii desistat
Quinymo eidem ut debet faueat et assistat omniaque prebeat subsidia et auxilia oportuna necnon
infra trium mensium spacium quod ad hec pro trino peremptorie prefigit et assignat si corporalis ipsius
disposicio pacietur personaliter veniat Siuautem personam vel personas loco et vice sui destinet
et transmittat cum plenaria potestate ad omnia et singula in hoc generali concilio peragenda usque ad totalem
conclusionem ipsius per omnes et singulos actus gradatim et successiue Alioquin si hec vt sua
sanctitas neglexerit quod de christi vicario non est aliqualiter sperandum sancta synodus prout iustum
fuerit et spiritus sanctus dictauerit necessitatibus ecclesie prouidere curabit et procedet Secundo quia insuper
fuit dominum petrum et iohannem Sancti prefatos reuerendissimos duos cardinales qui tamquam principales
ecclesie dei cardines ad hec feruencius intendere debent exorat requirit obtestatur et
amonet quatenus cum prefato domino papa suppedictis solicitam instantiam faciant hincque sacro concilio
faueant assistant et impendant modis omnibus oportunis Et cum presencia ipsorum pro com-
muni magnorum prudentum et expertorum virorum sit huic sacro generali plurimum oportuna ipsos duos
cardinales et quemlibet eorum requirit monet et citat quatenus infra spacium trium mensium
ab intimatione presencium quem terminum pro trina et canonica monicione prefixit et peremptorie prefigit et
assignat ad dictum sacrum generale concilium veniat cessante impedimento cessante Alioquin cum
eorum negligentia ad ipsum sacrum generale veniendi ut tantis necessitatibus ecclesie succurratur in
periculum grauis iacture fidei katholice totiusque ecclesie detrimentum censeatur procul dubio
redundari hec sancta synodus lapso termino supradicto contra eos qui venire neglexerint eorum
contumacia non obstante procedet prout dominum petrum et iohannem dictauit et permisit ordo iuris et
necessitatibus ecclesie largiente altissimo prouidere curabit. Iniunxit autem dicta synodus reuerendissimum
dominum cardinalem sancte crucis qui in tractatibus pacis regnorum francie et anglie insistet
includere non intendit atque quo ad reuerendissimos duos cardinales placentinum et de fuxo
vulgariter nominatos et cardinalem sancti Eustachii cum in remocioribus locis consistant
ad duorum mensium spacium restringit terminum supradictum mandat insuper hec sancta synodus
vniuersis et singulis dominis patriarchis archiepiscopis episcopis et aliis ecclesiarum prelatis clericis et presbiteris
notariis et personis ecclesiasticis necnon aliis christi fidelibus cuiuscumque dignitatis gradus status
et condicionis consistant omnibusque et singulis principes et duces etiam si imperiali regali ducali
seu quauis alia prefulgeant potestate requirit et rogat qui super premissis fuerint requisiti seu
requisitum in virtute sancte obediencie ac obtestacionem diuini iudicii et sub pena excommunicationis
quatenus predicta omnia et singula dicto sanctissimo domino pape atque reuerendissimis dominis cardinalibus
insinuent intiment et notificent ac intimari insinuari seu notificari faciant personaliter
eisdem si ad eos tutus et accomodus pateat accessus Siuautem ei vel illis ad quos
personaliter accedendi facultas non sit in eorum habitacionibus necnon in porta palacii apostolici
et in ecclesiis sancti Johannis lateranensis sancti petri et sancte marie maioris de vrbe copias per
publicum notarium confectas affigenda si hoc tute fieri possit Siuautem in principalibus ecclesiis
ciuitatum Sutrine viterbii et Senensis vel aliarum trium ciuitatum vicinarum de quibus fuerit bene

vertatur

visum quoque quod loca haec sancta synodus decrevit esse idonea pro citatione omnium praemissorum et Metensium haec sancta synodus cupiens obviare casibus ut omnes evitet dispendiosos circuitus cum rebus de quibus agitur supra modum periculosa sit mora ordinat et decernit huiusmodi admonitionis et citationis decretum postquam in hac solempni sessione lectum fuit et publicatum ecclesie kathedralis Basiliensis valvis affigi ut si forte contigat ipsius intimatione propter non posse modo aliquo praemissorum eo casu communi tamquam publico edicto adquisito mensis spatium abhinc die in antea computandum censeat quoad omnes effectus sicut in intimatio monitio et citatio sicque suos omnes effectus sortiri et artare eos quibus dirigitur decernit ac si personaliter insinuatum et presentatum fuisset viribus temporum et quantitatibus supradictis sic habitis praemissis

Insuper haec sancta synodus declarat et protestatur quod Metensium praedictorum dilationibus pendentibus cum iam praesserit a iure notario ex decreto generalis Constantiensis rerum necessitas id suadeat et qualitas agendorum in ulteriori prosecutione generalis et agendis in eo procedere intendit ordinate debite et mature nec propterea supersedere aliquatenus in praemissis

Tandem haec sancta synodus decernit citationes contra omnes prelatos et alios qui ad generale concilium venire tenentur omnes et singulos generales ordinum quorumcumque ac etiam inquisitores heretice pravitatis subdelatione tam seu minorum de quibus deputati fuit bene visum cum penis et censuris ac clausulis opportunis Datum Basilee in Sessione publica sancte Synodi Basiliensis in ecclesia maiori eiusdem civitatis Sub sigillo eiusdem sancte Synodi die penultima mensis aprilis Anno etc. xxxsecundo

Item quia plures notarii et scribe ad scribendum acta huiusmodi sacri generalis sunt necessarii haec sancta synodo ultra tamen alios notariorum et scriptorum alias constitutorum innovatione venerabiles viros magistros Bartholomeum de Lutingamo clericum Genuensem ac Thomam Alfesuleti Baccalarium in decretis Remensis diocesis notarios deputat et ordinat

Sacrosancta et prudens hec sancta Synodus quoddam saluber-
rimum promulgavit decretum pro stabilitate et robore generalium
conciliorum, quorum frequens celebracio precipua est agri dominici
cultura. Verum ad eandem culturam non dubium sit pertinere Sy-
nodos episcopales et concilia provincialia prout veteres canones decre-
verunt frequentari. Ideo eadem sancta Synodus antiquos et lau- Synodus diocesana
dabiles mores nostris cupiens temporibus servari, statuit et precipit
Synodum episcopalem in qualibet diocesi post octavam resurrectionis vel alias
secundum consuetudinem diocesis ad minus semel in anno, ubi non est consue-
tudo bis annuatim, celebrari per diocesanum, et hoc ydoneum.
Que Synodus saltim tribus vel duobus duret, vel prout necessarium
episcopo visum fuerit. Prima autem die convenientibus diocesanis et omnibus
aliis qui huiusmodi synodo interesse tenentur, infra missarum solempnia
vel post, diocesanus vel alius eius nomine verbum dei proponet, exortans omnes
ad bonos mores sectandum, abstinendum a viciis, et ad ea que per-
tinent ad ecclesiasticam disciplinam et officia singulorum, et presertim
ut hii quibus animarum cura commissa est, diebus dominicis et aliis
solempnibus plebem subiectam doctrina ac monitis salutaribus
instruant. Post ea legantur statuta provincialia et inter alia aliquis
compendiosus tractatus docens quomodo sacramenta ministrare debeant,
et alia utilia pro instructione sacerdotum. Deinde ipse diocesanus
de vita et moribus subditorum solerter inquirat, labem symoniace
pravitatis, contractus usurarios, concubinarum fornicaciones, et alia
quevis crimina et excessus debita correctione cohibeat, alienaciones
rerum ecclesiasticarum a iure prohibitas revocet, ad usus clericorum
et aliorum subiectorum qui circa divinum officium, delacionem dati
habitus defecerint, in melius reformet et emendet. Et quia multa
scandala sepe contingunt, ideo quod constitucio Bonifacii pape octavi

que incipit / periculoso edita sub clausura monialium non servatur
Studeat ipse diocesanus ut omnino iuxta ipsius constitucionis tenorem
execucioni demandentur / necnon ut quicumque religiosi diocesano sub
iecti regulas et constitutiones suarum religionum / presertim ut
ab eis omnis proprietas abdicetur inviolabiliter observent / nec
ex omni recepcioni ipsorum ad religionem quacumque pravitas simoniaca
exigatur / precipua autem in ipsa Synodo episcopi cura sit inqui-
rere ac debitis remedijs occurrere / ne dogma hereticum er-
roneum aut scandalosum seu piarum aurium offensivum sor-
tilegia divinaciones incantaciones supersticiones / aut quevis
dyabolica figmenta diocesim suam inficiant Instituet / preterea
testes sinodales viri graves providi et honesti legis dei zelum
habentes / iuxta diocesis latitudinem numero competenti / aut alij eorum
potestatem habentes / ubi alij non sint ad hoc instituti annui si diocesano
minus ydonei videantur / eos amovendo alios prout ei videbitur
expedire instituat / hij autem in manibus eius diocesani vel
sui vicarij Iurare teneantur / ut tradat canon episcopus in sinodo
annui per anni circulum lustrantes ipsam diocesim / que corrigenda
vel reformanda viderint hij ad quos corrigere vel reformare per
tinet reformat annue si correcta et reformata iam fuerit / ad sino-
dum subsequentem proferat in qua debitis remedijs occurratur
Sed et preter illa que a testibus sinodalibus vel alijs eorum offi
cia exercentibus diocesanus audierit Inquirat et ipse diligenter
de cunctis suorum subditorum excessibus Et taliter in delinquentes
insurgat correcionis debite disciplina / ut alijs malignari volen-
tibus transeat in exemplum Celebretur quoque in singulis provincijs

De testibus synodalibus

De capitulo provinciali

saltem infra biennium a fine concilii generalis Et deinde ad minus
semel de triennio in triennium / provinciale concilium in loco tuto
in quo tam archiepiscopus / quam suffraganei omnes / et alii qui in
huiusmodi actibus provincialibus interesse tenentur debite vocati inter-
sint Quod si episcopus canonico fuerit impedimento detentus / procura-
torem suum destinet / non solum ad excusandum et probandum
absentie sue causas / sed et ipsius nomine in concilio interessendum /
suscipiendumque / quecumque concilium duxerit statuendum Alioquin
ipse episcopus a participatione medietatis fructuum unius anni
sue ecclesie / qui per personam in ipso concilio deputandam in ipsius
sue ecclesie fabricam effectualiter convertantur / ipso facto sit suspensus
Alii vero venire negligentes concilii arbitrio puniantur / aliis
iuris penis in suo robore duraturis Concilio autem generali du-
rante et per sex menses ante huiusmodi provincialia concilia non
celebrentur Porro inchoatione concilii / ipse metropolitanus vel
alius eius nomine infra missarum solempnia vel post exhorta-
torium sermonem faciat Ea que ad statum ecclesiasticum et pre-
cipue ad pontificale officium pertinent seriose memorando / quia adeo
quod singulis / quod iuxta apostolice sententiam si eorum culpa cuiusquam ani-
ma perierit / illius sanguis de manibus eorum a domino exigetur /
Precipue autem fiat tunc monitio exacta / ut dignis et beneme-
ritis / quorum vita sufficienti testimonio nota sit / ordines et
beneficia / sine ulla simoniaca labe conferantur Et super omnia
ut in animarum cura committenda summa diligentia et matura
inquisitio adhibeatur / Et ut bona ecclesiastica nullatenus ad usus
illicitos Quinymo ad honorem dei ecclesiarum observationem utilitatem

populi sibi commissi habendo, cum sacros canones precipuam curam
pauperum et indigencium laudabiliter commendant. Scientes quod de
hiis omnibus apud tribunal eterni iudicis usque ad minimum quadra-
ntem racionem reddituri sunt. In quibus quidem conciliis de cor-
rigendis excessibus prelatorum ac subditorum reformandis diligens
inquisicio fiat. Et precipue qualiter Episcopi in conferendis beneficiis,
confirmandis electionibus, ministrandis ordinibus, deputandis confesso-
ribus, predicando ad populum, et puniendo excessus subditorum,
observacione ac Episcopalium Synodorum, Ceterisque ad officium Episcopale
ac Jurisdictionem et ad ministracionem eorum in spiritualibus et temporalibus
quolibet spectantibus se gesserint, et presertim an symoniaca labe
manus innoxias servent, diligens inquisicio, et cum Juris disposi-
cione fiat ut omnes qui in premissis deliquisse comperti fuerint per
ipsum concilium et secundum Juris disposicionem corrigantur et puniantur.
Similimodo de ipso metropolitano circa omnia supradicta diligenter
inquiratur. Cuius excessus et defectus, ipsum concilium eidem
specialiter exprimat, ipsum admonendo et exortando obsecrando
Ut cum aliorum pater vocetur et esse debeat, a talibus omnino
desistat. Et nichilominus de ipso veritatem in scriptis redactam, ad ro-
manum pontificem vel alium eius superiorem, si quem habet
sine mora transmittat, ut ab eo punicionem et reformacionem susci-
piat condecentem. Intercetera si que discordie contenciones et ini-
micicie inter comprovinciales viguerint, que quietem et tranquillitatem
provincie possent perturbare cum omni studio sacrum concilium
illa sedare, et more priorum patrum ad pacem concordiam
que filiorum vigilanter intendat. Et si inter regna provincias

seu principatus huiusmodi discordias suscitari contingat, mox sancti dei antistites, concilia provinciarum suarum simul congregari procurent et sibi invicem consilium et auxilium impendentes, cuncta discordiarum fomenta amputare studeant, nec hoc alicuius amore vel odio pretermittant sed ad deum solum et salutem populi mentis oculos erigentes factum pacis opus, omni tepiditate semota invigilent. Cogitent insuper in provinciali synodo, que immediate generale concilium subsequens antecedit, omnia que in eodem generali concilio visa fuerint prosequenda, ad dei gloriam provincie comodum salutemque populi proficiant. Ibidemque eligantur episcopi et alii in numero competenti, qui ad proximum generale concilium nomine provincie debeant proficisci, quibus per subsidium vel alias provideatur, prout de iure et concilio provinciali visum fuerit expedire. Ita tamen ut illi qui ultra personas ut predictum est deputatas, ad ipsum concilium generale accedere voluerint, aut eorum clerus propterea nullatenus graventur. Relegantur quoque in uno quoque provinciali concilio que secundum canonicas sanctiones in eisdem legi precipiuntur, ut ea inviolabiliter observentur, et transgressoribus pene debite inferantur. Quod si metropolitani seu diocesani predictis terminis celebrandis provincialibus et episcopalibus synodis cessante legittimo impedimento negligentes fuerint, medietatem omnium fructuum et obventionum ratione suarum ecclesiarum ad eos pertinentium, fabrice ipsarum ecclesiarum applicandam ipso facto amittant. Quod si in eadem negligentia per tres proximos menses perseveraverint, ab officiis et beneficiis sint ipso facto suspensi. Quibus

transactis temporibus sub ante scriptis penis antiquior in provin-
cia ordine episcopus ipsius metropolitani episcopi autem maior in digni
tate post pontificalem in sacris constitutus nisi ad alios forsan de
consuetudine vel privilegio pertineat negligenciam in celebrandis
provincialibus predictis et episcopalibus synodis supplere teneantur
Iubet insuper hec sancta synodus omnibus prelatis religionum
et ordinum quorumcumque ad quos celebrare capitula pertinet
ad illa statutis temporibus supra dicta suspensionis pena fiant
et observari faciant in quibus secundum canonicas sanctiones et religio
num constituciones cum omni studio et diligencia ad eorum sin
gularium religionum et ordinum reformacionem intendant Ita
ut deinceps in singulis monasteriis iuxta proprias regulas
et constituciones debite regularis vigeat observancia Et precipue
ut tria substancialia professionis vota omnino serventur Per pre-
missa autem hec sancta synodus non intendit iuribus quo-
rumcumque quolibet derogare Datum Basilee sexto kl decem-
bris que fuit beati Lini pape et martiris

שמעינן ליה דתנן באלו לקרן מזרחית צפונית
נותן מזרחה צפונה מערבית דרומית נותן מע'
מערבה דרומה ותני עלה ר' שמע' איש המצפה
משנה בתמיד מזרחית צפונית נותן מזרחה
צפונה מערבית דרומית נותן מ' ערבה ואחר כך
נותן דרומה אולא אמ' ר' יוח' מאן תנא סדר יומא
ר' שמע' איש המצפה ורמי סדר יומא אסדר
יומא דתנן הפייס השיני מי שוחט ומי זורק ומי
מדשן מזבח הפנימי ומי מעלה איברים לכבש
זכוי מדשן את המנורה פייס השלישי חדשים ::
לקטורת כו' אמ' אביי לא קשיא כאן בהיטב
תשתי נירות כאן בהיטב תחמש נירות למימר
דבקטורת מפסיק להו והא אביי מסדר מערכה
משום דגמרא וכדם התמיד מפסיק להו אמרי
הא לאבא שאול והא לרבנן דתניא לא ייטיב
ואחר כך יקטיר אלא יקטיר ואחר כך ייטיב
אבא שאול אומ' מטיב ואחר כך יקטיר מאי
טעמ' דאבא שאול דכת' בבקר בבקר בהטיבו

דרומית נותן מערבה דרומה תניא ר' שמע' איש
המצפה משנה בתמיד באלו לקרן מזרחית
צפונית נותן מזרחה צפונה מערבית דרומית
נותן מערבה ואחר כך נותן דרומה ומאי טעמ'
דר' שמע' איש המצפה אמ' ר' יוח' משום חד דבי
ר' ינאי אמ' קרא ושעיר עזים אחד לחטאת ליי'
על עולת התמיד עולה הוא דאמ' רחמ' עיבוד
בה מעשה חטאת הא כיצד נותן אחת שהיא
שתים כמעשה עולה ארבע שהן ארבע כמעשה
חטאת לא מיגנו' וניתיב שתים שהן ארבע כמע'
כמעשה עולה ארבע שהן ארבע כמעשה חט'
חטאת לא מיגנו דמים שמכפרין וחוזרין ומ'
ומכפרין וכי מיגנו שחיגיר חטאת וחיגיר עולה
אלא בעל כרחיך הקישך הכתוב הכא נמי בעל
כרחיך הקישך הכתוב התם פסיק מתנות כע'
בעלמ' הוא וניתיב אחת שהן שתים למעלה מ'
מחוט הסיקרא כמעשה עולה שתים שהן ש'
שתים למעלה כמעשה חטאת לא מיגנו ::

הי׳ לבית המוקד בקיטונית פתוחות לטרקלין ש׳
שתים בקודש ושתים בחול וראשי פספסין מ׳
מבדילין בין קודש לחול ומה היו משמשות מ׳
מערבית דרומית היא היתה לש׳ טלה מערבית
צפוני׳ לש׳ חותמות מע׳ דאמ׳ לש׳ לחם צפ׳ מזר׳
מוקד מזרח דאמ׳ לשכת טלה קרבן דרומית
מזרחית היא היתה לחם הפנים מזרחית צפונית
בה גנזו בני חשמונים אבני מזבח ששיקצום :
מלכי יוון צפונית מערבית בה יורדין לבית הט׳
הטבילה אמ׳ רב הונא מאן תנא מידות ר׳ אליע׳
בן יעקב היא דתנן עזרת נשים היתה אורך מאה
ושלשים וחמש על מאה ושלשים וחמש וד׳
לשכות היו בארבע מקצועותיה ומה היו מ׳
משתמשות דרומית מזרחי׳ היא היתה לשכת
נזירין ששם נזירין מבשלין את שלמיהן ומ׳
ומגלחין את שעריהן ומשליכין תחת הדוד
מזרחי׳ צפוני׳ היא היתה לשכת דיר העצים ש׳
ששם כהנים בעלי מומין מתליעין בעצים וכל

דאו שמר׳ אליעז׳ בן יעקב היא אמ׳ רב אחא בר
אהבה הא מני ר׳ יהוד׳ היא דתניא ר׳ יהוד׳ אומ׳
מזבח ממוצע ושמר באמצע עזרה ושלשים
ושתים אמות היו לו עשר אמות כנגד פיתחו
של היכל אחת עשרה אמה לצפון ואחת עשרה
אמה לדרום נמצא מכוון כנגד היכל וכותליו ואי
סל׳ דע׳ מידות ר׳ יהוד׳ היא מזבח באמצע עזרה
מי מישכחת לה והתנן כל העזרה היתה אורך מאה
ושמונים ושבע על רוחב מאה ושלשים וחמש
מן מזרח למערב מאה ושמונים ושבע מקום ד׳
דריסת ישר׳ אחת עשרה אמה מקום דריסת כה׳
כהנים אחת עשרה אמה מזבח שלשים ושתים
בין אולם למזבח עשרים ושתים היכל מאה
ואחת עשר׳ אחורי בית הכפורת מן הצפון לדרום
מאה ושלשים וחמש הכבש והמזבח ששים ו׳
ושתים מן המזבח לטבעות שמונה מקום הט׳
הטבעות עשרים וארבע מן הטבעות לשול׳
לשולחנות ארבע מן השולחנות לננסין ומן

